ANIMATIONIS modus adeò arduus difficiliſque in omnium ſæculorum temporibus fuit, vt perpetuò hominū animos torſerit, & ita ſemper vexarit, vt hactenus ſub iudice ſit controuerſus: vtque antiqui & recentiores cuncti philoſophi, maximi inquam, nedum addicti omnes, & qui in magiſtri verba iurarunt à ſe inuicem in opinione diſcrepent: atque quod grauiſſimum præterea eſt, à primo ad poſtremum Archiatrum Gallego in abſurda ruant omnes: quum tamen, ni nobis indulgentes, fallamur, miſſis antiquorum tenebris, quibus, ex eorum ore pendentibus, & addictis per latam paleam recedere nefas eſt, non ita obſcurum ducimus, quin mente concipi, & facilè aſſequi queat: cum ex à nobis in prima parte, necnon in ſecunda explicatum eſt: tum maximè, ſi Dei Optimi Maximi præceptis ſtemus, necnon à rei natura philoſophemur.

è ſciendi cupiditatibus Ærumnæ.

Quandoquidem certum interim eſt, quòd principiò Deus tantum ſciendi de-

ſiderium in hominis animum ad ſui ſimilitudinem creatum indidit, vt illicò noſter primus Parens Adam, etſi ſapiens creatus & omnibus ſcientijs infuſus, cupiditate tamen bonũ & malum ſciendi, vt Deus, concidit.

Hinc eo magis, magiſque in caligine procreati homines, ijſdem naturæ ſciendi igniculis proceſſerunt, vt proinde nec ſolum mutare, transfretare, ad Ægyptios, ad Hebræos peregrinari, circumcidique curauerint; dummodo addiſcendo animum nutriuerint.

Antiquorũ vana felicitas. Quo animorum paſtu ita delectati ſunt antiqui Sapientes, vt in ſcientijs felicitatem, & beatitudinem poſuerint. Quamobrem diſciplinas dedita opera occultabant: iſque conſultò occultandi mos antiquiſſimus fuit à Noe inde in vniuerſas gentes emanatus. *Occulendi ratio.* Quem Græci omnium primi gloriam inde quærentes corrupiſſe videntur. Non ita ſtatim à principio, ſed paulatim. Quandoquidem Orpheus doctrinas ſuas fabulis obuelatas tradidit, Pythagoras numeris, Plato partim Orphicum, partim Pythagoricum morem ſequutus, & fabulis, & numeris ſecretiores doctrinas tractauit. *Ariſtotelis profanatio.* Ariſtoteles omnibus demptis velaminibus gloriæ perquàm appetens apertè docuit: quam ob rem Alexander Magnus conquæſtus fuit, quòd vulgo ediderit: Cui reſpondit, edidiſſe, & non edidiſſe, videlicet ſine fabulis, & numeris quidem; ſed perobſcurè omnia. Hinc alij & varij ſenſus, atque opiniones illius ex ſpontanea calliditate; Vt quæ deuelata creduntur gloriæ cauſa longè obſcuriora & tenebricoſiora experiantur, & quam ob rem aliàs enucleatum eſt.

Ad rem verò noſtram quod attinet, de animarum ortu, ſeu de animationis modo deuelando, quia Antiquis perobſcurus, proinde vt ſibi Ariſtoteli obſcuriſſimus, obſcuriſſimè in materiæ potentiam coniecit, & abſcondidit, quam, quid fuerit, & ſit, nunquam expoſuit, dixitque, vt Picolomineus ait. Quinimo vbi de induſtria id aggreditur & pertractat, quæ deuelationi facerent, ridicula exponit, & docet, Peripateticorum pace dixerim.

Vnde miſeria. Hinc profectò noſtrorum ſæculorum miſeria: quando conſultò in obſcuro maneãt & in tenebris gaudeant omnes. Vt mirum ſanè ſit, quòd materiales homines, Artifices, inquam, in mechanicis ita egregiè ſe gerant, vti in fabricandis orologijs, ſphærarum motum & tempus menſurantibus; vt in artibus naturam immitantes diuina ad viſum, quod ipſa natura procreat, præſtent & repræſentent. Sicuti Pictores, & quinetiam e.g. Textores iam 30. ab hinc annis in ſericeis pannis ita exquiſitè texendo Naturam immitentur in fingendis immitandiſque plantarum folijs, floribus, fructibus, ac vlteriùs animalibus, vt acu picta, aut depicta diceres; quia ſcilicet Naturam immitentur, non docentium magiſtrorum opera æmulentur.

Nec ſecus in ſcientijs fieret, ſi acutiores ingenij acie à natura rei philoſopharentur, & Naturæ operandi modos, ordines, & diſtributiones obſeruarent, ſequerentur, immitarenturque.

Verùm contra omnino acutiores & ſapientiores dicti in Magiſtri verba iurarunt, illique ita addicti ſunt, vt ne per latam quidem paleam recedere ſit, ſecus ſacer eſto.

Enimuerò quis iam inde ab Ariſtotele Naturæ ſecreta intimiùs perſcrutatus, medullitùs ſpeculatus, atque demum veſtigia ſectando alia aliter rimatus eſt? Et quin potius Ariſtotelis omnia diuiniora dixerit & laudauerit etiam tenebricoſa, non intellecta, pauciſſimis exceptis doctioribus.

Num verò ipſe Naturæ penetralia penetrauerit, in eius vita & geſtis omnia ſunt, & conſtant.

Cõmunis Opinionis monſtra. At noſtram ad præſentem rem quod attinet, non ne Ariſtoteles & ſecum omnes mordicus ſuſtinent, Cor primùm viuere, & vitæ principium eſſe, ac tamquam certiſſimum id eſſe tradunt, quum tamen hiſce nil magis falſum? Etenim Deus creato homini, & beſtijs benedixit, & præcepit, Creſcite & multiplicamini & replete terrã: eo modo ſcilicet, quo plãtis dictũ eſt. Quodcũque videlicet ſemẽ & ſemẽtẽ ſuam

iuxta

iuxta genus, & ſecundum ſpeciem ſuam præbeat, quod eſt ſemen, viuens planta: quod eſt ſemen viuens animal, ſecundum genus, iuxta ſpeciem ſuam, vt factum eſt, & fit, non Cor, ſed ſemen primò genitum & animatum. Non Cor, quod eſt parenchyma, affuſio, quod affunditur: proinde alicui affunditur, ſanguis, inquam, cordis materia: Ergo venis & arterijs, membranis & ligamentis prius exiſtentibus affunditur, prius perfectis & viuentibus affunditur: quoniam vt vaſa aſportantia & deferentia aſportandum ſanguinem prius facta, perfecta, viuentia, agentia, ſanguinem ſui gratia trahentia, cordis deinde cauſa ad affundendum, procreandum & alendum extabunt; Et conſequenter non ab illo ortum ducũt, non ab illa vitam recipiunt, & conſequenter non illud vitæ fons & principium, vt fabulantur; ſed è contra prius ſemini & ſemineis vita & operatio, à quibus eſſe conſequitur, quoniam affunditur, & vt affuſio & parenchyma à ſemineis vitam recipit; vnde poſtea, & à quo, quibuſue? præterquàm quòd ex oculata fide hoc idem in, ex ouo noſtra fabrica manifeſtè demõſtrat: quod cuique ijs obſeruatis, innoteſcet.

Atqui Deus optime, non ne cõſtat Cor in fętu nihil agere in fętus gratiã? Quippe nec extrinſecus aerem, ſanguinemque trahit, exploditue, nec pulſat, nec ſpiritus gignit, ſicuti in lucem poſt egreſſum vitales in cerebri gratiam, (ad procreandos animales ſpiritus, motus, & ſenſuum internorum & externorum ergò) cuius cauſa fabricatum eſt, quæ in prægnantis exẽteratæ canis fœtus corde obſeruabis, motus ſcilicet quietem; quia motu opus non eſt; quoniam motus neceſſitas non adeſt, reſpirationis, & cerebri; quia mater toto fœtui prẹſto eſt, & ſanguinem, ſpiritus, aeremque ſubminiſtrat docente ſenſu. Quẽadmodum vbi mater ſubminiſtrare non poteſt, periculum facies: in ex ouo ſcilicet ortis: Vbi ante confectum, imo initiatum cor, inſtrumenta, vitam, & motũ obſeruabis, in ex noſtra, inquam, oui fabrica; Et ita autoritate, ratione, & ſenſu ipſo Ariſtotelis & ſequacium fabulas, & te allacinatum dignoſces.

Porro non ne inſenſatam, immo ſenſui omnino aduerſantem Ariſtotelis ſententiam mordicus ſuſtinere contendunt, fœminam ad generationem actiuè non concurrere? ampliùs ſemen non effundere? ſcientes mulierem coitu delectari, & marem appetere, ac eandem ob cauſam, qua vir coire? Partes omnes ad ſemen procreandum, ijſdem ad delectationem facientibus præditam eſſe, ac ſemen effundere? Vlteriùs non ne mulierem in natura monſtrum eſſe dicunt, & per accidens fieri aſſerunt? Et ſic ſua barditate & empietate cum Dei ſapientia concurrere velint & profiteantur, immo de medio eam tollere conentur? nec nunc temporis hebetes deſint, qui hæc barda laudent & ſequãtur.

Adhæc alternis menſibus menſtrua effundere? Ecquid de Menſtruo totius corporis, & omnium partium immediata illis materia? Ecquid de maris ſeminis in vtero opere, & ex vtero egreſſus, vt crepitus? &c. An pure ridicula omnia? & tamen Ventoſi vẽtoſa recipiunt vlla abſque ratione atque aduerſus ſenſus, & nos quia ſecus ratione & ſenſu ſentimus, arrogantes dicent. Quid hæc inquies? An quia balantum more cum duce ſaltant omnes in magiſtri verba iurantes abſque verecundia & ſine rubore dormitãtes, rata faciunt, & talia defendere vera affirmantes glorientur milites glorioſi?

Proh Deus miſſis ridiculis, quis philoſophiã profitentium ad rem nunc noſtram propius ſpectantem, quod modò ratione & ſenſu conſultò quærimus, nõ ſuſtineat, nullo excepto, perfectorum animalium, Animam de materię potentia educi, alijs inde cum erratis admiſſis; quia magiſter Ariſtoteles id ſanciuit? Quis, inquã, hoc 2000. & vltra poſt annos quæſiuit vnquam? & tamen nobis tam falſum eſt, quàm quod falſiſſimum.

Sed quod plurimi refert, nunc mittam, Theologis committendum, hactenus fortaſſe inuiſum: deteſtandam videlicet intactam hæreſim: non Ariſtotelis, inquã, qui (præter huiuſmodi innumera, vt in eius vita) à Græcis ſua in lege tunc hære-

Digitized by Google

ticus condemnatus eſt;proindeque exul ſe interemit,ſiue cicuta,ſiue in mare ſe proie cerit;ſed noſtrorũ Peripateticorũ talia ſuſtinere audentium. Quoniam ſi ſemen excrementum, inanimeue: quo modo Adæ peccatum in nos tranſiuit, & peruenit?

Ecquis Deus optime, Iudæus, Chriſtianuſue(miſſis Atthæis) Dei præceptum,(dictam ob cauſam)quod non fallit in primo Geneſi de generatione,poſt Creationem, Creſcite & Multiplicamini, quo ad modum,inquam,à Dei pendente iuſſu omninò,quemadmodum verba ſonant, & rei natura reſpondet, ingenij acie penetrare periclitatus eſt vnquam?

Verè ſed certa Paradoxa oſtenduntur.

Maxima hæc quidem omnium aliàs à nobis propoſita,vlteriùs dilucidanda nũc Paradoxa ſunt; ſemen animatum; Semen à toto prolabi. Contra quàm Ariſtoteles, & ſecum Communis opinio exiſtimat: Veriora tamen, quàm quæ apud Sagram geſta ſunt, Vt hic Lydius lapis monſtrabit ſi Deo Imperatori & Datori placebit.

Quandoquidem vtrunque ex Sacra Scriptura eliciemus, & ne Atthæus ſpernat, e natura rei educemus, comprobabimuſque, paucis tamen & veluti epilogo, aliàs multis probata.

Primum ab Ariſtotele & communiter ignoratum. Alterum ab eodem triginta argumentis obſcuratum, atque communiter ſic tenebricoſum receptum,in apertum proferemus, dilucidabimuſque aliàs reprobata altiori hoc ſumpto principio, & alijs quibuſdam additis in noui Mundi Archiatri gratiam.

Principiò vidit Deus à ſe creata valde bona &c. quia Dei opera &c. Et materialibus viuentibus dixit, Vnumquodque producat ſemen ſuum: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, aerem, aquam; quæ vltima perfectio fuit, & maximum bonum alijs præſtantioribus Dei gratia per ſe tale & ſuapte natura præſtitum & conceſſum, Immortalitas Angelis & Hominibus; perpetuitas Cœlis & Elementis ſecundum totum; ſic creatis Animalibus viuentibus ſecundum totum,& ſecundum partem; Vt ſicut Cœli (loquimur cum verè ſcientibus & ſapientibus ſanctæ Eccleſiæ Doctoribus, Santo Ambroſio & Sãcto Auguſtino, Cælos igneos, ſydera condeſata compacta ignea corpora) ſecundum totum perpetui, ſecundum partes corrumpuntur, hoc eſt in aerem tranſmutantur, dum verè ſcintillant(non ex noſtrorum oculorum, vt fabulantur debilitate) & ſtellæ cadunt, igneæ ſcilicet partes: Et cetera Elementa mutuò inter ſe agentia. Ita materialia Viuentia à Deo creata, quia à Deo creata, valde bona (nõ à ſecundis cauſis genita imperfectiſſima, proinde ſecundum totum corruptibilia, quia ſibi ſimile non procreant) ſecundum totum perpetua, ſecundum partes corrumpuntur. Homo verò inter hæc, partim ſemper vt materialis viuens, vt cetera viuentia perpetuitatem participat, partim ſemper ſecundum animam rationalem, immortalis, & quandoque tandem omnino totus immortalis. Hæc eſt Philoſophia. Ad rem e.g.

Principio inquit Deus, germinet terra „
herbam virentem,& facientem ſemen iux- „
ta genus ſuum, lignumque faciens fructũ, „
& habẽs vnumquodque ſementem ſecun- „
dum ſpeciem ſuam,& videns Deus, quod „
eſſet bonum: & factum eſt veſpere & ma- „
ne dies tertius. „

Hæc eſt magna animantium ſui ipſorum perfectio, Perpetuitas, eſſe, inquam, perfectum ad ſemen tunc producendum ante magna Cęli luminaria, ante creatam lucem, in die ſcilicet tertio habens & faciens vnumquodque ſemen ſuum, (vt agnoſcas à Deo Creatore, non à Cœlo, Sole, luminaribus magnis) iuxta genus ſuũ, ſecundum ſpeciem ſuam, quod eſt ſecundum ſe ipſam: vt plantæ ſemen ſit ipſa planta, (dum eſt in planta, declarabitur) & alia planta, quia iuxta genus ſuum, & ſecundũ ſpeciẽ ſuam, eſt,& adeſt: non excrementum, vt fabulantur, nõ quid corruptibile, vt planta fiat, non potentia; ſed ex ſe,& per ſe actu ſecundũ ſpeciem,& genus ſuũ, quod eſt planta, arbor. Quod nemo ex lege Iudæus Chriſtianuſue inficiari poteſt. Quod modò nec Atthæus, oſtẽdetur.

Plantæ genus innumera plãtarũ ſubalterna genera cõtinet:& hęc vlteriùs pluri-

Digitized by Google

mi, ſemen ferentium ſementifera, & alia ſemen non ferentia, infelices plantæ, ob id dictæ. Quæ rurſus infelices, alia ſub alterna genera continent, arbores nimirum & herbas; ſicuti e. g. menta, gramen herbæ,&c. Ficus Salix arbores,&c. Quæ Dei iuxta mandatum & præceptum creſcunt multiplicantur, & terram replent abſque ſemine;ſed radice,ramo,germine,ſtolone, ſurculo. Vt ſi Ficus arboris ſurculorum, ramorum centum. (qui vna ſunt planta, & in Italia e.g.prima planta)quinquaginta plantes in Germania,Hiſpania,Gallia, Anglia, erunt quinquaginta & vna planta; & ſic deinceps. Et ita ex hac vna numero Itala plāta actu, & actu partes quinquaginta & vna planta numero vlla abſque corruptione, vllo abſque vllius totius,ac partis interitu creuit, multiplicata eſt,& Germaniam, Hiſpaniam, Galliam, Angliam repleuit; & præterea, iſta Ficus planta Itala perpetua eſt; quoniam omnes illi rami,nunc plantæ, ſunt huius Italæ Ficus rami & partes; quia ex vna hac plāta rami & partes,& eadē olim animati anima;& ſic deinceps & perpetuò,& conſequēter perpetua hæc planta in philoſophia,Et maxima perfectio Dei Creaturę. Sicque menta,gramen,lilia, & omnes infelices plantæ,ſemen ſcilicet non ferentes creſcunt, multiplicantur, terram replent, & vlla ſui abſque corruptione perpetua ſunt per radices,germina, ſurculos, ſtolones, & bulbos, quæ nemo ſanæ mentis homo inficiari audebit vnquam.

Proh Deus,ſi hæc meridiana igitur luce clariora, Et maxima imperfectæ & infelicis plantæ talis perfectio ſit, & perpetuitas ſui ipſius ex parte,& ſubſtantia animata creſcere, multiplicari, & terram replere Dei iuſſu; vt quid felicis, & perfectioris plantæ non ſic erit, creſcere, inquam, multiplicari, & terram replere ſui parte animata abſque interitu Dei præcepto,ſemine videlicet?

An quia Ariſtoteles hæc non ſentit, plantæ fructum, & ſemen anima carere tradens? Et tamen nullus cæcus eſt, qui tactu non ſentiat,pyrum,pomum,citrum, peponem,cucurbitam, &c. plantæ iuncta creſcere,& omnes ſecundum dimenſiones augeri, & ſemen in amygdala, nuce, perſicique oſſe, &c. Nullus videns tam bardus,menteque ita captus, quin intueatur ſemen initiò minimum ſua in ſilaqua, pericarpio eidem adhærenti ſui radice viride,tenue, mox augeri, craſeſcere, veluti pituita,ouiue crudum albumen,poſt albeſcere, & dureſcere, omneſque ſui partes præſeferre, vt alibi diximus, & expoſuimus. Immo inaninatum Ariſtoteli ſemen in ſiliqua, tua, pericarpio nutriri,augeri, & omnino perfici inde elaborato ſumpto alimento media radice pericarpio affixa & continua, ac priuſquam feratur planteturue actu eamdem radicem ſeruare,folia & truncum præſeferre; in ſumma animans actu eſſe, ſeu plantam ſub obtutum cadentem; vt perpetuò hæc ſenſata, qui inficiari audeat baculo egeat,& ſenſu pęna puniatur.

Si itaque hæc hactenus vera & certa ſe ſe pronunt: quia rationi conſona,& vlterius ſenſata: Et perpetuitas dicto modo à Deo creatis congruat,& maxima ſit perfectio infelicium abſque partis interitu, quæ creſcant & ramis, & ſurculis, ac bulbis multiplicentur: Ita perfectæ Plantæ, ſementiferæ inquam,abſque ſeminis corruptione, ſemine creſcunt & multiplicantur.

Et præterea vt omnis ſemen non ferentis, & ſementiferæ itidem huius quodlubet ſemen ſit plāta;illius qui lubet ramus, germen,ſurculus,ſtolo,bulbus ſi ſeparetur & plantetur alia numero plāta extet, prius cum generante vna numero eadem animata anima; vt ſimiliter ſemen in ſua generatrice planta, vt diuiſum alia numero acta planta,

Et ſicuti amplius infelix Planta omni ſui parte conueniat concurratque ad nouam producendam compoſitam partem, ramum,germen,ſurculum, ſtolonem, bulbum, ſui corticibus nimirum, lignea, & medullea (in habentibus) parte: Proindeque pars euellenda,ramus,germen,&c. cū generante eadem numero planta:quia eadem animata anima, alia numero abſciſſa euadit. Ita itidem ſemen, vt ramuli ger-

men à totius plantæ ſementiferę partibus, corticibus nimirum, lignea, & medullea partibus ortum ducens, & conſtitutum, idem numero cum ſua generante plantula, in ſuum pericarpium dum deſcendit, & inibi nutritur, augetur, perficitur eadem animatur anima, abſciſſum diuulſum aliud numero, ſeu alia numero planta.

Quæ iterum ſi vera ſunt, vt veriſſima, & hæc maxima ſit perfectio Dei operis, Perpetuitas, inquam, non ſolius plantæ, arboris; ſed omnium plantæ, & arboris partium ſibi ſimile procreare, & perpetuari; vt qui lubet ramus, germen, ſurculus, ſtolo, bulbus perpetuatur. Et vlteriùs quod notandum animaduertendumque eſt: Non ſolùm compoſitas dictas partes creſcere & multiplicari ſicuti in planta ramus, ſurculus: ſed etiam eorumdem ſimplices partes creſcere & multiplicari: quēadmodum qui lubet cortex, lignea medulleaque partes quæque creſcunt, vtpote compoſitæ partis partes, quod nemo ſanæ mentis inficiari poterit: & ſic pariter & conſequenter ſemen, quod eſt planta.

Quæ rurſus ſi vera ſunt, vt veriſſima: quoniam perfecta, quia perpetua: quippe Dei opus: non è materiæ potentia educta (quæ ſibi ſimile nō generant) & æquiuoce genita; ſed vlla abſque corruptione & omni continuò perfectione perfectiora: Igitur vt à tota planta, ramus, germen, ſurculus, bulbus animam cōſequuntur: quia compoſita quæuis plantæ pars totā plantam refert, & abſciſſa tota planta fit: Ita plantæ ſemen totas plantæ partes conſequitur, & habet in ipſa planta, cuius anima animatur & viuit, vtque perfectum viſitur.

Quæ ſi denuò vera ſunt, quia ſenſata omnia, & quæ niſi à bardis inficiari queunt. Vt quid hæc Dei operis perfectio maxima, perpetuitas imperfecto animanti à Deo tributa, perfecto animali non impertietur, vt eo maior Dei Sapientia Omnipotentiaque reluceat, ſecus obſcuretur? Et ſi Deus Optimus Maximus conceſſit ac impertitus eſt, vt quid hominum inſcitia, aut potius malitia & proteruitate ſubtrahetur. Et eo propterea magis, ſi hinc ſummè mirabilia Dei colliguntur, hactenus ſapientibus ignota & impoſſibilia: quæ re vera ſecus capi nequeunt, nec niſi mera monſtra animo agitare in tenebricoſiora ſemper ruentes, vt olim Ariſtoteles in Antiquos communi cum opinione, velint: quemadmodum Mundinius magna commitatus caterua, & Archiater Gallego in nos nunc temporis.

Enimuerò vt in lege primum ſtemus, quæ non fallit, inquam. Si Iacob oues in aſpectu concipiebant: ergo tunc temporis, in aſpectu, inquam, dum concipiebāt, nō ſolùm ſemen effuſum animatum erat, ſed aderat cutis, pars nimirum maculanda (intellige partem ſemineam cutaneam delineatam) ſemen animatum, & id recipere aptum, inquinari ſcilicet. Quæſumus vos ſubtiliores aduerſarios, quo modo arbitratu veſtro, & phantaſticis, dimediatam poſt horam ab aſpectu; ne dicam tot poſt dies, & hebdomadas in aſpectu fit cutis, & maculatur, talia ſubſequerentur, & cęlarentur. Hic pedem ſiſtite, quæ de re aliàs fuſiùs & enucleatius, ne modò actum agamus, quippe ad Mundinium ſatis ſuperque.

Mox à natura rei. Quo modo amabo vos, etiam ex teſtium ſemine, & non à toto ſpermatico corpore, mirabilium ſimilitudinum (alias præter allatas rationes) rationes, inquam, reddetis? quum Ex cæco cæcus; ſtrabone ſtrabo: luſcio luſcius: balbo balbus: luxato luxatus: membro mutilato mutilatus fit: ex cicatricibus & ſtigmatibus affectis cicatrices & ſtigmata; vt minima mittam. ex adunco, ſimo, aquilino naſo ſimilis naſus: ex cęſijs, nigris, caprinis oculis, ſimiles, &c. Igitur ex tali ſemine animato ſic affecto, læſo in oculis, lingua &c. Ergo à toto neceſſario ſimpliciter ſeminis prolapſus: quia generatio coacta eſt: niſi alterius parentis ſemen præſto ſit, & defectum ac mendum emendet & corrigat. Secus ò Sapientiores, ſi ex naturæ, animæ electione, & læſione, Natura Anima vobis abſolutè barda, & omnino ſtulta: quippe quæ abſque impedimento malit animal læſum, mutilum, ma-

Digitized by Google

[ma]xime imperfectum, quàm perfectum procreare, quod etiam vobis non nouit, nec ex teſtibus nouiſſe potuit: & deinceps nec Philoſophi eſt & Sapientis Veritatem ſcilicet ſectantis, dicere; ſed inſipientis & impij: quod omnium ſecus credentium pace dixerim, donec qui poterit ſoluerit abſque phantaſticis, ſicuti nunc temporis addicti non ſui iuris, ſed ex libro nauigāt, quemadmodum librorum & ſentētiarum collectores aſſolent.

Hiſce, quòd ſemen animatum ſit, ac à toto prolabatur, quamplurimas rationes adderemus, plurimas auctoritates, Galeni potiſſimum, quòd animalis ſemen viuat, ac primùm ex ſemine nutriatur, poſt ex ſanguine, quem ab vtero trahat 1. de ſem. cap. 6. 2. de ſem. c. 1. & 4. 14. de V. p. c. 11. in lib. Hipp. de nat. hum. comm. 1. ſent. 27. 2. de nat. fac. c. 3. & 6. Hipp. quod ſemina & animæ miſceantur, proinde ſemina aminata, vt nos in prima parte noſtrarum de ſubtilit. exercit. lib. 2. exercit. 1. cap. 3. pag. 84. par. 2. contactu 31. pag. 53. de plantarum ſemine. De animato verò animalis ſemine egimus in p. p. lib. 2. exercit. 1. ſ. 3. p. 67. vſque ad 85. & p. 607. Et in p. 2. contact. 131. p. 156. 345.

Quod à toto ſemen prolabatur nō paucas Antiquorum auctoritates nos in prima parte lib. 2. Exer. 2. c. 7. pag. 101. ad 114. in p. 2. cont. 31. p. 53. cont. 119. & ſeq. p. 147. 150. cont. 124. p. 167. cont. 140. Plurima experimenta vtrumque præ ſe ferentia, cicatricum, ſtigmatum, ſimilitudinum, monſtrorum eadem oſtendentia: ex tauri & equæ coitu, aſini, & equæ & è conuerſo muli, ginni, lupi vulpis, canis, &c. præ ſe gerunt; quæ nunc conſultò mittimus, aliàs dedita opera allata, vt aduerſa omnino excuſſa & cribata ſunt, cum in p. p. tum in Pari & San. Iudicio ad Mundinium: tum in 2. p. ad eumdem & Conſultorum cateruam in Lydio lapide: tum demum quia plurima ob dicta, ne actum agamus, hæc nunc raptim, & exiliter voluimus: quando & nonnulla infra ad Doctiſſimum Archiatrum Gallego pro tempore & loco addere deceat: quoniam in eius gratiam, & dignum ob eius facinus, hoc opus ſuſcepimus. Et quemadmodum celebribus noſtri temporis Viris reſpondimus, ita magno Archiatro hiſce ſequentibus pares gratias (modeſtè tamen more noſtro) reddere, referre, ac agere breuiter, vt dignum & decorum voluimus. Propterea ad ipſum magnum Archiatrum nos cōferamus, expoſituri, quid ſuis de bellis ſpeculationibus ingenuè, & candidè, de more, ſentiamus, & vtrumque probatum & comprobatum breuiter & raptim repetamus, & ſi fieri poteſt, inuitis imprimamus.

Cuiuſdam Pauli Æmilij opinio de materia & eſſentia ſeminis Refellitur.

A Ioanne Gallego de la Serna Malachenſi Catholicorum Philippi III. & IV. Hiſpaniarum Regum Archiatro. *Tract. 1. de princ. generat. lib. 1. c. 20.*

QVamuis tanta ſit abſurditas * opi- 4
nionis huius autoris, vt abſque externa reprehenſione ipſa ſua
ſponte ruat, * ideoque potius ſtultū, quàm 5
neceſſarium eſſe eiuſdem opinionis reprehenſionem aggredi videatur: præſertim, cum Ariſtot. 3. *de par. an. cap.* 3. dicat, ſtulti autoris eſſe officium ſtultarum opi-
nionum confutationes aggredi: * quia ta- 6
men huius autoris arrogantia, & loquen-
di audacia * poterit aliquos in doctrinis 7
parum firmatos perturbare, non erit extra rem illius opinionem refellere. Ita igitur iſte autor in ſua opinione ſibi adblanditur, vt dicat, nihil veri ſcitum eſſe, neque ab antiquiſſimis, neque à neotericis, de fundamentis totius huius diſputationis, quouſque ipſe veritatem totius rei adinueint, ſuiſque demonſtrationibus, veluti facibus accenſis, illuſtrauit loca, in quibus latebat veritas tenebricoſa quadam cali-
gine inuoluta. * Sed ſtatim in limine fal- 8
ſum proferre videtur hic autor * nam ſen- 9
tentia, quam ſequitur, eadem eſt, ac ſententia Empedoclis, & Platonis, quibuſdam ſolum tantiſper mutatis.

Du-

Digitized by Google

Duplex ſemen.
* Duplex igitur conſtituit ſemen, quo-
rum vnum appellat * excrementitium,
10 generarique in teſtibus affirmat: * aliud
11 autem dixit verè eſſe prolificum, quod in
12 partibus omnibus ſpermaticis generari, &
animam vegetatiuam, & ſenſitiuam reci-
pere dixit. Vnde portionem ſeminis in
quacunque ſingulari parte productam,
germen viuum eiuſdem partis affirmat eſ-
ſe: * quod quidem æquiuocum eſſe, vt
Commentum de ſemine æquiuoco & vniuoco.
13 partes, à quibus generatur, dixit, conflue-
reque ad teſtes tempore coitus per occul-
14 tos quoſdam canales: * ſemen vero illud,
quod in teſtibus generari dixit, vniuocum
eſſe aſſerit, & primum alimentum, ex quo
nutritur id, quod verè prolificum appel-
15 lat. * Ex quo delirio quàm plurima alia
infert abſurda, & omnes dubitationes fa-
cilè ſoluit.
16 * Primum igitur abſurdum, in quod
coactus incidit, eſt, quod in vno loco dixit
humanum ſemen nō animari in partibus
ſpermaticis, à quibus generatur, vt ani-
matur ſemen brutorum; in alio verò loco
vniuerſaliter dixit, omne ſemen recipere à
partibus ſpermaticis gradum vegetatiuū,
& ſenſitiuum, qui perſeuerent in primo a-
ctu, donec factis inſtrumentis ad ſecundū
tranſeant; vbi includit etiam humanum
ſemen. Solum enim negat gradum ratio-
17 nalem humanum ſemen recipere. * Sine
arte autem in primo loco negat eundem
habere humanam ſpeciem generationis
ſeminis modum à reliquorum animalium
18 perfectorū ſpeciebus; * quod ſi diſtinctū
eſſe iudicat, tenebatur ipſum explicare.
19 * Sed, abſolutè loquendo, fieri nō poteſt,
quòd excrementum illud tertiæ cōcoctio-
nis maneat animatum. Nam talis anima-
tio, aut eſt media quædam forma neceſ-
ſaria ad nutritionem, ſiue ad cōuerſionem
aliti, vel eſt extenſio formæ alentis ad no-
uam materiam: primum verò animatio-
nis modum falſum eſſe omnes fatentur.
Nullus enim autor cōceſſit, materiam nu-
tritionis recipere à partibus commutanti-
bus mediam aliquam formam viuentem
ante omnimodam conuerſionem in ſub-
ſtantiam, ſiue naturam ipſarum partibus.
Nam etiamſi Gal. Ariſt. & alij dicant ſan-
Semen non poſſe eſſe animatum probatur.

guinem conuerti in roridam, glutinoſamq;
que ſubſtantiam, & qualitatem partis cō-
mutantis recipere ante veram nutritio-
nem; nullibi verò dixerunt recipere me-
diam formam viuētem. Impoſſibile enim
eſt, vt portio ſanguinis, verbi gratia, quæ
commutatur à carne, recipiat vltimam di-
ſpoſitionem ad receptionem formæ ſub-
ſtantialis eiuſdem carnis, & ipſam totā in
inſtanti nōn recipiat, non gradatim, vt ille
autor dicebat. Pars enim agens, vt ſuppo-
ſitum, & eius forma mediante qua agit,
non diſponit materiam illam, vt faciat vi-
uens ſibi ſimile in ſpecie, vt fit, quādo no-
ui animalis fit generatio, ſed, vt formali-
ter det illi eſſe viuentis per ſui extēſionem
ad nouam à ſe diſpoſitæ materiæ quanti-
tatem. Vnde formæ mediæ, ſi quas acqui-
rit materia illa dum diſponitur, non ſunt
vitales, ſed potius formę quædam natura-
les. Quę quidem ratio concludit non ani-
mari excremētum illud mediis formis vi-
uentibus ante vnionē per extenſionē for-
mæ agentis ad nouā eam materię quanti-
tatem, cum, vt dictū eſt, illa extenſio totius
formę fiat in inſtanti: Et non ſolùm con-
uincit hęc ratio non poſſe recipere excre-
mentum illud tertiæ cōcoctionis mediam
formam viuentem ab omnibus corporis
partibus, ſed neque à teſtibus ipſis, à
quibus ſemen generari diximus. Nā hæc
ratio vniuerſaliter probat materiam nu-
tritionis nullo modo poſſe animari ante
verā vnionem per antecedentem commu-
tationem. * Aliter verò fit in ſimpliciter 20
dicta generatione, in qua forma agentis
non commutat materiam, vt ipſam infor-
met, ſed, vt educat ex eius poteſtate ſimi-
lem in ſpecie formā. Quapropter non mi-
rum eſt, ſi per quaſdam medias formas
vitam dātes deueniat ad finem, ad quem
tēdit, vt dicemus. Vnde ineptè admodum
dixit, ſemen animari ab omnibus partibus
ſpermaticis, ſicque animatum deſcendere
ad vterum. * Neque conſtans eſt in iſto 21
animationis modo: nam vno loco dixit
ſolum recipere animam ſenſitiuam, & ve-
getatiuam; & in alio affirmat, parentes
podagricos generare filios podagricos,
quia ſemen articulorum fœtus eundem
Æmilius ſibi contrarius.

ha-

habet animam, qua informantur articuli
22 parentum. * Vbi aſſerere videtur, ani-
mam ſimpliciter dictam recipere ſemen à
23 partibus corporis parentum. * Oporte-
bat autem hunc autorem, qui Platonis,&
Empedoclis opinionem ſuſcitare voluit,
ita fortiter ſoluere Ariſtot. rationes,quas
aduerſus illos ſcripſit, vt nullam nobis oc
caſionem dubitandi relinqueret, aliaque
multa difficilia problemata enodare:quod
profectò, vel nulla ratione, vel ita debili-
ter fecit,vt vnaquæque Ariſtot. rationum
24 integram ſeruet vim.* Quamplurima igi-
tur ex iſta falſa opinione ſequuntur abſur
da: nam in primis nulla poterat fieri ge-
neratio ex partibus illis eiuſdem fœtus
venientibus ad vterum ex partibus pa-
rentum. Generatio enim eſt mutatio ex
non ente in ens: partes verò illæ ens in a-
ctu forent.

Refutatio argumentorũ Æmilij.

25 * Quòd ſi dicat,partes eas amittere for
mas viuentes,quas acceperant à partibus
parentum,vt fętus formam acquirerent in
vtero: ſequeretur aliud incommodum,
quod Ariſt.retulit: generationem ſcilicet
illam non eſſe vniuocam cum eiſdem par-
tibus fœtus,quæ in parentibus fuerant a-
26 nimatæ.* Et quemadmodum Ariſt.dixit
probabilius ſenſiſſe Empedoclem, quàm
Platonem: ſic nos dicere poſſumus, tur-
pius hunc autorem opinatum eſſe, quàm
Empedoclem. Nam quãuis Empedocles
dixit ſimul fœminam, & marem exhibere
partes eiuſdẽ fœtus: non tamen omnes ſi-
mul partes fętus conferre quęcunque pa-
rentum indiſcriminatim dixit, ſed ex ma-
re potiſſimas venire,& ex fœmina imper-
27 fectiores aſſeruit. * Hic verò noſter autor
omnes partes ſpermaticas,tam patris,quã
matris generare dixit partes ſpermaticas
eiuſdem filij: ex quo errore multa ſequi
incommoda neceſſe eſt, Nam, ſi hoc eſſet
verum, vel perpetuo naſcerentur gemelli,
vnus ſcilicet fętus factus ex partibus ma-
tris,& alius ex partibus patris,vel naſcere-
tur vnus puer, duplicatis tamen partibus
ſpermaticis: quod aduerſus Platonem di-
xit Ariſtot. cuius argumenti ſolutionem
noſter autor fere relinquit intactam.

Varia incõmoda ex illa opinione.

28 * Deinde ſecundùm iſtius autoris opi-
nionem pater, in quo deficit aliqua pars
ſpermatica, neceſſario debet generare fi-
lium, in quo talis pars deficiat, quia defi-
ceret eius viuum germen, quod eſt falsũ,
vt conſtat ex ſupradictis. * Tum præterea 29
non oſtendit huiuſmodi autor, quomodo
generentur partes carnoſæ,vt hepar. Nam ſi
generatio partium,vt ipſe affirmat,fit me-
diantibus germinibus viuentibus ortis à
partibus parentum, nulloque modo con-
cedat hepar generare germen viuum: er-
go nullo modo datur principium genera-
tionis hepatis.

* Potiſſima ratio adducta ab Ariſt.ad- 30
uerſus iſtam ſententiam eſt, quia inde ſe-
queretur, quòd vnica coitione nõ poſſent
plures fętus generari:nam cùm,verbi gra-
tia,non ſint in parentibus plura capita,nõ
poterunt, niſi ſucceſſiuè germina capitis
generare, & ideo non poterunt vnica coi-
tione plura in vterũ expellere capitis ger-
mina:ſine autem his generari plures fętus
minimè poſſunt.

Sed noſter autor facilè ſatisfacit huic
rationi, negando ſcilicet vnica coitione
plura animalia generari poſſe Hominis
verò maximè debilis intellectus eſt nega-
re ea,quæ frequens experientia common-
ſtrat Vnde multi autores cũ Ariſt. id ve-
rum eſſe ſine hæſitatione fatentur: * imo 31
4. de gen.anim.cap.4. Democritum repre-
hendit, quia monſtrorum generationem
fieri non poſſe dicebat,niſi duo ſemina al
terum poſt alterum in eodem vtero mi-
ſceantur: propter quorum mixtionẽ par-
tes fętus contiguas, atque diſſidentes fieri
dicebat, inquit igitur Ariſt. *ſed ſi ita ſit,
vt ex vno ſemine, eodem coitu plura gene-
rentur, quod patet præſtat non circuire,
via omiſſa breui,& facili,*&c.Quibus ver-
bis,ita arguit·Cùm verum ſit,quod expe-
rientia docet, vt ex ſemine ſcilicet expul-
ſo in vterum vnica coitione, multa gene-
rentur animalia,præſtantius eſt, ac multo
facilius generationem monſtri ad iſtam
etiam reducere cauſam, quàm circuitio-
nem, ſiue repetitionẽ coitus neceſſariam
eſſe exiſtimare. * *Et in eodem cap.*probat, 32
neceſſarium eſſe aliquoties ex ſemel ex-
pulſo ſemine, multa generari animalia.
Nam

Democriti falſa opinio de monſtrorum generatione.

Digitized by Google

Nam cum termini intrinſeci maioris, vel minoris magnitudinis indiuiduorum cuiuslibet ſpeciei non conſiſtant in indiuiſibili, ſed longam latitudinem habeant, vt in nano, & in gigante apparet: ſic etiam cùm ſeminis, & ſanguinis menſtrui ſemel in vterum expulſi non ſit ſemper æqualis quantitas, ſequitur, vt non ſapiens, nec prouida, nec potens eſſet natura, ſi ex materia, ex cuius quantitate poſſint generari tria indiuidua, vnum produceret ita grãde, vt nec caperet vterus, nec poſtea per eius os exire poſſet: Vnde frequentiùs vnica coitione plures fœtus generant ea animalia, quorum fœminæ anguſta habẽt vteri oſcula. Ex quibus probat Ariſt. eandem eſſe cauſam partium additarum præter naturam eiuſdem fœtus, & geminorũ. Nam quemadmodum ſextus digitus propter exuperantiam eiuſdem materiæ, & agentis robur fit; ſic, & gemini fieri poſsũt. In his igitur animalibus, quæ multipara ſunt, inquit Ariſtot. inſtitutum à natura eſt, vt fœmina tantam emittat materiæ quantitatem, vt ex ea plura conſtitui poſſint: mas verò tantum ſeminis, vt diuiſum

Partium in fœtu additarũ eadem ratio atque geminarum.

33 poſſit cõſtituere ad modum coaguli.* Diuiſionem verò eiuſdem materiæ ad plures fœtus efficiendos in vtero fieri dixit, ęo modo, quo vertigines, currentibus fluuiis geminantur. Nam quemadmodum aqua fluens, ſi aliquod inueniat impedimẽtum, veluti ſecatur, ac diuiditur, eodem modo contingere dilabenti in vterum menſtruo

Modus quo id fiat.

34 dixit. * Impedimentum verò diuidens materiam fœtuum in vtero non aſſignauit Ariſt. quamuis Albertus flatulentam ſubſtantiam dicat eſſe.

35 * Affirmat autem Ariſt. ſemen diuiſum in plures partes vim habere formandi, & animandi plures fœtus ex vnica materia in plures etiam partes diuiſa, quia, vt inquit Ariſt. 1. *de gen. an. cap.* vlt. omnes ſeminis partes eandem habent naturam, ſiue

36 ſubſtantialem formam: * inquit enim, id, quod diuidit menſtruum, nempe ſemẽ, vnum eſſe formâ, & ex cõſequenti quãlibet ſeminis portionem aſſerit, eandem habere potentiam operandi: formandi ſcilicet, & animandi.* Nos autem, qui ſolùm materialem fœtus cauſam ſemen eſſe

Omnibus ſeminis partibus eadẽ ineſt forma

aſſerimus, fatemur ex ſemine expulſo vnica coitione plures fœtus eiuſdem ſpe- 37
ciei formare poſse agens generationis, quia omnes eiuſdem ſeminis partes eandem habent naturam.

ſubſtãtialis.

Gal. verò 1. *de ſem. cap.* 5. eandem, atque Ariſt. reddidit cauſam, dicens: *quippe cum in omni materia particula opifex vis inſit*, &c. Quibus verbis eandem eſſe ſubſtantialem formam, eandemque virtutem in quacumque ſeminis portione aſſerit, quemadmodum vis coagulãdi eadem eſt in omnibus coaguli partibus. * Nos au- 38
tem ſequentes noſtra principia, iudicamus, in animalibus, in quibus propter plurimam materiæ copiam plures ex vna coitione generantur fœtus, fieri diuiſionem materiæ ab eodem agente, à quo efficitur eorundem fœtuum formatio: ab agente ſcilicet totius generationis, quod diuiſæ materię ęquales portiones in diuerſis partibus vteri, vt variorum fœtuum formationes commodè efficiantur. tanta eſt naturæ ſapientia, ac prouidentia. * Ex quo- 39
rum omnium recta intellectione falſitatem ſententiæ huius Æmilij, qui de ſubtilitate ſcripſit, vnuſquiſque aſſequi poterit. * Quare tempus eſt vt explicemus 40
quæ ſit vera ſeminis materia.

Galenus cum Ariſtotele cõſentit.

Prædicta Archiatri Gallego confutationis & opinionis à Pariſano expenduntur, & vt vana & caſſa ad vnum omnia, etiam in toto tractatu ac in omnibus eius libris exploduntur, meritò abiguntur & ablegantur.

CRIBATIONIS PRIMÆ.

LAPIS LYDIVS.

SI Gallus, diceris tu, ſiſque, Gall'ego, Galiindicus & Hiſpanus, ac Indus, & ſimul & ſemel maximus Archiater: Hoc eſt maximè audax, quàm maximè ſagax, & perquàm maxime nouus hoc, ſub onere, & hoc in munere, Malachenſis: (multifariam pugnant hæcce) Haud mirum experior, quòd malè & intempeſtiuè cantes,

Pariſani contac. 1.

tes, vt vigilantes expergiſcamur, & malè deinceps vnguibus ſcalpurias, tuis vt iſtis pulueribus obcęcemur. Mala ſanè & nimis leuia tua verba: verùm peiora & leniora opera. Quòd ſi principiò pręcipuum Hiſpaniarum & Indiarum Monarchæ aura te Archiatrum, & deinceps eadem aura, audacia, & vafritie in nos (arbitratu tuo) cadentes Gallum, Hiſpanum, Indicum agas, quod non generoſi & magnanimi fuit nobis conſequenter maximi erit negotij tali cum Gigante in ſingulare certamen deſcendere. Verumenimuerò, quia Palabras y plumas el Viento ſe las lleua, ſapienter Hiſpani dicunt, Hiſpanicè agentes, Hiſpanici Archiatri verba omnia, & palabras Vento committemus, & commendabimus.

Diſplicet nihilominus, quòd ſerò acceſſeris: quoniam nobis adueſperaſcit, & lampas noſtra extinguitur. Septuageſimum annum agimus, vt ſubtiles ſpiritus non ampliùs ſic præſto ſint, vt quemadmodum olim ita nunc ſubtiliter agamus. Attamen paruo adhuc lampadis lumine tibi, nimis credo oculato luceſcet, naſuto ſatisfiet: atque ni fallor, tu quoque ſic quadratus Dux cum alijs, parieti, Palo alligaberis, Archiati pace prolatum ſit.

Noſtri, quos de Microcoſmica ſubtilitate vidiſti, libri. Prima ſcilicet pars, Maximo Diuo Ferdinando Imperatori ſacrati fuerunt à Sacra Cæſarea Maieſtate hilari fronte excepti, à Parnaſo laudati, ſuam Mercedem (quæ Imperatoria fuit Benignitas) receperunt, nobilem ſcilicet aureum torquem inſigni cum Numiſmate Imperatoria effigie, & digno ac præclaro Grandibus ſolito Emblemate prædito probante, LEGITTIME CERTANTIBVS, & nobiliſſimis Priuilegijs nobis & liberis elargitis, Nobilitatis Imperij Comitis Palatini, &c. Additis noſtro ſcuto Corona aurea, Bicipitique Imperiali Aquila, &c. Vera Virtutis Imperialia Præmia, quæ abſque iactantia Hiſpano Archiatro dicta ſunto.

Quibus Cæſaris proinde Gratijs onuſti, Imperatori animarum Conſeruatori Humanum Fabricam, olim à nobis meritò ſacratam, meritò aduerſus quemquam nedum contra te ſeruabimus, vt noſtrum eſt, & noſtro in ſinu gaudebimus, vt videris pauliſper ſi ſuſtinueris. Tu verò Opinionum Collector, (tua in dedicatoria fateris, & voce profiteris, re infra) vtpote qui eam fabricam ignoras, & poſt Meſſores vanas ſpicas, & poſt Vindemiatores acerbos acinos (certus fies) collegiſti: Furfureo tuo pane, & omphacino vino, vultus tui ſudore veſceris: Atque Monarchis & Mundo Veteri, & Nouo recantatio obſonij loco eſto.

Reliquum modò eſt, hiſce Monarcharum interim miſſis, vt tecum de more legitimè certem: non prauo cãtu, vt tu Gallego, ſed moratè & modeſtè: Maledicta tamen in te omnia, omnia dico retundendo, quod æqui boni conſules: quando hęc in Veritatis gratiam, quæ fucum & vanitatem odit, inſequantur. Quam ob rẽ iam ad rem noſtram, ad tuam doctrinam Archiatriam, ad præclara tua verba Lydio lapidi ducta accedamus.

Cuiuſdam Pauli Æmilij Opinio, &c. *Gallego tactus 2. Pariſani cõtact. 2.*

Primum tui ſermonis in nos verbum eſt, Cuiuſdam, quod nomen quid tibi ſapit Archiatre doctiſſime? Cuium Gallego tibi hoc nomen? Cuia Archiatria relatio? tuam, inquam vafritiem, audaciamue non aſſequor: Galla ne ſit ignoro, Hiſpana, an Indica minimè nanciſcor, vt nunc dimidium mihi plus toto ſit.

Pauli Æmilij opinio, &c. *Gallego tac. 3: Pariſani cont. 3.*

Secundum verbum Pauli Æmylij. Quæſo te bone Archiatre, in quo nomine baptizzas, rebaptizzaſue tu? Vt quid hæcce tu? nos, inquam tuam calliditatẽ non callemus. An fortaſſe ſic aſtutus egiſti, ne tibi reſponderetur? Siquidem Æmylij non eſt, Pauli Æmylij partes ſuſcipere, & Paulus Æmylius talis ſcriptor non eſt in rerum natura, & ſic cautè Hiſpane.

Eſt mihi nomen Æmylij (vt noſtris in libris vidiſti) ab humanitate ſi noſti: propterea de Homine, hoc eſt de Hominis fabrica, in Veritatis, Naturę, in hominiſque gratiam diu, & iam num laborauimus, nec inutiliter; vt nec fortaſſe nunc tui cauſa in arenam, in ſingulare certamen deſcendi-

ſcendimus: non te docendi ergò; ſed vt ſi valeas & poſſis doceas nos ad diſcendum paratos ſemper, vt pluries, & nunquam non Lectori, & cuicunque, etiam Tragiſatyricomicis omnibus iam nunc tergadantibus diximus. Ea propter Æmylius, vt meum eſt, humaniter tecum agam: non conuitijs, vt tu perperam aduerſus nos. Non ſolùm quia Homini repugnat; ſed quia Æmylio: ſed quia noſtris moribus aduerſatur. Immo propterea, nec tibi dicam, Racha, quoniam Euangelium prohibet. Sed laudabo te Hiſpanum Ducem, & Monarchæ Archiatrum quando nos læſeris, etſi falsò læſeris ſemper: quoniam ſic Gentium Doctor iubet: propterea quod ſic, inquit, ſuper caput tuum carbones congeram. Quid ſi in Veritatis gratiam innumera tua errata detegam, vt reſcipiſcas?

Math. 9.

Gallego tac. 4. Pariſan. contac. 4.

Quamuis tanta ſit abſurditas Opinionis huius autoris, &c.

Mirum in modum miror, quòd tanta noſtræ opinionis abſurditas ſua ſpontè ruens à maximo Archiatro & aggreſſa ſit, & ad nihilum penitùs non ſit redacta, quemadmodum nec à Mundino Mundinio & ſequacium conſulentium Caterua, quibus Chimerarum Chimera erat; ſed ſemper emineat, pura eniteat, ac vt oleum talibus amurcis ſuperſtet.

A magnis & verè Doctis Viris maximè laudatum eſt id noſtrum opus: ab indoctis nihilominus, hæc eadem de ſemine materia, Opinio, & Exercitatio damnata fuit, in quam tu quoque foueam cecidiſti. Non defuere, inquam, ſatyri, & Satyræ, hoc eſt fouentes, nutrientes, conſulentes, protegentes, ſtimulantes, vt in nos impetus fierent, nec fruſtra. Hinc Mundinus Mūdinius Venetus Medicus magna comitatus caterua communi cum opinione, vt tu: cum Ariſtotele, quemadmodum tu; ex libro nauta, ſicuti tu, ſuper arbores & pinnacula: inter ſpinas & vepres; per antra, per cunicula nos duxit, & quocunque potuit Venetorum & Patauinorum Philoſophorum ac Medicorum ope, auxilio, & conſilio Chimeram hāc noſtram dicere ſolitus, vt de medio tolleret; quo cum in ſingulare certamen propterea deſcēdimus, & illius, ac illorum cuncta reiecimus, omnia excuſſimus, atque vna cum puluiſculo verrimus, vt in Pari & San. Iudicio videris, & alia ac alterius ponderis ab hiſce tuis leuioribus experieris.

Mūdinus etſi perculſus & percuſſus, atque abiectus poſitus in medio, quò ſe verteret neſciēs nihilominus malè conſultus, impulſus à Conſultoribus & protectoribus coactus in arenam denuò deſcendit, mea nō ſoluens, ſed diſſimulans, multa conſulta & conſultò obiecit, non leuia vt tua Archiatre doctiſſime; quæ omnia penitus penituſque diſcuſſimus atque ablegauimus in Lydij lapidis ſingulari certamine; quæ tibi Gallego conſultò legenda & perpendenda proponuntur; vt ille pænas luit, tu quoque inibi des, vt infra: tum ne tot, ac tanta te deſtruentia deſcribere, ac repetere ſit: & tu etiam inibi tuo periculo periculum facies, An hæc noſtra opinio abſurda ſponte ſua cadat. An verò communis, & (non dico tua, quæ tantummodo ad numerum facit) Ariſtotelis ſententia ruat ac præcipitet, ſi à Viris ſubtilioribus perpendatur, & medullitus pōderetur, nō ſuperficie tenus, vt Archiater. Ceterùm vbi noſtra digreſſa eſt, eò reuertatur oratio, & collato pede, ad manus.

Ideo potius ſtultum, &c. *Gallego tac. 5. Pariſan. cont. 5.*

Si ſtulti eſt abſurdas opiniones refellere, vt ais: Vt quid tu ſtulti partes ſuſcipis & te ſtultum Archiatrum Ariſtotelis autoritate declaras? quæ Archiatria hæc eſt ſapientia, ſtultum te præbere & fateri nomine, & reapſe? quoniam non tantum ab re loqueris, ſed etiam leuia & inania profers & effutis: talis igitur tua ſponte eſto.

Quia tamen huius autoris arrogantia, &c. *Galleg. cont. 6. Pariſan. cont. 6.*

Quòd arrogans & nimis audax in exploranda Veritate ſim: tu (ne te Racha dicam) in eadem obſcuranda, velandaque ſapiens eris: tu videris in Pari & San. Iudicio primæ parti addito, necnon in ſecundæ partis Lydio lapide ad Mundinium, & ſequaces.

Poterit aliquos in doctrinis parum firmatos, &c. *Galleg. cont. 7.*

Quod

Digitized by Google

Pariſan. cont.7. Quod verò noſtra arrogantia & audacia poſſit in doctrinis parum firmatos perturbare, tu tota via falleris: quoniam ſic te, vtpote parum in doctrinis, & ſubtilioribus firmatus (tuis vt verbis vtar) perturbaret: vt infra paſſim videris, & experieris; ſed quia cum cortice natas, & conſequenter ſuperficie tenus, profundè non piſcaris, & noſtra vera & germana attingere non vales, vt abſque aliorum cortice alij aſſequuntur, & laudant, atque ibidem citatis in locis videris, & infra quoque experieris, inquam, ſi parumper ſuſtinere poteris: quippe nos doctis & intelligentibus ſcribimus.

Gall. tac.8. „ Sed ſtatim in limine falſum proferre „ videtur, &c.

Pariſ. cont.8. Quo modo in limine fallimur? ſi falli videmur non fallimur, quid ſi à non videntibus videmur? ſi fallimur, non videmur falli. Viden quòd nec ſcribere, nec exprimere ſcis Gallego? & ſic tu in limine falleris, & lectorem fallis, vt infra vbique ſemper videris. Et non intueris tu, quòd in primo limine, ac illico in primis verbis, in primis nominibus falleris, & fallis Archiater? vt nec quid nominis, nec quid rei canendæ iam inde à principio poſſides? vt hîc, & infra vbique paſſim periculum tuo periculo facies, ſi Deo placebit.

Gall. tac.9. „ Sententia, quam ſequitur autor ea„ dem eſt ac Empedoclis & Platonis.

Pariſan. cont.9. At quid doli mali, quid damni, quid infortunij Literariæ Reipublicæ ſequitur noſtra ſi ſententia eadem fuerit cum Empedoclis & Platonis opinione? quod non dicimus. An non aliàs (in prima parte) Platonis ſententiam, quod aſpectus per extramiſſionem fieret, quam Ariſtoteles ſepeliuit, vt ceteri omnes meritò arbitratu ſuo ſepultam probauerunt, in lucem reuocauimus? quid inde?

Et ſi quibuſdam ſolùm tantiſper (mitto hoc tuum verbum, tantiſper, parum ad rem, minuſque opportunè poſitum) ſeu parum mutatis: Ergo non eadem. Aſt quo modo tibi, paucis mutatis, ſi neutram ſcis? Si nihil mihi Empedocli & Platoni? Sed cur tu Archiater diſcrimen, & paruam mutationem non attuliſti? An inficiatus ſum ipſe fortaſſe, ſimilem Antiquorum fuiſſe ſententiam? An in prima parte libro ſecundo, cap.1. eorum 4. quinqueue argumenta non attuli, & poſt alibi huius ſententiæ Antiquorum nomina in medium non deportaui? quid garris? Atqui Gallego Antiqui non docent, nec explicant hanc ſententiam, ſi noſti; ſed quidam Paulus Aemylius tuus ſi recordaris explicat, & ſuſtinet.

Gall. tac.10. „ Sententia quam ſequitur eſt Empe„ doclis & Platonis, &c.

Pariſan. cont.10. An tu Gallego (non dicam, quòd in limine tantummodò falleris, & fallis, ſed quòd vbique) profiteris nunquam ac nuſquam verum, ſed falſum dicere ſemper? An hæc Opinio (non de mea loquor) antiqua Empedoclis & Platonis tibi videtur? An tu Archiater Magni Monarchæ Hiſpaniarum, & Indiarum Archiater, Medicorum Principem, Archiatrum, & Coriphæum Hippocratem propria opinione ſpoliare audes, vt Empedoclem, & Platonem veſtias. Audi primum Galeni verba, *a* Multos, inquit in podagram incidiſſe, quia & Patres & Auos habuere podagricos; in quibus ſemen vitiatum, atque ideo filijs vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem. Propterea admirandus & perinde laudandus Galenus, quum ſeminis animati ortum, attributa generationis modum ex ſe ſe, nec ab vllo ſui temporis Philoſopho aſſecutus, nec probabilem quidem opinionem, obſcuritati opinionem minimè committens, plenis (vt aiunt) buccis, ſe nullam de animalium fabrica validam rationem adinueniſſe, atque addidiſſe, omnibus teſtatum reliquit, ex Hippocratis ſententia *b* ſemen genitale tùm viri, tùm mulieris ex æquo Hippocrati conferre videtur ad vitam fœtui præſtandam, idque ab omnibus corporis partibus, abire. Quod Hippocrates libro *c* 4. de morbis ſcriptum reliquit. Et in libello de genitura *d* docet, genituram à toto corpore his verbis „ Porrò genituram dico à toto corpore ſecerni, & à ſolidis & à mollibus partibus: & paulò ſupra his verbis,

a 6. Aphor. 28.

b lib. de fœt. for. c. vlt.

c li. 4. de morbis.

d in principio.

„ Quibuſcumque verò iuxta aures venæ ſectæ ſunt, hi coeunt quidem, & genituram emittunt, verùm modicam & debilem, ac infœcundam. Nam plurima geniture pars à capite iuxta aures in ſpinalem medullam procedit: ipſe autem tranſitus cicatrice ſectioni induta conſolidatus eſt. In libro de aëre, aquis, & locis manifeſtè docet, ſemen à toto ab omnibus partibus procedere, exemplo Macrocephalorum, & exemplis, à ſanis ſani, à caluis calui, à cæſijs cæſij, à diſtortis diſtorti. Hoc idem, ſemen ſcilicet à toto prolabi in libro de morbo ſacro docet, & multis aliis in locis, quæ tu apud ipſum vidiſſes, necnon apud nos in libro 2. Exercit. 2. cap. 7. & Galeni rationibus pluribus confirmata, quemadmodum non paucis noſtris generatim. Quæ ſi Hippocratis ſunt, vt quid tu Archiater Empedocli & Platoni tribuiſti? An ſic paucæ lecturæ es? An vt ſemper fallaris, & fallas? Et ſi Magni Hippocratis eſt, & aliorum Antiquorum, & Galenus multis aſſentitur, vt ſupra loco citato oſtendimus, necnõ Magnus Albertus; Hippocratis exempla quadrant, & nos vt veram in lucem reduximus, vt quid tu ſtultam vocas? vt quid ad vrgẽtia tu Archiater ne verbum quidem: An quia in his & ab hiſce innocens es, ne te Racha dicã?

An neſcis tu quod Pariſanus triginta omnia Ariſtotelis argumenta confutat, & non vidiſti quod multifariam, ac plurima quin etiam aduerſus ipſum affert: quæ tu Hiſpane non ſoluis, & cur amabo te id tuo valore, perſpicacitate & ſubtilitate non præſtas? An nequis, neſciſue? Hæc cuiuſdam Pauli Aemylij ſtulta & cadens ſententia ſolidioribus & profundioribus ictibus nõ cecidit, an tuis leuioribus, nec ſuperficialibus quidem cadet. An arrogantis opus, munus, facinus?

Lib. 2. Exerc. 2. ca. 7. & 8.

An hæc vera ſunt Gallego! & ſi veriſſima ex quamplurimis dictis & dicẽdis: non ne verum eſt, quod nec Antiqui, (quando Ariſtoteles omnia ablegauit, communis opinio iamnum ſuſtinuit) nec Neoterici talia aſſequuti ſunt: quia à Philoſopho decuſſata, à reliquis omnibus ſepulta: Ergo adhuc noua: igitur non antiqua, quia Antiqui ignorarũt, noſtra Moderni neſciuerunt, quorum te non eſt recentior, tuum ſcilicet opus nondum anniculum: qui ſic bene, bellè, & ſubtiliter ſcripſiſti in ſtultum opus, in cadentem ſuapte natura ſententiam?

An tibi Archiatre ſtulti & arrogantis eſt hominis Naturæ ſecreta & diuina, immo Dei mandata in Dei laudem quęrere & inueſtigare ſudore, laboribus, vigiliis, ingenij acumine, quẽadmodum de Auditus organo, præcipuo inſtrumento, eiuſdẽ actionibus & vſibus: de quibus Antiquorum necnon Modernorum ridicula tantummodo habemus? (noſtra charta eiuſdem in tractatu cantat) audi. De Oculi præcipua parte & viſus inſtrumẽto, ac eius videndi modo Antiqui ignorarunt, vno excepto Platone ſub nube tamen vlla abſque probatione, declarationeue, ab Ariſtotele confutato, ab vno Galeno, ſed ineptè & perperàm defenſo, reliquis omnibus hactenus in tenebris morantibus & tacentibus? Vide. Sicuti de Cordis fabrica, actionibus vſibus iannunc gnotis? Perpẽde; Doctis ſcribimus. Quæ quia nec Antiqui, nec Neoterici nouerunt, quidã tuus Paulus Æmylius nimis audax & arrogans erit? & eius tales Opiniones ſenſatæ & rationi maximè conſentaneę ſtultę Archiatro Hiſpano erũt? Sic de præſenti & quampluribus noſtris alijs nobilibus de Subtilitate Exercitationibus dicta ſunto.

Quocirca Archiatre, quum ſtultitia & arrogantia ſint mentis ægritudines, nequaquã ad Naturæ ſecreta ac recondita, necnon Dei pręcepta ad Dei gloriam inueſtiganda facient; ſed Dei donũ erit: Qui ſapientibus creditis, & habitis abſcondidit: nobis tibi delirantibus fortaſſe conceſſit, & donauit: quamobrem intellectus acie & ſubtilitate talia aſſequuti ſumus, quia omnia deſuper. Contra verò tibi Gallego tametſi hæc vera, rationiue ſaltem maximè conſentanea, ſtulta & arrogantia ſunt.

Propterea Præcepta diximus, non ex Ariſtotelis falſo libro, vt tu, ex materiæ potentia: Ariſtotelis abſcondendi modo, qui (vt Atticus ait) in difficilio-

ribus

ribus & obſcuris, quæ neſcit, vt ſepia attramentum effundit ne capiatur: ſed ex Dei vero Codice, & à Natura rei nauigans. Quando, audi Archiatre, inquit Sacra Scriptura, Vidit Deus, &c. valde bona & dixit creatis viuentibus, Creſcite & Multiplicamini dixit, & facta ſunt. De quo mandato nos locis citatis fuſiùs & exactiùs pro virili, proinde videris, & perpenderis.

Quamobrem (nota) vt creatæ plantæ creſcunt & multiplicantur ſecundum totum, & ſecundum omnes partes: vel ſemine à toto in ſementiferis, (vt alibi vberiùs) in infelicibus, mediis ramis, germinibus, radicibus, bulbis, &c. Ita perfecta animalia vtpote perfecta eadem perfectione vt plantæ vti frui, & gaudere debuerunt, & ſic creſcere & multiplicari ſecundum totum, & ſecundum omnes ſui partes, ſpermaticas intellige, quarum eſt ſemen procreare, (non ſanguinearum) & ſic ſemen à toto, (modo explicato) & ita omnes ſpermaticæ animalis partes progignunt, creſcunt; & multiplicantur iuxta Dei mandatum & præceptum, non ſecus ac ſementiferæ plantæ, ſemine ſcilicet à toto delabente, (vt fuſiùs, inquam alibi docuimus & declarauimus) & ſic totum animal, & omnes eius partes augentur, creſcunt, inquam, & multiplicantur ſecundum materias, ſecundum formas, ſecundum quantitates continuas, & diſcretas, atque ſecundum qualitates primas, & ſecundas omnes auditu & ſcitu digna ex præcepto, & à Rei natura, non ſtulti & arrogantis Gallego, ſed acuti & ſubtilis ingenij Viri.

Maximæ ſuperbiæ eſt, quod ferre nequeas Philoſophum multos poſt labores non fruſtra paſſos, quin tandem dicat ſe quædam Marte proprio inueniſſe alijs ignota, quam ob rem mercedis præmij, & laudis loco conuicijs afficias, quod maximè ingrati eſt. Ingratitudo omnium vitiorum mater: proinde homini nil peius dici poſſit, quàm, ingratum.

Gall. co. 11. „ Duplex igitur conſtituit ſemen, quo„rum alterum appellat excrementitium, &cæt.

Quando Gallego diximus nos teſtium ſemen excrementitium eſſe (niſi ex aliorum mente) quæſo te abſque calliditate & fraude, noſtra afferas, ne Lectorem fallas, & tu ſubdolus agnoſcaris? An neſcis tu, quòd Ariſtotelis & Peripateticorum ſententiam & argumenta, quòd ſit excrementum reiecimus in prima parte de ſubtilitate lib. primo cap. 2. & docuimus impropriè ſic dici, & quam ob rem, & optimum fore alimentum, & alibi cuius cauſa & fine? *Pariſan. cont. 12.*

Aliud autem dixit verè eſſe prolificum, quod in partibus omnibus ſpermaticis generari, &c. „*Gall.* „*cõt. 12.*

Nequaquam aliud à toto ſemen, ſeu melius, alterum prolificum diximus, vt tu craſſa Minerua, & prout mente tua geris & profers: quoniam hoc ſemen vt animatum & viuens non eſt prolificum, quatenus tale viuum germen: quia ſcilicet eſt proles, non generat, non producit, bene perficit, ſeu perficitur dum alitur & augetur, vt in prima parte, ac fuſius in ſecunda, in locis citatis, in Lydio Lapide ad Mundinium explicuimus. *Pariſan. cont. 13.*

Quod quidem æquiuocum eſſe, vt partes à quibus generatur, dixit, &c. „ *Gall.* „*tact. 14*

Quòd à toto ſemen æquiuocum ſit, noſtra ex ſententia afferas, vt me dixiſſe ſcribas, maximam me in admirationem duxit: quando nec ſomniaui vnquam: quinimo nec ſic quid tibi velis intelligo: quoniam vbique falſus & mendax, tua pace dixerim: quando, inquam, nec tu nos intelligis; niſi peius fingas, noſtra forſam vt præpoſterè interpreteris & peruertas: tua minimè ad rem noſtris miſces, fortaſſe vt confundas: loca minimè citas, fortaſſis vt lectorem fallas, quæ Doctoris non ſunt, nedum Scriptoris, tantum abeſt Archiatri, & niſi immeritò volentis nos arrogantes & deliros. *Pariſan. cont. 14.*

Ceterùm quum ſemen à toto prolabens æquiuocum nec ſomniauerimus, & tua ex benignitate & liberalitate po-

ſueris, ſuas ſpecies conſtituiſſes & aſſignaſſes, vt Canis ſyderis, terreſtris bruti, & piſcis. Nam aliud teſtium eſt tibi vt nobis vniuocum, quod ſub æquiuoco non continetur.

Aſt dices, eſt æquiuocum, (hinc fallacia, & doli mali) vt partes à quibus generatur, dixit, (ideſt Æmylius) quod me vnquam dixiſſe, quemadmodum nec eſſe, falſum eſt; quoniam animalis partes vt quæque ſibi vni intellige vnum tantummodo conſtituunt minimè plura æquiuocè, ſed vniuocè quæque ſibi vni ita à toto ſemen quod vnum eſt, vt germen, quod fuſius & enuclearius Mundinio citatis in locis explicuimus.

Gall. » fac. 15. » Pariſan. cons. 15. Semen verò illud, quod in teſtibus generare dixit, vniuocum eſſe aſſerit.

Dicere & certò aſſerere quòd vbique mentitus ſis Arogantis non eſſet, quia res ipſa loquitur, & Veritas fucum odit; ſed quia huiuſmodi loquendi modum mei non patiuntur mores, & promiſſis ſtandum, ne te quidem Racha vocem, dicam, hiſce Vniuoci & æquiuoci verbis nunquam me vſum fuiſſe, (tametſi de teſtium vniuoco non improbem) vti nunc damno & reprobo, quippe quæ ad rem qua de agitur non faciunt: proinde tua, & tuæ inuentionis fore, vt ſcilicet obſcurent & confundant. Illud verò dixi, videlicet, ſemen à toto eſſe corpus Etherogeneum, etherogeneum dico Archiatre, vt animal, quoniam animās eſt.

Aliud verò teſtium nimirum impropriè, & vulgo ſemen, eſſe homogeneum corpus prædicti animati in vtero alimentum, ſicuti in generantis corpore teſtium, deferentium vaſorum, & proſtatum eſt.

Quandoquidem ad alendum, & pro alendo animato ſemine procreationis initio, optimo & puriſſimo omnium alimento opus fuit, quo teſtium officialium membrorum puriori & potiori dari nequit: quod ex Galeno, (cum ratione loquenti, Nota, quoniam intantum eius authoritate vtimur, quatenus cum ratione loquitur, ſecus tu infra: quemadmodum quum inquit, admiror Hippocratem non quia Hippocrates, ſed quia cum ratione loquitur) & multis rationibus probauimus & demonſtrauimus aduerſus Mundinium & ſequaces, citatis locis. Quoniam ſi verum eſt, vt veriſſimum in Schola Medica, & rationi maximè conſentaneum, quòd animalium ſemina ſemine nutriantur & augeantur, ſicut ex Galeno, & pluribus rationibus probauimus: Ergò puriori, quàm ſpermaticæ animalis partes iam auctæ, perfectæ, & robuſtæ: igitur hoc maximè elaborato ſemine in teſtibus genito, diuque in proſtatis aſſeruato & perfecto. Secus quo nam? vnde, & à quibus genito? Si verum eſt, ex quibus ſimus ex eiſdem nutriamur, initio procreationis potiſſimum, & præcipuè quin etiam ſi aliud ſtat Axioma ex Naturæ ſapientia & prouidentia: Quæ in neceſſarijs deficit nunquam, & quod melius eſt facit ſemper, Archiatre doctiſſime.

Ex quo delirio quamplura alia infert abſurda. *» Galen. » tactus » 16. Pariſan. cons. 16.*

Ego profectò te vaferrimum crediderim, quoniam non parum audax ſtrenuus Dux in Arenam deſcendis, quia Gallus, Hiſpanus, Indicus, Archiater vbi vbi leonina pellis non pertingit vulpinam aſſuis: & quod vrgentius eſt, vbique iratus Cęcorum more nullis viſis, obſeruatiſue nos verberas.

Sed quæſo te bone Archiatre, an cæcorum more, vt nos verberes baculo tentas, quò tendas & te vertas neſciens, cum cæcis negotium tibi credis? Quandoquidem non intelligimus nos craſſæ Mineruæ, quo modo conueniant hæcce tua, quoue nam pacto vna atque eadem Archiatria in ſede morentur. Videlicet, ex noſtro hoc (vt ais) delirio quamplura alia abſurda inferimus: Et ſimul hoc eodem delirio omnes dubitationes facile ſoluimus. Qui malùm ſcribendi modus?

Deus Optime, quis hæcce præter Archiatrum Gallego, diceret, ſi ſanus ſum, ſi nouerim, ſi intellexerim? quando, inquā, Illatio hęc purum ſit deliriū (tua pa-

Digitized by Google

ce dixerim in Veritatis gratiam) maximè repugnans: Quoniam hoc ſi ex delirio plura inferimus abſurda: igitur maximè delira, abſurda, ſtulta opinio. Sin verò hinc & ex hac omnes dubitationes facilè ſoluimus, vt dicis: Ergo optima doctrina, vera, germana, maximè luculenta ſententia ſi ſanus ſum: & deinceps ſtulta & delira illatio, quod Hiſpani Archiatri pace dictum ſit. Ita nos Itali ratiocinamur, quicquid Hiſpani & Indi credãt ſuo cum Gallego. Sed audiamus iſta multa abſurda.

Gall. cõt.16. „ Primum igitur abſurdum in quod coactus incidit, eſt quòd in vno loco, &c. „

Pariſan. cont.16. Tu hæc oſcitanter legiſti, dormitans excurriſti, in ſomnum delapſus talia ſomniaſti, & experectus in ſomnio viſa ſcripſiſti. Falſa ſomnia hæc tua omnia: nos luculenter aſſeuerantes ſcripſimus, elucidauimus in prima parte noſtrarum nobilium de Subtilitate exercitationum: in Pari & Saniori Iudicio adhuc pluribus Mundinio enucleauimus: in Secunda parte in Lapide Lydio ad eumdem & ſequaces plurimis quin etiam confirmauimus, ac omnes obiectiones & difficultates quãplurimas tuis hiſce leuiſſimis longè vrgentiores de medio nullo negotio abſtulimus quo loci experieris multa tibi tunc ignota, dicta fore, quibus ſuperficie tenus reſpondere, tantum abeſt de medio tollere non literatoris erit, nec crediderim maximè eruditi & literati, præſtolabimur. Tu vbique, inquam, falleris & Lectorem fallis, & damnabit te, potiſſimũ, quòd tuum erat, locum, caput, paginam, verba (vt nos vbique & ſemper, vt veridici, & veritatis gratia facimus) citare, & cauſam afferre talis diuerſitatis animationis à nobis poſitæ, & erroneum modum deportare & ſimul cõfutare; at tu aſtute ne verbum quidem, niſi Imperatoria authoritate ſic annuere, vt falleres: quæ nequaquam Archiatri ſunt.

Gall. cõt.17. „ Sine arte autem in primo loco negat eumdem habere humanam ſpeciem generationis ſeminis modum &c.

Pariſan. cont.17. Tu etiam artem in abſurdo (arbitratu tuo) quæris Archiater? In pura negatione (iure tuo) quam artem requiris? Immo quum vtrumque negas, ſemen videlicet animatum eſſe, & à toto prolabi laudares, hoc non abſurdum vocares. Et ſi ſolùm primo loco negat, & alibi aliter ſentit, vt ais, (quod falſiſſimum eſt vt reliqua) vt quid vis probet. Qui malùm inquam ſcribendi modus. An ſic merito tuo, tua ars luditur arte?

Magnum eſſet abſurdum ſi primò ſtatutum, ſecundò inficiatus fuerim; ſed initiò affirmare humanum ſemen aliter animari (ſi dixiſſem, non eſt verum) eſſet aſſerere animam rationalem aliter extrinſecus accedere, ac materialis cuiuſque animalis.

Etenim ſi primò aliter ſentit tuo falſo arbitratu: in ſecundo ſecus intelligit, declarat, & ſtatuit, vt quid vis in primo explicet? Qui tuus dico, hic ſcribendi, ratiocinandi, & reprobandi modus? In primo de homine quatenus homo eſt: in ſecundo quatenus animal.

Quòd ſi diſtinctum eſſe iudicat tenebatur ipſum explicare, &c. „ *Gall. cõt.18*

Si non dixi, quamobrem, non dictum explicare tenear? Sed fac me dixiſſe iuxta illud, *Pariſan. cont.18.*

Sà la fortuna trouarmi ou'io non ſono,
E laſcio l'orma oue non poſi il piede.

Explico, Vtrunque ſemen ab extrinſeco & extrinſecus accedit. Attende & nota ſano modo: quoniam ſubtilia hæc, nec triuialium ingeniorum ſunt epulæ. Non extrinſecus, vt Ariſtoteles, & ex eius libro nauigantes, vt tu, ex materiæ potentia, (quod neſcientis aſtuti & abſcondentis eſt) quam quid ſit, nunquam dixit, nec explicuit Picolomineus inquit: nec vnquam vllus Peripatetticus, ſed omnes ex ore pendentes in tenebris ſemper.

Dico tibi quòd non intrinſecus, ſed extrinſecus ſemen quodque animam recipit, dum eſt in poris nerui, vene, ſpermaticarum partium: non eſt in parte, quia partem ſpermaticam non penetrat; ſed eſt, in vacuo, in poris: quocirca materia præparata, ſemen ſeminis parti proximũ quod in alimentum tranſit & reſtaurat, vtpote eidem continuum animam extrinſecus à ſemine ſibi proximo, immo & con-

tinuo animato in eodem inſtanti recipit immediatè, mediatè verò à ſpermatica parte animata: Homo verò animal eodem modo, ſed quà homo rationis particeps aliter, non à partibus procreantibus, à parentibuſue, ſed à Deo ac omnino extrinſecus, vt alibi enucleatiùs & fuſiùs explicuimus: nunc verò raptim tibi dumtaxat morem gerendi cauſa, vt non abſurdum vllatenus, (alicubi ſi dixiſſem) ſed ſcitè doctum Gallego explicuimus.

Gall. „ *tac.19.* „ Sed abſolutè loquendo fieri non poteſt, quod excrementum illud tertiæ concoctionis maneat animatam.

Pariſan. cont.19. Hæc noſtra de animantium ortu philoſophia, ſeu ſententia, non è materiæ potentia, ex tenebris, Ariſtotelis videlicet libro educitur, vt tua; ſed ex Veritatis fonte, à Deo, ſi modo à Natura Rei, vnde ſcientia, deſumere ſciuerimus. Interim pellege, & prudentius perpende priuſquàm nos arrogantes iterum nomines. Habet Sacra Scriptura „ Videns Deus creata omnia eſſe valde bona, Dixit, Creſcite & Multiplicamini: & Dixit, & facta ſunt. Quod nec Hebræus, nec Chriſtianus, proinde, nec tu inficiaberis. Hoc eſt Dei Mandatum æquè omnibus, & perinde cunctis perfectio, Viuentibus nimirum, Plantis, Plantanimalibus, Animalibus imperfectis, & perfectioribus creatis; Vt omnis perfectio gradatim in imperfectioribus, in perfectioribuſque reperiri ſit, & longè maior, quia perfectiora. Quocirca quum iuxta Dei mandatum viuentia omnia creuerint, & multiplicata ſint. Creuerint ſecundum totum, & ſecundum partes omnes, atque accidentia omnia, quod quum pateat expreſſe nõ eſt probare neceſſe. Nimirum tota planta, forma, materia, ſecundum quantitatem continuam & diſcretam, atque qualitates cunctas primas & ſecundas; Sic Plantanimalia, & Animalia creata cuncta: ſicque multiplicata ſunt omnia.

Hîc Gallego pede ſiſtendum noſtra de Arrogãtia & ſtulta opinione acturi: quoniam plantæ ſemen non producentes (infelices vocatæ) creuerunt & multiplicatæ ſunt non ſecus ac aliæ ſementiferæ, vt Menta, Gramen &c. per radices, germina, ramos ex ſeſe, ſicuti liliorum ſpecies per bulbos. Arbores, ficus, &c. per germina, necnon arte, ſi rami diuiſi plantentur: quæ non parua eſt perfectio, quòd Dei mãdato dicto audientes fuerint: quòd creuerint & multiplicata fuerint ſecũdum totum, partes, & accidentia omnia. Et vnaquæque talium, planta ſpecie vna, & numero eadem ſola ſcilicet fuerit ſemper, ni caſu aliquaue de cauſa extrinſecus læſa & diſrupta fuerit, ab hominéue tranſportata & tranſplantata: ita vt ſit ſemper eadem numero planta à Deo creata, & Dei iuſſu multiplicata, ſed idem numero Dei opus: quoniam exempli gratia mẽta, gramen, ſuoptè multiplicandi modo agrum non ſolùm, ſed Regnum impleret non læſa, non impedita. Ficus &c. germinibus, ramis & ſtolonibus multiplicata eſt: ſed ante diuiſionem ſemper vna omnibus eſt partibus, germinibus, ramis ſurculis vna planta arbor fuit, quoniam vna anima: Vt verè dicere poſſis, hoc ficus germen, ramus etiam diuiſus, eſt illa prima arbor, ficus à Deo creata, numero dico, quoniam eadem eſt illius rami, geminis anima numero cum tota planta, quoniam non eſt mutata, non denuò genita, ſed illa eadem anima qua vnita cum tota planta animata erat, vt de menta, gramine & omnium infelicium plantarum multiplicatione alio modo facta per gemina, bulbos, &c. & proinde prima planta: à primo inquam ad vltimum germen, verum & dictu, hoc germen, hic ramus, ſurculus, ſtolo, eſt prima planta, primum opus Manus Dei: quoniam ſi primum germen, primus ramus, primus bulbus priuſquam diuidatur fuit primum Opus Manus Dei, ſic & diuiſum: ita ſecundum, tertium illius & ſic deinceps & perpetuò fuit Opus Manus Dei, quia ſemper eadem numero anima etſi diuiſa à ſuo toto. Vnde, inquam, ſumma perfectio eiuſdem plantæ ob multiplicationem ſecundum totum & omnes ſecundum partes & accidentia, iuxta quas verè dicetur Dei Opus idem numero ad hance plantam, ad hoc etiam præſens tempus.

In ſementiferis eadem eſt ratio: quòd ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet plantæ ſemen ferentes creſcant eædem ſic numero & multiplicētur, ſed non vt infelices dictæ. Iſtæ enim nobiliori modo vt perfectiores ſecundum totum, ſecundum partes, ſecundum accidentia omnia creſcunt, vt ſimili modo ſenſus docet Similiter eodem Dei mandato perfectione eadem participes fiunt, vt multiplicentur & totæ & ſecundum ſui partes omnes ſecundum cortices, ligneam, & medulleam partem, à quibus (à toto ſcilicet) ſemen, & ſic priuſquam decidat, à totoue ſeparetur idem eſt cum tota planta & ſpecie & numero, & conſequenter cū planta à Deo creata. Sicque de plantanimalibus dictum velim, ac de imperfectis animalibus, piſcibus: de quibus ſatis ſuperque in ſecunda parte de Microcoſmica ſubtilitate in Lydio Lapide ad Mundinium & eius Cateruam diximus, ne actum agamus. Ad perfecta propiùs tecum aſcendamus.

Si vnum certumque omnibus viuentibus eſt præceptum, & ea maxima de animalium excellētia & perfectione Dei iuſſu agatur: Et imperfecta, infelices plantæ, & ſementiferæ, & imperfecta animantia (à Deo intellige creata, non ex putri orta) morem geſſerint, & obediant dicto modo creſcentia & multiplicantia, vt certò pateт, & ſenſu conſtat, & ibidem etiam monſtrauimus: Cur perfecta animalia bone Archiatre Dei mandato non moremgererent? Si de Dei præcepto agitur? Si de Animalis Partiunque perfectiore pertractatur? Si maxima eſt perfectio Deo moremgerere? Et præterea ſui totius perfectio progignere, & vlteriùs vnius cuiuſque partis procreare, ſicuti infelicium plantarum radices, germina, rami, bulbi progignunt? Sementiferarum cortices, ſubcortices, lignea, & medullea pars in habentibus, ſicuti ſenſus docet, & Mundinio & ſequacibus oſtendimus: Cur non perfectorum animalium perfectiores partes, in quibus præcipuè Dei ſapientia fulget: & eo igitur potiſſimum ex Dei præcepto talis perfectio & abſolutio vigere & conſeruari debuit, & conſequenter, inquam, totius & partium perfectorum in animali, & ſingulis ſpermaticis partibus actu procreatio & multiplicatio, vt ſenſus ſentit, ratio conſentit, Authoritas & præceptum vrget & cogit. Antiquitas ſub nube vidit. Tametſi Ariſtoteles id ſepeliuerit, ſequaces & omnes hac luce orbati in eiuſdem Ariſtotelis profundo puteo, in Materiæ potentia in tenebris morantur & dormiunt? Deus Optime quòd quælibet Planta Infelix, & Sementifera (Ariſtoteli ignota, cui nec ſemen, nec fructus, animata) ſibi ſimile in ſeſe generet: quòd vnius cuiuſque ſingulæ plantæ pars creſcat, in ſeſe actu procreet, & multiplicetur, quæ maxima eſt perfectio, perfectum animal, & pręcipuè homo, hominiſue partes, non? Deus pluſquam Optime, quòd viliſſimæ plantarum partes ſibi ſimiles partes progignant, creſcant, multiplicentur; Mirabiles autem animalium, & hominis præcipuæ partes, genitalia potiſſimùm tam ſapienter fabricata, maſculea & fœminea vt ſint omnino ſimilia, & prorſus diſſimilia, & nihil penitus præter excrementum producant? ò Cęcitas, ò deliria? Et ex tali excremento etiam corrumpendo, fęminæ vterus animal generet patri ſimile? ò barditas maxima. Quod Planta in ſe ſe actu generet ſibi omnino ſimilem, vt eius ſingulæquæque partes. Homo verò & ſpermaticæ eius partes, purum pręter corrumpendum excrementum, quod ſit veluti lactis coagulum, quod menſtruum coagulat, poſtea vt crepitus quādocumque placet egrediatur, & ſimilia. ò fatuitatum ſtuitas? Amplius collato magis pede exemplo ſenſato procedamus.

Ada exempli gratia excrementum tantummodo præbet; ò bellum creſcere & multiplicari, ſeu incrementum, & multiplicatio. Ecquid hoc de ſemine veſtro excremento fit? Corrumpitur. à quo? neſcitur. Quò loci? ignoratur: quoniam ex vtero egreſſum increpitum Ariſtoteli abit. Hæc eſt Adami proles, & vobis, Dei opus? At priuſquam increpitum vertatur abeatue quoquo vultis, quid in vtero agit? vt Coagulū coagulat. Hic eſt finis & actio ſeminis Adami, belliſſimè. Sed quid coagulauit? ſanguinem menſtruum. Vt quid? Vt ex eo ſpermatica membra, &

omnes

omnes Adami partes progignantur. A quo? ab vtero. Quo modo? ignoratur ex qua proxima materia, quum mēſtruum corrumpatur, (ſeu vobis ſemen) quum ex non ente ens? neſcitur. A quo corrumpitur? ignoratur. Quid ſequitur hoc ex corrupta menſtrui (vobis ſeminis) materia innominata, (neutro ex ſemine) atque incognita, ignota, incognitaque efficienti cauſa? Maris & fęminæ corpora, & partes proprijs cum qualitatibus, quantitatibus & conſequentibus omnibus tot poſt ſubiectorum & accidentium omnium corruptiones perquam ſimillima. Quod & de teſtium ſemine vobis generationis materia dictum velim, ne tu tergiuerſari & ſubterfugere tibi credas Archiatre. Hæc ſchola Phyſica, ſchola Medica, & noſter Galego. Dij veſtram fidem.

Ampliùs præter Dei certum præceptū certò docens, à Rei Natura porrò pergamus, non ex libro nauigantes Archiatre. Recordare, quòd ridiculum eſt, authoritati non ſtanti, ex libro inquam non nauiganti, ſed ſenſui & rationi ſolummodò credenti, authoritatem afferre.

Semen (non excrementum vt tu cum Ariſtotele inquis,) quod perfectum & quinta quædam eſſentia in qualubet ſpermatica parte eſt, dum in poris exiſtit & perbellè perficitur totum recipit qualitates omnes & diſpoſitiones partis illud ſemen gignentis, quibus in toto inibi contento ſemine tempore impreſſis illico & è veſtigio in inſtanti ſemen à nutrice vegetali & ſentienti anima ſimul animatur, (non gradatim vt tu autumas) totum inquam, eodemque in inſtanti dicti ſeminis ſubtiliſſima pars ſpermaticæ proxima & adhærens in eiuſdem partis alimentum tranſit: pars verò continua dicto ſemini in ſemineæ partis alimentum verſo eodem in inſtanti ſeparata & animata remanet, & ſemineæ parti loco tranſmutatæ proxima fit, eidéque adhæret cui alia huic animatæ proxima iam alterata & parumper delineata ſubſequitur & ſuccedit in pororum exteriorem partem, quam priùſquàm pars alteretur prædicta nunc præſens animata occupabat & replebat, nunc per extenſionem cum prædicta inſtaurante continua animata: & hæc eſt maxima Naturæ ſapientia & prouidentia; Vt quēadmodum Ventriculus, Hepar, lien, Teſtes officialia membra, celebrata concoctione chyli, ſanguinis, & ſeminis, quod ſuperflui eſt, expellunt, ſibi autem neceſſarium retinent, vt apponant, & nutriantur, non pro illo inſtanti; ſed pro ſtato breui tempore: ita ſpermaticæ partes, quę ſibi tantummodo ſemen progignunt, quoniam ex quo conſtant, ex eodem aluntur, ſanguinem alterant, diſponunt, perficiunt in ſemen vertunt, & in nutritionis, & in ſe ſe conuerſionis inſtanti animant media nutrice facultate, non pro inſtanti, ſed pro ſtato breuiſſimo tempore in ſe retinēt, in quo ſi contingat animali coire & generationi incumbere ſapientiſſima Natura ſpeciei conſulens animatum ſeminearum partium alimentum effundit; (hinc emaciatio totius corporis, ſi ſæpius animal coeat, non ex teſtium ſemine, ſed totius, vt Mundinio diximus) & ita iuxta Dei Præceptum, animal creſcit & multiplicatur: Partes omnes generāt, & eadem perfectione, qua plantæ gaudent; vtuntur fruuntur Gallego tuis medijs & naturalibus miſſis formis authoritatibuſque, quibus non ſtamus; ſed bene Dei primùm præceptis: mox à Natura Rei diſcurrentes & ratiocinantes, quòd animal progignat: quòd partes in ſe ſe actu procreent & ſibi prorſus ſimiles animatas partes: non excrementa, quod re vera excrementum ſapit.

„ Aliter verò fit in ſimpliciter dicta ge- *Gall.*
„ neratione, &c. *tact.20*

Pariſ. cont.20.

Immo eodem ſimpliciter dicto modo fit generatio: non quòd agentis forma materiam commutet, vt tu præpoſtere intelligis, & ſcribis; ſed ſpermaticæ partes omnes dicto modo ſibi alimenti materiam alterent, commutent, animent primò & per ſe ſui nutriendi cauſa, ſecundariò ex Naturæ intelligentia, prouidentia, & ſapientia, vt creſcant & multiplicentur, & æternæ viuant iuxta mandatum. Vt verum ſit dictū, Viuit in me Ada ob præceptum, & dicto modo. At ſi Ada animam,

Digitized by Google

mam, ſeu animatum ſemen non præbuit, ſed excrementum, vt è materiæ, & excrementi corrupti potentia anima educatur, quid quod? Nequaquam Adę anima materialis, nequaquam corpus, partes, ſimilitudines eorumdem poſt corruptiones & interitus: & proinde neque in filijs, minimè in nobis viuit: quid quod igitur? An opinio iſta, eductio animæ è potentia excrementi excrementum ſapit? Vter noſtrum (miſſis Ariſtotelis tenebris & fabulis) ex Veritate ineptè dixit, & ſcripſit?

Gall. " tac. 21. " Neque conſtans eſt in iſto animationis modo; nam vno loco dixit ſolùm recipere animam ſenſitiuam?

Pariſan. cont. 21. Non quod ipſe in iſto animationis modo mihi non conſtem; ſed quia tu non intelligis Archiater, vt in tua malæ intelligentiæ conſtantia permaneas ſemper. Verum profectò eſt, quòd vno in loco ſemen recipere animam, & ſenſitiuam (quatenus à neruo, &c.) & vegetatiuam dixerim. Et in alio quin etiam affirmauerim, Parentes podagricos generare filios podagricos; quia ſemen articulorum fœtus eadem animatur anima, qua parentum articuli informantur. Hæc ambo vera ſunt, vt ſcripta, & idem prorſus ſonant, mihi hîc & vbique conſtant. Si modo tibi diuerſa & inconſtantia, quia non intelligas, quid tibi faciam? Audi

Semen à ſpermaticis partibus animam vegetatiuam & ſenſitiuam recipit.

Semen articulorum fœtus eandem habet animam, qua informantur parentum articuli: quid inconſtantiæ, contrarietatis hîc?

Si ſemen à ſpermaticis partibus animã recipit: quum articuli ſpermaticæ ſint partes: igitur & ab articulis; quid hîc inconſtantiæ?

Itidem & ſequela, ſi deducas. Atqui à debilibus parentum articulis, podagricis nimirum, atque talibus, & alijs (addimus) intemperiebus vexatis ortum ſemen, fœtus corpus, partes, articuli talibus affectibus (ex præmiſſis) affecti erunt. Quid quod bonæ Archiatræ?

Gall. " tact. 22. " Vbi aſſerere videtur animam ſimpliciter dictam recipere ſemen à partibus corporis parentum.

Pariſan. cont. 22. Dormitas ne, an ſomnias (non dico quòd dilires, vt meritò dicerem, quemadmodum tu nobis immeritò) Archiatre. Neutiquã nunquamue diximus animam à parentum partibus ſemen recipere.

Non ita craſſæ Mineruæ ſumus, vt haſce ineptias proferamus. Vide quæſo te Archiater, ne ambo te duce, irrideamur: quoniam ſic materialem formam abſque materia conſtitueremus, ante materiam poneremus, expectantem ſcilicet materiam, ſemen à partibus parentum: qua de re cachinnabuntur non ſolùm ſubtiliores, ſed etiam parum eruditi Itali, quam ob rem cautiùs agas pro Archiatria maxima dignitate. Nos dicimus quidem ſemen ſpermaticis in partibus genitum earumdem partium recipere animam, non contra, animam expectare, & recipere à partibus, & partium ſemen. Abſit à nobis hoc tuum Archiatrium dogma, & ſingulare Malachenſe inuentum.

Oportebat autem hunc autorem, qui Platonis & Empedoclis opinionem ſuſcitare voluit, ita fortiter, &c. " Gall. " tac. 23.

Pariſan. cont. 23. Viden Gallego, quòd Ariſtotelis authoritate & argumentis ceu lorica & clypeo in arenam deſcẽdis, tuis poſtmodum leuioribus, & perquam friuolis, & fucatis rationibus mendacijs plenis, non ſecus, ac Mundinus Mundinius ijſdem fœtus, & præterea à magna Medicorum Venetorum & Patauinorum caterua impulſus, adiutus, conſultus, & protectus liuore plenus in nos inſurexit, quem noſtro Pari & Saniori Iudicio in angulum coniecimus: quamuis à caterua coactus iterum inuexit: quem poſtea denuò de medio Lydio Lapide penitus abſtulimus, & quam longiſſimè ablegauimus: Quæ in illum omnia tibi dicta ſunto: quæ elapſo anno in apertum protulimus & tu iamnum legiſſes, ſecus videris: quia, inquam, tibi, vt illis, militi glorioſo adamuſſim dicta ſunt. Quapropter tuis hiſce leuioribus reſpondendum non fuiſſet. Veruntamen hoc negotij & laboris ſuſcepimus, ne iacteris tuis tibi inſolubilibus viſis nodis Gordijs reſponſum pa. 645. & ſeq. contact. 186. 187. p. 212.

ſponſum non fuiſſe: ac vt Hiſpani, & Malachenſes ſciant, quanti reipſa glorioſum: Archiatrum fecerimus.

In primis ſciuiſſes tu hanc noſtrã ſententiam non fuiſſe verè Platonis & Empedoclis; ſed Hippocratis & poſt Polybij, quod vt Archiater & ſcriptor ex eius Medicorum Principis lectione obſeruaſſes & dixiſſes, ne illum illuderes, & lectorẽ falleres; Sed poſtquam non videris, legiſſes in noſtris de Subtilitate libris prima parte lib.2. exerc.2. c.1. & 7. quo loci Autoris & ſequacium mentionem fecimus. Vt ibidem lib.2. Exercit.2. cap.2. vidiſti me Ariſtotelis triginta argumenta omnia ſcilicet attuliſſe, omnia ad vnum reprobaſſe c.8. Itidem Galeni c.3. Valleſij c.4. Fernelij cap.5. illaque in Antiquos reieciſſe, & quam pluribus rationibus iſtorum omnium ſententiam ablegaſſe cap.7. meam firmaſſe, & comprobaſſe. Ac poſtea in Par.& San. Iud. Atque demum in ſecunda parte de Microcoſmica Subtil. Mundini & Caterua occaſione, omnia ad Lydiũ Lapidem ducta decuraſſe, & deleuiſſe: Quæ etiam tibi dicta & ſcripta non primoribus labris more tuo deguſtabis, ſed remandes & ruminabis, vt quid ſapiant cautior expertus noſcas, non ſolùm Ariſtotelis, ſed quæ cateruatim argumenta & problemata oblata fuere, radicitus ablata fuiſſe omnia.

Interim tuarum partium erat Archiatre, ſi quid Ariſtotelis non ſoluti (nec ſciuiſti, nec potuiſti) & tibi ardui, ſoluẽdum nobis propoſuiſſe: non leuiſſimo laneoue ſic pede ſolis ſequentibus alijs miſſis, nugis fultus & armatus vt leuis armaturæ miles acceſſiſſe & receſſiſſe. Interea Lapidem Lydium ad Mundinium videris & paſceris ad ſatietatem.

Gall. cõt.24. Quam plurima igitur ex iſta falſa opinione ſequuntur abſurda: nam in primis nulla poterat fieri generatio.

Pariſan. cont.24. Immo dicimus, & bene dicimus, & clariùs dicimus (quàm vos in tenebris, & ex tenebris è materiæ potentia forma educitur & ſit generatio, cetera vlteriùs in cõfuſo omnia) à procreantibus & parentibus generationem fieri, & omnino ſimilem. In procreantibus abſque coitu & ad vnguem, ſicuti in plantis, plantanimalibus promiſcuis piſcibus, vt certò videre eſt, abſque interritus commento, in vtero.

Itidem & in coeuntibus; ſed quia ambo coeuntia, non ſunt omnino eadem; ſed in multis diſſimilia: Hinc proles nõ prorſus vtrique ſimilis; ſed alteri vt plurimũ, aut partim & partim. Aſt Gallego Infelices plantæ creſcunt & multiplicantur. An dices ibidem nullam fieri generationem? Aſt Gallego ſementiferæ plantæ ſemen & plantam ſibi ſimillimam progignunt, vt Mundinio demonſtrauimus (quod, & plura in Par. & San. Iud. ac in Lydio lapide videris) in ſemine propria planta, non ſata, plantataue, ſed in teca, in ſiliqua, pericarpio, vt ſupdiximus: quia ſemen eſt animatum (& tu ibidem videris) quicquid cum Ariſtotele fabulatus fueris, quòd videlicet ſemen & fructus potentia animam habeant.

Quamobrem dicimus, (vti in Par. & San. Iudicio & in Lydio Lapide ad Mundin. demonſtrauimus, quòd animantia, & animalia, ſicuti eorum animalium ſpermaticæ partes ſemen progignunt, quod animatum in matrice conſeruatur, nutritur, augetur, perficitur: non autem in vtero generatur. Quoniam vt quid vis terram tibi & ceteris matricem (nobis pericarpium) talem plantam procreare? Vterum fœtum ex ſemine excremento, etiam corrumpendo, & è materiæ potentia educendo patri ſimilem progignere? Vterum Aſinæ Ginnum, Equæ Mulum generare alia à parentibus. Et ſimilia multa aliàs dictis in locis allata, quæ non eſt vt repetamus, vt Lectori tædio ſimus: quo loci ex non tali ente ens, & multa fieri obſeruabis, quæ inquam repetenda non ſunt.

Quod ſi dicat partes eas amittere formas viuentes, quas acceperant à partibus parentum, &c. Gall. cõt.25

Pariſ. cont.25. Vt quid vis quæſo te nos tales ineptias dicere? Si ſemen eſt in parentum partibus animatum innato calido, eſſentialibus, accidentalibus, proprietatibus, & ſimilitudinibus prꝺitum, vt nutrimento tantum-

modo

modo egeat, vt Galenus cum ratione loquutus ſcriptum reliquit, (à quo tu recedere erubeſceres, vt Ariſtotelis tenebricoſa & ſõnia amplexareris) ſemen ſemine in vtero nutritur & augetur, deinde ſanguine alitur. Semen dico qua ſemen à toto, omnibuſque totius ſpermaticis partibus in vterum peruentum nutritur, augetur, quia animal, cuius tantummodo eſt nutriri & augeri: & ita facta eſt generatio: quoniam totum generat & multiplicatur: omnes ſpermaticæ partes creſcunt, & multiplicantur, vt animantium iuxta Dei mandatum.

Quòd ſi à toto, & à partibus ortus ſic ſit, vt quid vis & quęris: imò lamentaris in vtero ex illo procreationem non fieri? Eſto generationem ex non ente in ens, ſed in partibus ſpermaticis, non in vtero (cuius eſt fouere, ſeruare, & nutrire) in tenebris, & ex tenebris materiæ potentia: à quo, quo modo, quibus mediis ſi quæras, ad Columnas Herculeas, tibi ad Malachenſes, hoc eſt non plus vltra perueniemus ex libro nauigantes.

Nos verò ex ſacro Dei Libro, & Præcepto quidem, quod non fallit, & à Natura Rei ſentate philoſophamur, vti in Par. & San. Iudicio, necnon in Lydio Lapide ad Mundinium certus fies, & videris te non in delirantem, ſed in Melampigum incidiſſe.

Deus Optime quomodo Auium ex ſemine procreatio & proles, an ex matrice? An verò animata oua, & abſque matrice fiunt & oriuntur. Quippe ſolo auis, gallinæ fotu, abſque interitu erumpunt. Immo ſi noſtratis gallinæ oua ab Inda gallina foueantur, non indicus gallus, ſed gallinaceus noſtras emergit & naſcitur. Immo Turcæ (vt referunt) in calido Clybano oua ponunt, & eo temperato calore oriuntur: necnon Struthiocameli oua ſub arena naſcuntur: An arena matrix animam dat, ex materiæue potentia educit? Sericeorum vermium oua inter mulierum mammas fota naſcuntur: An mulierum mammæ animam præbent? An fœminæ Vterus ex corrumpendo ſemine teſtium excremento, & eius forma & qualitatibus, ex corrupta illius materia, & qualitatibus marem progignet & parenti ſimilem? At Equæ vterus ſi cum aſino equa cocat, nõ equum, aſinumue; ſed mulum: Aſina cum equo Ginnum, nec equum nec aſinum, ſed quid miſtum progignunt: nulli, & vtrique ſimilem, prout ſeminum à toto miſcella fert, & eodem ſemper modo ab Orbe condito: quoniam, inquam, ſemen à toto, & ſingulaquaque ſpermatica corporis parte prouenit: quoniam iuxta Dei præceptum, vt plantarum partes eadem perfectione gaudent, vt creſcant & multiplicentur.

Enimuero plantarum ſemina in fructu, ſiliquis, tecis, pericarpijs ſunt non ſolùm animata, ſed actu tunc plantæ exiſtunt ſuis cum exiſtentibus actu partibus ſub ſenſum, dico, cadentibus, vt Mundinio dictis in locis monſtrauimus; ſed tunc, inquam, potius plantæ (vt embryo in vtero) in ſiliqua, pericarpio enutritæ, auctæ, perfectæ, quàm verè ſemina; tantũ abeſt potentia animata quicquid Ariſtoteles ſentiat. Quamobrem obſeruabis in fabæ, piſi, ciceris &c. ſiliquis viridibus hæc dicta vocata ſemina, ſiliquæ, tecæ, pericarpio adhærere & iungi radicibus actu ſiliquæ iunxis, quibus nutriũtur, augentur, perficiuntur; Vt poſt exſiccata ſiliqua ſeparatum ſemen ſi plantes ibidem radicem eſſe, & emergere; immo & priuſquam plantes inibi radicem obſeruabis, potiſſimum in ſemine, & grano ciceris, eminentem & excedentem ſcilicet caudulam, quę radix eſt: vt in ſeminibus partes alias obſeruabis, in nucleo pineo faciliùs, folia videlicet & truncum.

Ea propter ſi animalis ſemen animatum & ſimile ab vtroque coeunte in vterum deſcendit, vt ibidem ſeruetur, foueatur, alatur, perficiatur, vt Galenus, inquã, cum ratione docet, vtque in plantis ſub aſpectum cadit: Vt quid vis illud interire & corrumpi, vt ex eo aliud quid ab vtero procreetur? Non ne hoc eſſet ineptire tuis & Ariſtotelis falſis cum ſuppoſitis? Quocirca inepta eſt illatio: Talis generatio non eſſet vniuoca. Sed bene veſtro ex diſcurſu id ſequitur, ſi rectè perpendatur,

Digitized by Google

tur,ex totali ſeminis corruptione ſuis cum qualitatibus, ex ſemine primùm excrementoſo,& ex alia deinde ignota materia prædicto ex corrupto exurgente cum procreantibus nihil penitus habente, ſimile procreantibus progigni:quæ glorioſo Archiatro digna non videntur, tua quod pace dixerim.

Gall. tac.26. „ Et quemadmodum Ariſtoteles dixit, probabilius ſenſiſſe Empedoclem, quàm Platonem: ſic nos dicere, &c. „

Pariſan. cont.26. Aſt Ariſtoteles perperàm hanc ſententiã reiecit, quicquid Antiqui dixerint, quos nos non ſequimur, tantum abeſt eos defendere velimus; ſed Ariſtotelem reiecimus & confutauimus ſuis omnibus primùm ablegatis ad vnum argumẽtis. Propterea iis te auditis,non dicam turpius & turpiſſime ſic noſtra iudicaſſe, quia aliter quàm Plato & Empedocles ſenſerimus; Sed bellè, immo belliſſimè (ne te Racha dicam)ſubtiliſſimè & Archiatriter te geſſiſſe,vt nos decet Archiatram tuam ob dignitatem,& noſtros ob mores: Dummodo tamen & nobis integrum ſit Veritati eſſe & facere noſtra pro craſſa Minerua, quæ tu vt etiam in Tribunali æqui boni conſules. An quia Empedoclis opinionem nos non ſequimur, & probabilius ipſe ex Ariſtotele, quàm Plato ſenſerit, nos turpius & turpiſſimè egiſſe ſtatuis? Qui malùm, dico,arguendi, ratiocinandi, & inferendi tuus iſte modus? An quia id Ariſtoteles dixit, vtpote qui ab eius ore prorſus pendes,& illius abſque cortice natare non audeas,nullis tuopte ingenio, & Marte proprio excogitatis, & ſubtiliter, immo nec craſſiuſculè, ſed maximè craſſis, quinimo falſis omnibus dictis, etiam in Italos Archiatrum, & ſic, inquam, agis?

Gall. tac.27. „ Hic verò noſter autor omnes partes ſpermaticas tam patris, quam matris generare dixit partes ſpermaticas. „

Pariſan. cont.27. An neſcis Archiater ex Medicorũ Archiatro Hippocrate,quod (Ariſtoteles didiciſſet) animæ ob ſemina (proinde animata) miſcentur? vt in prima noſtra de Subtilitate parte, quod obſeruaſſes, & poſt alibi ſcripſimus. Cuius hæc ſunt verba, & tibi dicta, Si quis non credat animã animæ miſceri demens eſt. quid quod Collector? Sic alias ad authoritates, plurimas noſtras, locis citatis, rationes tu ne verbum quidem vnquam; ſed tantummodo relata refers,vtinam bene; quod diſſerentis non eſt, nedum Archiatri.

Semina vtique miſcentur,animata dico, ac à toto, & ab vnaquaque, inquam, ſpermatica parte prouenta, quod pluribus probauimus,ad quæ tu glorioſus, dico,neutiquam verbum quidem. Proinde non Gemelli: nec ſecus fieri poteſt; Non tantùm ex præallato Dei præcepto; ſed ex Natura rei, ex plantarum reſpondentibus effectibus confirmantibus; ſed etiam ex ſimilitudinibus, & coeuntium parentũ proprietatibus continuò obſeruatis, quæ ſecus fieri nequirent. Sed etiam ex diuerſarum ſpecierum animarum & indiuiduorum coitu per quammaximè manifeſtum etiam bardis eſt. Ex coitu nimirum canis & vulpis, canis & lupi: lupi & vulpis: ex eq. & tauro, ex equæ & aſini, (quod omnibus præ oculis eſt) ex aſinæ & equi: In quorum coitu non poteſt equus, nec progigni aſinus: nec gemelli, equus videlicet & aſinus, alter ſcilicet patri equus, alter matri aſina ex tua doctrina ſeu fabula, à ſæculo inauditum; ſed quid miſtum ſemper ab Orbe condito,mulus, ginnusue: quoniam animata ſemina à ſingulaquaque ſpermatica corporis parte deſcenſa: Vnde alia & miſta ſpecies: Alia forma,anima: Aliæ proprietates: Aliæ ſimilitudines,quæ ab vtero procreari:è materiæ potentia educi dicere, quia repugnant, erubeſcerem Gallego.

Cetera plurima in Par. & San. Iudicio, ac in Lydio Lapide ad Mundinium videbis,vt omnino recantes. Secus omnia incommoda,& ſemper monſtra,potiſſimùm ex Ariſtotelis obſcura & tenebricoſa nullibi expoſita, numquam declarata & intellecta ſententia ſi ſapis.

Deinde ſecundum iſtius autoris opinionem pater in quo deficit aliqua pars ſpermatica,&c. „ *Gall. tac.28.*

Hoc eſt veriſſimum & nobiſcum facit noſtram iuxta ſententiam, non falſum, vt tu dicis: quoniam ſæpenumero mutilata *Pariſan. cont.28.*

parte

Digitized by Google

parte animal mas, vel fęmina ſimilem procreat: ſine anterioribus cruribus vidimus nos genitos canes ex patre ſic mutilato. Sæpius alios ſine cauda patri ſimiles. Sæpiſſimè homines tali cum ſtigmate: & vt omnes ſciunt, & Antiqui Hippocrates & Ceteri, ex Claudo claudus, manco mancus, ſtrabone ſtrabo, podagrico podagricus, & ſic diſcurrendo de Hippocratis Macrocephalis, ac in omnibus ſenſu patentibus. Signum manifeſtum; quod à toto & tali proinde deficiente parte non deſcendente ſemine animato, mutilatum ſit ſemen, animal.

Dices quandoque nō item: fateor, quia ſemen alterius coeuntis & procreantis ſupplet: quod vos aſſeritis, dicentes quòd gemelli & monſtra generarentur: quod falſum oſtendimus: quoniam ſemina & animæ miſcentur, vt ſupradiximus, & fuſius Mundinio & Protectoribus, citatis in locis videris.

Gall. ,, tac. 29. ,, Tum præterea nonoſtendit huiuſmodi autor quomodo generentur partes carnoſæ, vt Hepar.

Pariſan. cont. 29. Cui intelligenti dubium in bona Schola, Archiatro excepto, quòd principio tales generationis Hepatis principium non detur, ſi de ſemine à toto animato prolapſo loquimur? De ſemine quod initio nutritur & augetur quà ſemen vt Galenus docet: De animali principio viuenti, cui hepate nec opus eſt priuſquā in lucem egrediatur, quoniam in homine ad decimum vſque menſem otiatur. Non propterea dicimus (ne cauilleris) ſanguinem non affundi: Hepar, Cor, Spenem, & parenchymata in fœtus generationis principio, aliquot ſcilicet poſt dies, non affundi. Vt quid igitur à nobis animalis in principio de Hepatis principio multos poſt ortus dies principium ſciſcitaris? An neſcis tu ex Galeni & Medicorum vera in hiſce Schola, quòd Iecur affuſo ex ſanguine fit, & proinde nihil cum animato ſemine habet, quod initio à toto prolabitur, prolapſum animatum principiò ſemine (ſi cum Galeno ratione loquente ratiocinaris) nutritur, deinde ſanguine abſque Iocinore?

An neſcis tu Archiater, quod ex Medicorum Archiatro in Pſaltriæ ſex dierum abortu non erat Hepar? Amplius ſi Iecur eſt affuſio parenchyma: Ergo affunditur: Igitur alicui ſanguis affunditur: Ergo alicui ſe ipſo priori, Venis, fibris, ſpermaticis partibus videlicet. Vt quid igitur principio à me Hepatis principium quæris? Haud certò mirum mihi videretur quum hactenus peripateticus fueris id de Corde ſciſcitatus cum Ariſtotele fuiſſes, qui Cor omnium primo gigni (etſi perperam) arbitratus eſt. Sed ex meliori Schola cum Galeno, ſemen primum viuere, ali, & augeri docente, principio in primo animalis ortu, Hepatis principium, quod eſt ſanguinis affuſio quærere, non ſubtilis & acuti ingenij, ſed nimis vulgaris hominis fuit. Qua de re hactenus ſatis, quando aliàs fuſius.

Potiſſima ratio adducta ex Ariſtotele aduerſus iſtam ſententiam eſt: quia inde ſequeretur, quòd vnica coitione non poſſent plures fœtus generari, &c. ,, Gall. ,, tac. 30.

Non ex intellectus debilitate plura ſimul vno coitu procreari animalia inficiatus eſt Autor iſte, Paulus Æmylius tuus, inquam, ſed ex ingenij acumine hance Ariſtotelis & Vulgarem opinionem reprobauit, argumenta, & hoc ſimiliter. Nec vna ratione ſuam ſententiam confirmauit, ſed quamplurimis ratam fecit: Ratione & ſenſu ipſo in quibus omnibus id periculi fieri poteſt, & generationis modos, atque cauſas pluralitatis explicuit: Et quam ob rem Ariſtoteles & ſecū docti quidam Viri allucinati cum Vulgo fuerint dilucidè docuit. Quæ in Par. & San. Iudicio, necnon in Lydio Lapide ad Mundinum videris: quoniam eadem hic excribere nimis longum, & actum agere foret. Pariſan. cont. 3 ſ.

Imò 4. de gen. animal. c. 4. Democritum reprehendit, quia monſtrorum generationem fieri non poſſe dicebat. ,, Gall. ,, tac. 31.

Perperā Ariſtoteles Democritū de mōſtrorum generatione reprehendit, (quemadmodum de mortuorū reſurrectione ipſius irridet) & ex libro nautæ aſſentiuntur. Quod ex falſa Ariſtotelis ſuppoſitione (nobis, niſi Democrito) contingit, quòd ſcilicet vno coitu plura generentur, quòd Pariſan. cont. 31.

ex eius verbis conſtat, videlicet „præſtat non circuire via omiſſa breui & facili. Quod nos falſum pluribus ſupra & citatis locis oſtendimus: Et quia ſemina ſunt animata & miſcentur: Quare ſi paulò poſt (non procreationis principio & illico) initiato conceptui membranis non vndique & perfectè veſtito aliud ſemen accedat, & initiò adhæreat, monſtrum fit in vtriuſque coitionum ſeminum partibus non perfectè miſtis ob membranarum non induentiū defectum. Hinc monſtrum duorum corporum in abdomine, & vmbelicalibus coniunctorum. Quandoque duorum Capitum monſtroſum corpus plura ob ſemina duorum coituum ſimul miſta præterquam in capite. Aliquando monſtrum quatuor brachiorum eadē de cauſa vbique miſtis ſeminibus, præterquàm in brachijs membranarum non perfectè induentium ob defectum. Interdum plurium crurum ſimiliter. Et nunquam non ex imperfecta miſtione, nimirum poſitionis ſeminis, vt in ſexti digiti fabrica contingit, & ſimilibus à nobis citatis locis explicatis: quæ via verè facilis, & vera eſt. Nequaquam ex multo & diuiſo ſemine: quoniam quum vobis totum ſemen vnius ſit rationis: quam ob cauſam vobis quælubet illius particula ſi apta generare, & vnum conſtituere animal? Vt quid, inquam, iſta talis ſeminis particula procreat ſextum digitum, tertium, quartumue brachium, ſecundum crus, alterum caput? Sed hiſce veſtris de nugis non hic, quia ſat ſuperque ad Mundinium & ſequaces.

Democritus maximus fuit Philoſophus quinque certaminum victor ſummo cum honore eſt habitus, cum in phyſicis, philoſophia morali, mathematica, liberarum diſciplinarum rationibus, artiumque omnium excelleret. Quem Ariſtoteli & omnibus Philoſophis Cicero præponit, &c. Eius laudes leges apud nos in 2. parte in vita Ariſtotelis pag. 220. vbi mira de illo ſummatim ex pluribus Authoribus audies.

Gall. tac. 32. „ Et in eodem cap. Ariſtoteles probat „ neceſſarium eſſe aliquoties ex ſemel expulſo ſemine multa generari animalia.

At Vobis in exemplo ſtemus & à veſtris ne per latam quidem paleam terminis recedamus. Coeat Gigas, magnus homo cum nana muliere: fiat conceptio, vt ſimilis ſæpè viſitur, niſi Gigantis noſtris temporibus, ſaltem, inquam, magni hominis cum nana, aut perquam parua muliercula. Ex Gigante magnoue homine ſeminis plurimum: Ex ſana & ſanguinea muliercula & ſemen & menſtrui plurimum: & præterea os vteri alterius mulieris magnæ reſpectu, anguſtū, quid ſequitur Viri ſubtiliſſimi? an ridiculo mure minus, nihil? quod in dies & quotidie viſitur, vnus fœtus, & fortaſſe paruus matri ſimilis: non plures, etiamſi ex plurimo ſemine & menſtruo eodem vno ex coitu. (vt Mundinio pluribus oſtendimus.) Sin verò magnus fœtus patri ſimilis vteri anguſtū ob os, morietur muliercula, vt quotidie viſitur, quid tum? Quæ hinc & hic plures vno coitu ad gignendos fœtus vteri os, ſeminis & menſtrui plurimi neceſſitas? An ſenſui & quotidiano experimento iſtæc repugnant? propterea vt nimis friuola miſſa fiant. *Pariſan. cont. 32.*

Diuiſionem verò eiuſdem materiæ ad plures fœtus efficiendos in vtero fieri dixit eo modo, quo vertigines, currentibus fluuijs gemminantur. „ *Gall.* „ *tac. 33.*

Seminum & mēſtrui Diuiſionem non fieri, nec fieri poſſe, & factas, (impoſſibili poſito) non poſſe ſcilicet diuiſas ſic ſeruari vllo modo pluribus de cauſis Mundinio & ſequacibus oſtendimus, quæ deſcribere nunc denuò non eſt: quando & in Par. & San. Iudicio in prima parte, ac in 2. in Lydio Lapide ſatis dilucida extant. *Pariſan. cont. 33.*

Quod ſi Ariſtotelis tenebræ, obſcuræ exalationes, atri vapores, vertigineſue, & ſimilia in cauſa talium ſint, à Vertiginoſis, Epilepticis, ac Apoplecitis etiam quærantur.

Impedimentum verò diuidens materiam fœtuum in vtero non aſſignauit Ariſt. quamuis Albertus flatulentam ſubſtantiam dicat eſſe. „ *Gall.* „ *tac. 34.*

O Deus

Digitized by Google

Pariſan. cont. 34. O Deus optimè quo ventum eſt, ad quas nugas (ad quas fatuitates, ſi fas eſt dictu) noſtri literati ex ore pendentes cōfugierunt? Ad Naturæ perfectionem, & nobiles eius inueniendas actiones: immo (quod grauiſſimum) ad Naturæ præſtandos plures & præſtantiores effectus: accidētia, defectus vltra naturam, & præter naturam, impedimenta, & eamdem impedientes cauſas quærimus, ponimus, ſupponimus probamus? Hui Sapientes?

Ariſtoteles poſuit, inquis, bellè. Sed non aſſignauit, quia ſat tenebras in arduis effundere, vt Sepia attramentum ne capiatur Atticus & Picus Mirandulanus dicebant.

Albertus, inquis, flatulentam ſubſtantiam cauſam eſſe dixit.

O Deus pluſquam optime; Ergo flatulenta ſubſtantia (fortaſſe Ariſtotelis crepitus) excrementum ex corporis defectu, & defectus, ac ex accidēti excrementum Naturam iuuat & (vt aiunt) per ſe, & perficit, atque mirabilia præſtat, quæ nobis Natura præſtare nequit, in cauſa eſt talis & tantæ ac admirabilis Naturæ perfectionis? O præclara & admiranda flatulentia. ò perquàm dignum & nobile Excrementum. Igitur flatulentia ſemen diuidit, diuiſum alia & diuerſa in loca ducit: diuiſum in Vtero & Vteri multis in partibus continet & ſeruat? O præclarum inuentum? ò nobile excogitatum? ò diuina flatulentia? Sed quibus hæc medijs inſtrumentis? Nos Mundinio dictis in locis hæcce Naturam præſtare nō poſſe pluribus demonſtrauimus. Quo modo tamen plura gignantur declarauimus. Et quod nobis Natura efficere nequit, Vobis flatulentia præbet, ſeruat, exhibet? Eſto Malachenſibus, nos Itali nec capimus, nec credimus.

Gall. tac. 35. „ Affirmat autem Ariſtoteles ſemen diuiſum in plures partes vim habere formandi & animandi plures fœtus ex vnica materia in plures etiam partes diuiſa. „

Pariſan. cont. 35. Eſto vobis veſtrum ſemen eiuſdem rationis (quemadmodum eſt) & naturæ & formæ eſſe, quum Ariſtoteli & vobis animatum non ſit; Quo modo vim formandi, & animādi habeat, declarandum fuit: quippe qui Ariſtoteles eidem conſtringendi menſtruum & coagulandi illud tantummodo, ſicuti coagulum lac, aſſignauit, ac vterum deinde egredi, atque increpitum poſtea abire miſellum: Hinc vndique tenebræ.

Gall. tac. 36. „ Inquit enim id, quod diuidit menſtruum, nempe ſemen, vnum eſſe formâ, & ex conſequēti quamlibet ſeminis portionem aſſerit. „

Pariſan. cont. 36. Quo modo vos quæſumus ſemen vobis excrementum & conſequenter & conſultò inanime vim diuidendi habebit, & actu in vtero diuidit? diuerſas in vteri partes ex induſtria ducit & portat? diuiſa & locata inibi dedita opera ſeruat & conſeruat ne moueantur & deſcendant, ne in fundo, in vtero commiſceantur, vincit ſine vinculo veſtrum præter imaginationi ligamen? Quod diuidendi, ducendi, portandi, ac conſeruandi iam iam ſupra flatulentæ materiæ excremento eidem ſcilicet tribuiſtis, nos neutiquam credemus hæcce ſomnia.

Hanc eiuſdem rationis materiam inanimen à flatulenta materia plurimas in partes diuiſam eamdem habere potētiam operandi, formandi, & extrinſecus animandi, Vobis excrementum ac tandem crepitum diuina opera procreare, perfecta animalia progignere? permaximum ſcribentium intellectus opus dicerem, niſi purè imaginata & ficta ex inſcitia omnino confuſa & conſultò calliditate ſic affuſo ſepiæ attramento ad ſciolos credulos ſcirem. Eorum Manes parcant, & tua pace dixerim.

Gall. tac. 37. „ Nos autem qui ſolùm materialem fœtus cauſam ſemen eſſe aſſerimus, fatemur ex ſemine expulſo vnica coitione plures fœtus eiuſdem ſpeciei formare poſſe agens generationis. „

Pariſan. cont. 37. Tu giras & regiras, vt fuga ſalutem tibi quæras; ſed quum eadem in fouea ſis, iiſdemque laquęis ligeris, teneariſque, Itidem tuum ſemen eiuſdem rationis excrementū diuidens: diuiſum hinc inde diuerſas in vteri partes aſportans: aſporta-

tum alia in loca inibi continens, & quin etiam manu tenens, quin in fundum, decliuiorem in vteri partem deſcendat & præcipitet atque vt fluidum miſceatur, prohibeat, tibi aſſignanda nobis inueſtigantibus & ſciſcitantibus ſunt. Quæ, quum tibi aqua hæreat vt ex libro nauiges, hæcceque veſtra pura & mera omnia ſomnia extent, neutiquam fiet ſi ſanus ſum.

Gall. tac. 38. „ Nos autem ſequentes noſtra principia, „ iudicamus, in animalibus, in quibus propter plurimam materiæ copiam plures ex vna coitione generantur fœtus, fieri diuiſionem materiæ, à quo fœtuum formatio.

Pariſan. cont. 38. Aſt quæſo te Archiatre, quæ ſunt tua principia? ſaltem nobis dixiſſes. Quod nam tibi agens eſt quod poſſit, & actu materiam fœtuum ſiue ſemen, ſiue menſtruum, vtrumqueue velis diuidat, (hoc opus, hic tibi labor eſt) diſponat omnem æque & perfectè partem ad æquilibrium, ad vteri loca (in vno & eodem intellige vtero) plura ibidem ſtabiliat, & conſeruet, atque impediat, ne fundum, & decliuiorem vteri fundum, ſeu partẽ petant: quia nos neſcimus, nec imaginatione aſſequi poſſumus quidem, attingemuſue vnquã, niſi tu Archiater nos doceas, potiſſimùm quòd, pluribus ex coitibus id ſemper fieri exiſtimauerimus, ſenſu, ratione, authoritateque pluribus Mundinio & ſequacibus demonſtrauimus. Hactenus noſtras ſuſpenſas aures, ac aurium ſtapedas, atque biantes Cocleas ſuſtinuiſti, (à nobis luculenta, ſi didiceris, quod non credo) & præſenti nos animo voluiſti: quemadmodum & nos talia adiſcendi deſiderio lubentiſſimè morem geſſimus certò credentes voti compotes fieri: quando deluſi tandem ſic totius Archiatriæ tuæ doctrinæ, caput concludi, & ſignari experimur: Hiſce videlicet, „ Hæc omnia fieri ab agente totius generationis, tanta eſt (inquis) Naturæ ſapientia & prouidentia.

Sic adamuſſim neſcientes in neſcientium Aſylum confugientes ſoluunt, docent, declarant.

Atqui Archiater tot poſt verborũ circuitus, quod nam tibi iſtud eſt agens? an neſcis? Vt ignorãs in Arenam vt Doctor, & Magnus Archiater tibi deſcendendum non fuit, potiſſimum in ſtultam opinionem, ex ſe cadentem, aduerſus arrogantem & delirantem, præcipuè ne parum docti, illaquearentur. Ceterùm amabo te, An eſt ſemen iſtud agens? minimè, quoniam ſemen vobis eſt excrementum, eſt materia eiuſdem rationis inanimis & inepta ad diuidendum: adde quòd nemo ſe ipſum diuidit; Igitur à quo? A quo diuiſum ſemen, hæc materia diſtribuitur? Diſtributa: non à ſe ſe, quoniam diſtribuitur: Diſtributa à quo continetur? non à ſe, quoniam continetur, non continet: Quid tibi igitur? Agens generãs inquies. Verba audio, rem verò haud intelligo: monſtrabis dices, monſtrum credo, hoc monſtrare non valens, vt diſperatis.

Quid ſemen inquam diuidat, diuiſum portet, latum ſuſtineat, accomodet, conſeruet, formet, animet, animal procreet hac bella veſtra ex opinione iuxta tecum neſcio: nec ab Ariſtotele, quemadmodum nec abs te, nec ab alijs oſtenditur declaraturue: ſed vt ille Materiæ Potentia ſæpiæ attramentum effundit, Ceteri omnes balantum more (quorum pace dixerim) eo ſaltant, mergunt, & ſe ſe recipiunt.

Ex quorum omnium recta intellectione falſitatem ſententiæ huius Æmylij, qui de ſubtilitate ſcripſit vnuſquiſque aſſequi poterit. „ *Gall. tac. 39.*

Ex tali belliſſima tua peroratione, merito tuo & ſuo belliſſimus ſequitur Epilogus tali Archiatro digniſſimus, ex Chartæ, inquam, vero, germanoque cantu. Vt nec immeritò diſſimiles tibi gratias habeamus, agamuſque: Non referimus autem noſtra iuxta promiſſa: ne te Racha quin etiam nominemus. *Pariſan. cont. 39.*

Hæcce tua ſunt iacula noſtram in abſurdam opinionem ex ſe (arbitratu tuo) cadentem, & in nos arrogantes omni tuo conatu & hoſtiliter iacta, à nobis in te ad vnum retuſa quidem omnia, ſed amicè. Verum eſt quòd ſtultum fuit hanc in noſtram ſententiam

ſic

Digitized by Google

ſic inſurgere & inuehere, tu in Capitis principio dixiſti: Ego non auſus eſſem ſic loqui, nec audeo in talem maximum Archiatrum. Verùm dico me admiratum foſe te nil Veri, nil Boni: nil Benè, nil Bellè: nil rationi Conſentaneum: nihilque tandem Probabile attuliſſe. Et proinde num expedierit tibi reſponſum dare valde anceps fui: reſponſum tamen volui, ne Hiſpanis (poſtquam Magnorum Regum Medicis reſpondi) Hiſpanum maximum Archiatrum ſpernere viderer: tametſi non ita libenti animo: quoniam credebam Hiſpanos Sapientes, nec ſolùm moratos ſore, Archiatros potiſſimùm, ſicuti Valleſij, Mercati Celebres &c., ſed potiùs etiam fucatos, vt quandoque nobilium Hiſpanorum prudentiam admiratus fuerim: Quemadmodum nunc vice verſa maxima admiratione afficior, Maximi Monarcæ Archiatrum ſic relaxatis habenis nobiſcum & in nos agere. Propterea quòd nihil tecum, teque aduerſum habuerimus egerimuſque vnquam vſpiamue: & quodcunque in alios, ſummo ſemper iure, & Veritatis perpetuò gratia, modeſtè & moratè more noſtro.

Demum viden Gallego Archiater, quòd tua hæc cõtra nos nihil ad nos quia nihil ad rẽ, quoniã nihil eſt in buſſula, ea propter ſimulatque Venetias appulere, facile nobis fuit libare omnia, ac vt plumis leuiora Ventis ad te dare retrorſum.

Vtrauerò noſtrùm opinio, delira, Vterue noſtri arrogans ad Lydium iam ducti lapidem tu videris, & iudex eſto: dummodò ſecus, hoc eſt quieto & pacato animo conſulas, & æqui boni facias omnia.

Pariſan. cont. 40. Ceterùm quæſo te Archiatre doctiſſime, quum hanc noſtram ſententiam omni conatu omnibuſque tuis archiatrijs viribus explodendam vt ſtultam ſuſceperis, cur vt Hiſpanus Dux (non miles) glorioſus, tot noſtras rationes nõ ſoluis? Quamobrem ad tot Hippocratis loca à nobis allata non reſpondes? *Lib. 2. Exerc. 2. ca. 7.* & Cur dic ſodes glorioſe Dux Hiſpane ad quatuor Ariſtotelis firmiſſima argumenta in capitis fine allata ſemen à toto prolabi probantia, tu ne verbum quidem? Tu noſtra legiſti, hoc ſeu illud potiſſimum caput, quod abſque erubeſcentia inficiari nequis: quoniam noſtram opinionem reprobare omni nixu (tametſi nimis perperam) contendis & conaris, & propria noſtra quædam verba affers: quamuis noſtri nominis te oblitum fingas, videlicet Cuiuſdam Pauli Æmylij, quæ nec ſunt gregarij militis, nedum leuis armaturæ, tantũ abeſt Glorioſi Hiſpani Ducis, ſemimũdiq; vt profiteris Archiatri in literariam Arenam ſic calliditate & dolis malis deſcendere, ſed ingenui, doctè, ſolutè, & liberè in Veritatis gratiam, vt nos profitemur, & re vera pręſtitimus ſemper, vt tu & omnes norunt, tametſi non intellexeritis.

Quæ ſit proxima ſeminis materia ac de eiuſdem vero conficiendi modo.

Ioannis Gallego ſententia.

Gallego lib. 1. c. 21. pag. 38. Meritò Galen. fruſtra eos laborare affirmat, qui actiones internorum organorum, & ea, quæ ad eaſdem actiones rectè efficiendas ſunt neceſſaria cognoſcere ſtudent ſine diligenti inſpectione, ac cognitione totius compoſitionis eorundem inſtrumentorum per anatomen prius factam. *Actio partium internarum ſine anatome fruſtranea.* Nam ex poſitu potiſſimæ partis totius organi, ex eiuſdem figura, ſubſtantiæ modo, colore & ex huiuſmodi conſiderationibus reliquarum partium, potiſſimæ parti ſubſeruientium, indagari poteſt, vt fecit Galen. quænam ſit actio huius, vel illius inſtrumenti. Cognita verò propria inſtrumenti actione, facilè deuenitur in cognitionem vſus, quem præſtat quælibet pars inſtrumenti ad complementum principalis actionis, vt paſſim docuit Galen. *in libris de vſu part.* *Vſus cognitio.*

Cum igitur probatum ſit, actionem inſtrumentalem teſtium eſſe prolifici ſeminis generationem, & iſtam actionem oriri, tanquam à potiſſimo agente, à ſubſtantia glandulosa ipſorum teſtium, quemadmodum lactis generatio naſcitur à ſubſtantia glanduloſa mammarum: ſic eo-

Digitized by Google

dem modo, quo cognoſcimus proximam materiam, ex qua vbera generant lac, eſſe ſanguinem ex venis inſertis in ipſa vbera, ab eiſdemque vberibus attractum: colligere etiam poſſumus, materiam ſeminis eſſe vtriuſque ſanguinis ferè æqualem portionem, quia in vtrumque teſtem, vt anatome docet, varicoſo, ac tortuoſo quodam modo vnum ramum exeuntem à vena caua ſtatim atque egreditur ab hepate, & alium ferè æqualem orientem ab arteria magna inſeri. Nulla enim alia eſt ratio ob quam ad organa deueniant, niſi, vt partes ibi exiſtentem materiam alitionis, & ad alios à natura inſtitutos vſus neceſſariam, attrahant; quemadmodum plantæ ex proximis riuulis humorem ſibi neceſſarium ſugunt. Fecit namque natura venas, & arterias, veluti commune quoddam promptuarium ſingularum corporis partium. Propterea enim in omnia organa plures, aut pauciores maiores, vel minores implantantur, pront ſcilicet maior, aut minor fuerit illarum vſus indigentia. Factum namque hoc à natura fuit, vt promptum vnaquæque pars ſibi habeat ſubſidium. Ex quibus colligimus teſtes per illa quatuor vaſa ad ſe allicere vtriuſque ſanguinis portionem ad ſuos vſus conuenientem, cum bona copia ſpirituum vitalium, & ſeroſæ humiditatis. Nam propter hanc cauſam vena teſtium oritur à vena caua antequam ſanguis integrè expurgetur à ſeroſa humiditate mediantibus emulgentibus venis.

Vena & arteria à quem vſum à natura fabricantæ.

Quatuor teſtiũ vaſa ad q.d.

Cùm igitur iam in animalibus vrget ſeminis prolifici neceſſitas, non ſolùm ſugunt teſtes ex dictis quatuor vaſis ſanguinis copiam ſufficientem ad reſolutæ ſubſtantiæ reparationem, ſed etiam ad neceſſariam prolifici ſeminis quantitatem generandam, eodem modo, quo idem præſtant mammæ, dum vſus expoſtulat. Hoc etenim præſtant hæ duæ partes, vt ſunt partes officiales. Semen enim prolificum, vt diximus, nihil aliud eſt, quàm id, quod ſuperat ex nutritione teſtium. Id, quod de ſeminis materia diximus, docuit Galen. multis in locis, vt 1. *de ſemi. cap.* 16. dicens: *Trahunt teſtes ſeminarium illum humorem à vaſorum anfractibus antè ab ipſis præparatum: cuius deinde qualitate percepta, ſuaque eodem modo communicata, quod ſuperuacaneum eſt, in meatus ſeminales reponunt: hi poſteà id in coitibus foras excernunt, &c.* Quibus verbis non ſolùm attrahere teſtes materiam ſeminis ex dictis vaſis affirmat, ſed ſemen eſſe ſuperantiam ex nutritione teſtium, poſtquã recepit qualitatem, hoc eſt temperationem ac proprietatem quandam ipſorum teſtium. Huiuſmodi enim ſuperantiam, ſic à teſtibus commutatam reponi à teſtibus aſſerit in vaſis conſeruantibus vſque ad tempus coitus. Cùm itaque vaſa teſtium, quæ propriè præparantia dicuntur, ſolùm ſint duæ venæ, & duæ arteriæ, in quibus nulla alia inuenitur ſubſtantia præter ſanguinem venalem cum ſeroſa humiditate, & ſanguinem arterialem cum ſpiritibus vitalibus; neceſſario colligitur immediatam ſeminis materiam illarum ſubſtantiarum cumulum eſſe: ex quibus omnibus vna fit ſubſtantia per ſubſtantialem mutationem factam à teſtibus.

Semẽ prolificum quid.

Seminis immediata materia.

Quod autem ſanguis ille, quem teſtes attrahunt ad ſui nutritionem, & ſeminis generationem, ſit omnibus pinguior, & ſpirituoſior, cõſtat in primis ex excellen 2
tia, atque præſtantia eius ſubſtantiæ, quę 3
ex ipſo gignitur. Idem etiam probat 4
quotidianum experimentum. Nam in omnibus animalibus, in quibus deficiunt teſtes, gignitur maior pinguedinis copia, quàm in reliquis. Et in ijs etiam in quo- 5
rum omnibus partibus tantum adeſt attrahendi robur, vt pinguiorem, vtiliorem que ſanguinem ad ſui nutritionem alliciant, ſtatim deficit ſeminis prolifici copia, quia deficit potiſſima conditio eiuſdem materiæ, vt ex 5. Aphor. colligitur. Et ita Ariſt. 3. *de Hiſt. an. cap.* 19. aſſerit, omnia illa animalia eſſe minùs fœcunda, quæ adipe pingueſcunt. Et 2. *de part. an. c.* 5. quin, inquit, obeſa omnia eadem de cauſa ſteriliora ſunt. Et 1. *de gen an. cap.* 18. aſſerit aliqua animalia multum ſeminis edere, alia parum, & alia nihil, & hoc vltimum non præ imbecillitate, ſed potius propter naturæ robur vtiliorem ſanguinis par-

Cur animalia pinguia minus ſemine abundant, magiſque ſint ſterilia.

partem in adipem, & carnem conuertentis. Quo fit, vt aliqui, qui antè ad luxuriam erant proni, cùm carnulenti, & pingues redduntur, minus ſeminis emittant, &
6 minùs delectentur venere. * Quod quidem & viribus nimia alimenti copia luxuriantibus, & hircis etiam cum pingueſcũt
7 euenire aſſerit. * Ex quo accidere inquit, vt viri, & mulieres, quę pingues ſunt, minùs ſint fœcundæ, & reddit rationem, dicens: *quoniam in vegetioribus excrementum coctum tranſijt in pingue, &c.* Nos verò dicimus id accidere, quia vtilior ſanguinis pars, quæ ſeminis prolifici futura erat materia, attrahitur à robuſtis partibus, & conuertitur in carnem, & adipem.

Cur in ſenibus & ægrotantibus paucum, inutile vt ſemen procreatur.

8 * Quod verum eſſe probatur etiam, quia in ægrotantibus, & ſenibus, in quibus deficit floridus ſanguis, parum etiam, & inutile ſemen generatur.

Docet verò Galen. *in ſupra adducto loco* teſtes attrahere ſanguinem illum iam præparatum in anfractibus vaſorum. Nã cùm ſanguis deuenit ad fines illorum, iam incipit recipere rudem quandam ſpermatis formam. Huius rei rationem reddidit *7. de pla.* dicens: *Quotieſcumque natura ſubſtantiam aliquam exactè conficere vult, diuturnam coctionis moram machinatur, vt in ſeminis, & lactis coctione apparet, & in generatione animalis ſpiritus: atque idcirco ſemini, teſtibus annexum anfractum, lacti, vaſorum ad mammas tẽdentium longinquitatem præparauit, &c.* Et in vltimis flexibus vaſorum teſtium non apparere ſanguinem rubrum, ſed quodammodo album fieri, parùmque diſtare à perfecto ſemine aſſerit. Inductione enim conſtat, quòd quotieſcumque natura ad communem vtilitatem totius corporis, vel totius ſpeciei aliquam ſubſtantiam producere inſtituit, ita diſpoſuiſſe inſtrumentorum compoſitionem, vt accommodatus relinqueretur locus ad pręparationem aliquam materiæ commodè efficiendam; antequam ſubſtantiam partis commutantis

Naturæ ingenium in ſubſtãtia aliqua vtili exactè conficienda & elaboranda.

9 attingat. * Nam propter hanc cauſam in corde dextrum fecit ventriculum, vt ibi ſcilicet ſanguis venalis, ex quo futurus eſt
10 arterialis, aliquandiu præparetur; * fecit

Sanguis arterialis in corde.

etiam pulmones, vt aër, materia ſpirituum vitalium, in ipſis præparationem, ac veluti concoctionem quandam reciperet, antequam attrahatur à corde, vt inquit Galen. *6. de vſu par.* * Ante hepatis ſubſtan- 11
tiam fecit natura meſenterium ferè innumerabilibus venis inſignitum, in quibus chylum rudem quendam ſanguinis colorem recipere aſſeruit Galen. * Ventricu- 12
lus etiam habet os, in quo præparatur alimentum, ſine qua præparatione, malè ipſe operatur. * Sic etiam ad præparatio- 13
nem ſanguinis, ex quo lac ab vberibus confici debet, fecit natura longitudinem quandam venarum ab vtero ſcilicet ad ipſas mammas: * ad præparationem verò 14
ſanguinis, ex quo teſtes ſemen conficiunt, fecit natura, vt venæ, & arteriæ ingredientes ipſorum teſtium ſubſtantiam, non directè, ſed tortuoſo quodammodo terminarentur in ipſos teſtes. Nam ſine mutatione eſſentiæ, ſicut capreoli vitium, & varicoſo quodam modo in teſtes ipſos implantantur. In his igitur flexionibus ſanguis albeſcere incipit, vt inquit Galen.

Aeris in pulmonibus præparatio.

Cæterum aduertẽdum eſt, quòd etiamſi *in libris de vſu partium* ſenſiſſe videatur Galen. mutationem illam fieri à ſubſtantia ipſorum vaſorum, non ita intelligendum eſſe, vt ſonat. Nam quemadmodum ex ipſius doctrina habemus, rubrum colorem, quem chylus recipit in venis meſeraicis, non fieri à venis, ſed ab ipſo hepate: ſic dicendum eſt præparationem illam ſanguinis, quæ fit in varicoſis vaſis, non fieri ab ipſis, ſed à ſubſtantia teſtium, cui ſoli commiſſa eſt tota illa ſanguinis mutatio. Nam quemadmodum ſanguificatio non fit à venis, quia venæ carent accommodata natura, ad talem actionem obeundam, vt probat Gal. Sic nec ſeminis generatio fieri poteſt à venis, & arterijs exiſtentibus in ipſis teſtibus, ſed potius ab ipſa teſtium ſubſtantia.

Præparatio ſanguinis ad ſemen efficiendum à qua parte fiat.

* Habent etenim agentia aliqua naturalia 15
poteſtatem agendi intra certam quãdam ſphæram ſuis naturis proportionatam: eã ſcilicet, quorum actiones non terminãtur in ſe ipſis, ſed ad externum tranſeunt paſſum mediãtibus quibuſdam qualitatibus

ab

Digitized by Google

ab ipſis agentibus dimanantibus. Quas
quidem magis, aut minus remotè extendere
ſolent agentia, prout fuerit magis,
vel minùs robuſta ipſorum natura. Et ideo
cor, & hepar adeo robuſtas habent
commutandi vires in externam materiã,
vt illius virtus ad omnes arterias, & huius
ad omnes extendatur venas. Quod prouida
natura propter maximam fecit vtilitatem:
propter conſeruationem ſcilicet indiuiduorum.
Virtus verò ſeminandi teſtium
non ita amplam habet agendi ſphęram:
obtinet tamen aliquam. Satis enim
illi fuit, vt in tortuoſitate illorum vaſorum
poſſit initium trãſmutationis facere.
16 * Hanc tamen teſtium poteſtatem negant
Argen. & noſter Carrerius, ſatis leuibus
rationibus perſuaſi. Et de Argenterio
non mirum eſt, quia etiam negauit
hepatis potentiam ad faciendum ſanguinem
in extremis venis: Carrerius vero cõceſſit
hepar operari poſſe extra ſe: negat
tamen teſtiũ poteſtatẽ commutandi ſanguinẽ
exiſtentẽ in tortuoſis illis vaſis. Sed
nullo nixus fundamento id negauit Carrerius,
cũ experientia id verum eſſe confirmet,
& excellentia actionis idem etiam
expoſtulet, & quia, vt probatum eſt, illud
non eſt opus vaſorum, ſed ipſorum teſtium;
nam quemadmodum hepar vnica
actione continuata, quaſi per lineã quandam
ab approximato paſſo vſque ad id,
quod eſt diſtans, ſanguinem extra ſe generare
valet, ſic teſtes coctionem inceptam
in proximiori ſanguine ipſam extendunt
vſque ad ſanguinem exiſtentem in varicoſis
17 vaſis. * Poſtulant etenim iſtæ actiones
continuationem quandam, vt riuuli
indigent continuatione cum ſuo fonte, vt
inquit pater Suarez. Fruſtra igitur illi autores
communiſſimum cauſarum naturalium
agendi modum negant in partibus,
in quibus experientia docet id ita fieri.
Ob proprietatem igitur temperamẽti vim
habent teſtes, prima ſua intentione commutandi
ſanguinem illum ad ſui nutritionem;
ex intentione vero communiſſimæ
naturæ, & quatenus teſtes ſunt partes ad
communem vtilitatem deputatæ, id, quod
ſuperat ex nutritione ipſorum, apta ſub-

Carrerij ſententia tortuoſis teſtiũ vaſis ſanguinẽ immutãdi vim denegans refellitur.

ſtantia eſt ad fœtus generationem. * Quẽ- 18
admodum enim vbera ob temperamenti
proprietatem ſanguinẽ conuertunt in propriam
ſubſtantiam, & quod ſuperat manet
omnino mutatum, album ſcilicet viſu,
& guſtu ſuauiſſimum, & denique tenero
puero accommodatiſſimum alimentũ:
ſic in teſtibus, ex omnibus dictis ſubſtantiis,
vna manet ſubſtantia facta, quę aptiſſima
eſt fœtuum materia. * Quemadmodũ 19
enim varij artifices ex eadem materia varia
conficere ſolent: ſic variæ noſtri corporis
partes ex eodem ſanguine, & ſpiritu
varias conficiunt ſubſtantias, non ſolùm
ad indiuidui, ſed etiam ad ſpeciei cõſeruationẽ
conuenientes: * Naturæ namque
inſtitutum fuit, vt media illa forma,
quam recipit vterque ſanguis in medio
itineris ad conuerſionem in propriam teſtium
ſubſtantiã, aptiſſima eſſet procrean- 20
dæ prolis materia * dedit enim natura te- 21
ſtibus talem naturæ proprietatem, vt mediis
ipſis poſſit anima omnium corporis
partium materiales proprietates exprimere
in ipſo ſemine. * Nam parti, cui de- 22
dit vim producendi formam, dedit etiam
poteſtatem efficiendi ea omnia, quæ formam
ipſam conſequuntur.
* Ex quibus conſtat eos errare, qui di- 23
cunt ſemen non eſſe vnum eſſentia, ſed aceruum
multarum natura ſeparatarũ ſubſtantiarum:
* quod falſum eſſe à poſte- 24
riori patet ex animalibus, quæ vnica coitione
multa generant. * Nam quælibet
ſeminis portio æquè apta eſt ad productionem
vnius fœtus, vt dictum eſt. Quod 25
fieri non poſſet, ſi vna illius pars non haberet
eandem, quam alia, naturã. * Con- 26
ſtat etiam ex dictis meritò nos, ſicut & Ariſt.
dicere, ſemen eſſe vtile, & vltimũ excrementum
vtilis alimenti. Non enim errauit
in re, licet errauerit in modo, vt colligitur
ex dictis. * Quare immerito re- 27
prehenditur ab Argenterio propterea,
quod dixerit Ariſt. ſemen eſſe ſanguinis
excrementum. Nullum enim erratum
commiſiſſet, ſi dixiſſet ſemen eſſe excrementum
tertiæ coctionis in teſtibus celebratæ,
vt nos cum Galeno probatum relinquimus.
Sed quoniam diximus ſeminis

Vt ex eadem materia ars varia, ſic natura ex eodẽ ſanguine & ſpiritu varias efficit ſubſtantias.

Seminis oẽs partes eiuſdẽ natura.

nis generationem ita teſtium propriā eſſe, vt non omnibus, neque in quocunque ſtatu perfectum facere ſemen conueniat, declarare iuſtum eſſe videtur huius euentus cauſam, vt in ſequentibus videbimus.

Gallego Archiatri Propoſita, à Pariſano excutiuntur, diſcuſſa vtpote leuiora Vento comendantur.

CRIBATIONIS SECVNDÆ.

LAPIS LYDIVS.

Gall. tac. 1. QVod autem ſanguis ille, quem teſtes attrahunt, &c.

Etſi apud omnes cum Philoſophos, tum Medicos conſtet, genitalium ſeminis materiam eſſe ſanguinem à Caua & Aorta à Cirſoidibus paraſtatis deſumptum, & ſemen Ariſtoteli & Peripatetticis elaboratum & perfectum: Medicis potius & melius in teſtibus abſolutū. Quia nihilominus ab Hiſpano Archiatro plura in hoc capite adduntur nobis, ſeu rationi minimè congrua; propterea ad Lydium Lapidem ducemus, aliorum poſtea iudicio ſubicienda. Nōnulla, inquam, & curſim & raptim, poſtquam huc etiam inuiti peruenimus à Gallego inuecti, quædam primoribus digitis, atque nimis exiliter, dico, tangemus: quia ſic ſufficiat.

Pariſan. cont. 1. Vnde, à quoue didiciſti tu Archiatre, teſtes ſanguinem pinguiorem trahere? An verò quem habent, quem poſſunt? Teſtes non trahunt ſanguinem, ſed ſemi elaboratum ſemen ſibi proximum, vicinumue, non ſanguinem: quem varicoſi paraſtatæ trahunt ſui gratia, ſui nutriendi cauſa, nō teſtium. Vnde bellè Galenus docet; Officialia membra ſui gratia trahunt & agūt, non aliorum cauſa, quod intellectu agere eſſet: ſed attractum & concoctum ſuperfluum expellunt, vti in præſentia ſunt varicoſi paraſtatæ ſanguinem trahentes, non teſtes: qui cirſoides aſſiſtentes ſui gratia, nón teſtium, inquam, ergò alliciunt & trahunt: Propterea vt venæ eiuſdem naturæ & eſſentiæ, quemadmodum arteriæ, vt aliæ, vt quid vis pinguiorem ſanguinem trahere? At eſto in Archiatri gratiam huiuſmodi ſanguinem trahere, trahent, ſui nutriendi cauſa, non teſtium, niſi intellectu agere ſtatuas Gallego. Immo tibi addo, quòd ſi quid pinguioris ſanguinis in eo ab eiſdem attracto inerit, vt elaboratiori, vt ſubtiliori cirſoides venæ & arteriæ vtentur fruentur, nutrientur; non ſeruabunt, niſi ineptæ potius aliis, quàm ſibi ipſis conſulentes: aut longè ſapientiores pro ſpeciei generatione, & conſeruatione, intellectu agēt, quod perridiculum dictu. Præterquàm quòd aliàs reprobauimus, ſemen pingue fore, pinguemue partem continere.

Spirituoſior. *Gall. tac. 2.*

Idem de ſpirituoſiori ſanguine dictum puta. Etenim quum diu in cirſoidibus vaſis ſanguis iſte exſuctus à vena caua & aorta arteria contineatur: & vaſa vt ventriculus, & quod lubet officiale membrum præſtantiori & elaboratiori nutriatur, ſuperfluo exploſo; Vt quid vis ſpiritibus & ſubtiliori elaboratiori præparato ſanguine cirſoides craſſo alantur, potiori teſtibus ſeruato? an intellectu agent? Si quoduis, inquam, officiale ſibi operatur, & perfectiori, elaboratiori, ſubtiliori parte ſibi cōficit, retinetque vt apponat, quemadmodum Galenus ait, (cui cum ratione loquenti ſtandum) vt quid ſpiritus, ſubtilior ſanguinis pars promptum & proximum attrahentibus & continentibus vaſis alimentum, teſtibus conſeruabitur & tranſmittitur? quæ philoſophia iſtęc tua? An vidiſti tu vnquam Gallego in Cirſoidum fine & prope teſtes ſpiritus ſeu ſubtiliorem ſanguinem? Nequaquam, ſed bene materiam albam, ſemi elaboratum ſemen, Galeno, & ſenſu atteſtantibus. Vt quid vis igitur, & quo modo arbitraris tu, teſtes remotum ſanguinem pinguem, ſubtilem, & ſpirituoſum iam à vaſis abſumptum, impedientibus vaſorum gyris, craſſa ſanguinis materia, & ſemiocto ſemine? Dices, Galenus docet. Et ipſe fateor, quòd ex libro nauigas. Nūc verſamur circa Lydium Lapidem, & à natura rei philoſophamur. Siquidem in Natura, & naturalibus non ſunt notanda, & tamquam certa *Pariſan. cont. 2.*

haben-

Digitized by Google

habenda & ſcribenda ſemper, quæ à Doctis Viris traduntur, vt ſcioli & ex ore pendentes faciunt; ſed ipſius rei Naturam, ordinem, & recondita, quæ eiuſdem Naturæ, inquam, libro reſpondeant inueſtiganda, obſeruanda, atque ſimul ſenſu & ratione attingenda, vt ſapientes moliuntur, & periclitantur.

Gall. tac. 3. Pariſan. cont. 3. "Conſtat in primis ex excellenti."

Quo modo ſic propoſitum conſtat ex effectu, ſi talis actio non ſequitur, nec ſequi poteſt ex agentis parte non trahentis actu, nec potentia dicta ob impedimenta. Si ex parte materiæ aliæ & diuerſæ, quæ craſſa eſt, & alia ſpecie à ſubtili ſanguine, ſpirituoſo, pinguiori, quia ſemen, quod craſſum, globulentum, & grandinoſum cum Ariſtotele dicitis, etſi perperàm vt aliàs oſtendimus. Quo modo ex effectu, ex hoc teſtium ſemine (eſto animal, quod non admittimus, ſed animati ſeminis & animalis alimentum conſtituimus) probas tu teſtes ſanguinē pinguiorem & ſpirituoſiorem trahere, eo nutriri, & tale ſemen progignere? Vnde hæc tibi illatio & deductio. Aſt Ariſtoteli & Peripateticis ex hoc ſemine non fit animal, ſed tandem crepitus, Et nobis eſt alimentum veri ſeminis, quòd cum Galeno, cui credendum, quia cum ratione loquitur, monſtrauimus, Et vobis eſt excrementum, ac ſecundum formam & accidentia corrumpitur. Vnde igitur, inquam, colligis eius talem excellentiam & præſtantiam? Et hiſce etiam collectis, quonam pacto, dico, & vnde, infers trahere & nutriri pinguiori ſanguine, & ſpiritibus?

Gall. tac. 4. Pariſan. cont. 4. "Idem etiam probat quotidianum experimentum, &c."

Si ſanguis in corpore, quinimo in Vena Caua, & magna Arteria, vt in emulgentibus, à quibus cirſoides paraſtatæ, iſdem eſt ſanguis, & eiuſdem rationis pro tempore vbique ſemper; vt ni fallor, nemo ſanæ mentis inficiabitur. Et venæ omnes, quemadmodum arteriæ cunctæ eiuſdem ſubſtantiæ, naturæ, & quin etiam actionis, (non vſu, qui eſt à Superioris Naturæ fine; Vt Cirſoidum, arteriæ venoſæ, venæ arterioſæ ad tempus ob Naturæ miranda) vt proprij fontes, Aorta, Caua perpetuò, inquàm, nec pinguedo, nec macies, & præſentibus, & abſentibus, hoc eſt, exectis teſtibus. Quemadmodum nec teſtes, quatenus pinguedinem abſumunt, quoniā nec trahunt: Et ſi vlla pars pinguedine caret, tali alimento priuatur & deſtituitur, ſunt teſtes: quippe attingere nequeunt, vt ex dictis liquet. Adde quòd pueri teſtibus præditi pingueſcunt, & ſenes macrent; ſed teſtes quia pingueſcere prohibent ob coitum, vt nos dicimus, quoniam à toto alimentum ſemen trahunt in coitu ac effundunt, vnde ſpermaticas partes debiles reddunt, & proprijs, dico, ſpiritibus priuant: Hinc virium debilitas, & caloris innati imminutio: Hinc influentium calorum diminutio & iactura, imminutæ concoctiones: imperfectum alimentum: diminuta alitio: imperfecta inſtauratio; imperfectæ corporis & animæ operationes: & vitæ, inquam, imminutio, & languores ob coitum & libidinem. Non quia pinguedinem ſeſe nutriendo abſumant: in quibus nec intus, nec extra pinguedinis minimum videre eſt, vt circa Cor, & Renes.

Adde, quòd pinguitudo excrementum eſt, nec per ſe etiam generatur, ſed ex accidenti: Vnde nec ſeminis materia eſſe poteſt, ſicuti in prima parte de Subtilitate in propria Exercitatione de Pinguedine in proprijs capitibus videre eſt, vt alia non vulgaria.

Quocirca Gallego hoc experimentum non eſt ad rem. Exemplum maximè claudicat: quando caſtrati non ideo pingueſcunt, quia pinguedo in teſtium alimentum non abeat: ſed quia mares in fœmineam naturam tranſeunt, maris calore, & temperamento: teſtium calido, & ſpiritibus priuantur. Vnde vt nil ferocius tauro, nil manſuetius boue. Nil audacius gallinaceo gallo: nihil Capone timidius caloris ob priuationem: ex ſpirituum, caloris, ſeminis, libidinis & motuum defectu. Hinc otioſi, & ſedentariam vitam agentes facilè, & maximè pingueſcunt. Quocirca ex teſtium exectione pinguedinis copia, & omnes prææallati defectus, non quia poſiti & exiſtentes pinguedo deſit ab ipſis nutri-

Digitized by Google

nutrimento abſumpta: abſentes verò, ſeu execti, non quia pinguedine non alantur, eadem præſto ſit, & copioſa, ſed dictas ob cauſas.

Gall. tac. 5. Et in ijs etiam: in quorum omnibus partibus, &c.

Pariſan. cont. 5. Non quia partium attrahendi robur pinguiorem ſanguinem attrahat, ſtatim deficiat teſtium ſeminis copia; ſed quia deſunt prædictæ cauſæ & conditiones ad ſeminis copiam efficiendam, ad libidines, ad motus præſtandos: Vnde, & quo modo Archiatre doctiſſime, Genio ſe ſe deuouentibus partiũ robur dabitur & augetur ad pinguiorẽ ſanguinem attrahendum, vt pingueſcant? Sedentariam vitam agẽtes, otioſi, & abdomini qui ſe ſe dediderunt, (à Venere ſic receſſerunt) quo nam pacto partes robuſtiores pinguiorem ad ſanguinem attrahendum conſequuntur? Igitur hiſce pinguioribus partibus, robur ex otio, ex ſedentaria vita, ex genio? bellè: Igitur abdomini dedentibus maximè auctũ abdomen, valde obeſum euaſum ex maximo partium robore prouenit? perbellè? Ergo obeſiores mulierculæ robuſtiores? Ergo pinguitudines quo maiores, etiamſi morboſiores ex robore? belliſſimè. Sic excedens abdomen renes pinguiores, nates, pedum plantæ, & huiuſmodi robuſtiora, & robuſtiſſima, tibi etiam ſic belliſſima ſunto.

Aſt Archiatre doctiſſime, robuſtiſſimæ tuæ iſtæ partes maximè pinguiorem ſanguinem allicientes pinguedine non nutriuntur, niſi in alimenti defectu quando Naturæ aduentitia, & excremẽtum etiam Ariſtoteli. Vnde non ſunt pingues, teſtes, hepar, cor, renes, hoc eſt renum caro non pinguis, ſed intus & extra copioſa pinguedo. Abdominis muſculi nequaquam obeſi, quemadmodum nec aponeuroſis, corũ membranæ, ſed extrinſecus pinguedinis copia moles. Quippe membranoſis & neruoſis partibus pinguedo veluti affuſum oleum à frigore concreſcit, vt Galenus docuit.

1. de gen. anim. c. 18. & 19. & 5. prob. 14.

8. de v. p. c. 2.

Petrus Hiſpanus olim Ioãnes Vigeſimus primus Põtifex Maximus Vir doctiſſimus quærit in ſuo commentario dictarum vniuerſalium ſuper Iſac cap. de pinguedine, Cur pinguedo non eſt in animalibus ſanguine carentibus: Et doctè reſpondit, quia pinguedo generatur ex bona & forti prima & ſecunda digeſtiua: qua ſecunda forti digeſtiua, talia ſunt deſtituta animalia. Tum quia, inquit, materialiter (nota) generatur ex ſanguinis vnctuoſitate, qua carent talia animalia. Vnctuoſitate inquit.

Galenus, quicquid in ſanguine pingue, leue, & tenue eſt, id in calidioribus corporibus alimẽtum quoddã calido fit: in frigidioribus ſeruatur: quũque id venę extra ſe ſe tranſmiſerint, vbi in frigidas particulas incidit, ꝗ genus membranę ſunt, circa eas concreſcit: in partibus verò calidioribus, cuiuſmodi carnoſę ſunt, à calore ipſo abſumitur, ac digeritur; niſi ſicubi frigiditati temperamenti etiam vita indulgentior accedens ipſis carnoſis particulis adipis aliquid alinat. Qua ratione etiam quæ hyeme deliteſcunt animalia non rarò inueniuntur adipe obeſa. Et fœminæ viris ſunt pinguiores: quod ſcilicet ſęmina mari eſt frigidior, & plurimum domi verſatur. 2. de tẽp. c. 4.

Ex quibus patet pinguedinem excrementum eſſe ex chylo tamquam ex materia à calido & humido iecinoris, temperamento genitum; vt Hippocrates docuit lib. de carnibus. non per ſe primo, ſed ex accidenti & ſecundario, (quod Ariſtoteles 5. problem. 14. his verbis dixit, pingue non eſſe rem propriam naturæ, ſed aduentitiam) aliquandiu in venis detentum: quo loci in calidioribus corporibus alimẽtum quoddam calido fit: tandem à venis effuſum, membraniſque affuſum ab earumdem frigore concreſcit & cogitur ad illas & alias ſiccas partes humectandas, atque caloris cuſtodiam, dicebat Galenus. 10. de v. p. c. 11. & 16. de v. p. c. 2.

Quamobrem inquam, non partium robur in pinguioribus, in quibus quo pinguiores fiunt eo imbecilliores: proinde nõ talis attractio; ſed à venis expulſio fit. Nulla corporis pars pinguedinem trahit niſi neceſſitatis cauſa ex alimenti defectu, vt Galenus docet. non carneę partes, quæ nutriuntur ex ſanguine, & in quibus non eſt inuenire pinguedinem, niſi extrinſecus 4. de v. p. c. 11. 12.

ad-

adhærentem: minimè ſpermaticæ, quę frigiditate condenſant, & ſic eius egreſſui impedimento ſunt.

Non vtilior ſanguis, non pinguior Gallego, ſed ſanguinis vnctuoſitas, vt veſter Pontifex, veſter Hiſpanus: ſanguinis pingue non trahitur, ſed à venis tranſmittitur, vt Galenus ait.

16. de V. p. c. 2. Quamobrem ex pinguedine non deficit materia ſeminis, quod ex maſſa ſanguinea, potiſſimũ ex ſanguine quarto humore in proprijs paraſtatis contenta, & pręparata fit: non ex ſanguinis vnctuoſitate, quæ venas egreditur (à membranarum frigido concreſcit) quæ à calido abſumitur, & potiſſimum longa ex mora in cirſoidibus: quòd ſi ob pinguedinis copiã pinguiores frigidiores euadant, omneſque ad motus pigri ex frigiditate, otio, ac Genij indulgentia: Contra qui exercentur, ad Venerem, omneſque ad motus aptiores & promptiores erunt. Vt pateat tuas autoritates ad rem non facere: præterquam quòd nos ex libro non nauigantes, ſic ex natura rei ratiocinantes euadimus.

Gall. tact. 6. „ Quod quidem & viribus nimia alimenti copia &c.

Pariſan. cont. 6. Haud mirum, quòd alimenti copia, & qualitas, & quies, & otium, ac (vt diximus) vita ſedentaria corporũ temperamẽta variant & mutant, vt quotidie experimur, ingenio indulgentibus, qui pingueſcunt, quemadmodum nec qui inſitum calidum fouent, nec caloribus innatis, & influentibus conſulunt; ſed tantummodo abdomini, vt obeſiores, & morbidi fiant, vt nec ambulare queant, tantum abeſt, coire, & Veneri indulgere: quod ex viſcerum, & partium mutatione, frigiditate, & debilitate, non ex partium robore ſeminis materiam ſanguinem attrahẽtium: quoniam ſanguis, pinguedo non euadit: Quo modo fit, à qua parte generatur? doce nos Gallego.

Sanguis in venis continetur, vnctuoſitas, pingue eas egreditur, ad frigida ſpermatica peruenit: ibidem ſiſtitur, concreſcit, adhæret, & augetur: nullam corporis partem ingreditur, neque carneam, neque ſemineam, ſed extrinſecus adhæret, & per additamentum inibi augetur. Spermaticę verò & carneæ partes nequaquam: Quam ob rem eius robur? quæ robuſta pars pinguedinem trahit? Cuius gratia tractio, magnis niſi in medijs?

Gall. tact. 7. „ Ex quo accidere, inquit, vt viri & mulieres, &c.

Pariſan. cont. 7. Quam ob rem obeſiores non coeant, impedimenta patent: quoniam alia temperamenta, vires, frigiditas, propterea pigritia, grauitas, & ad motus & opera omnia ineptitudo. Non quòd ſanguis mutetur in pinguedinem: non quòd à robuſtis alijs corporis partibus attrahatur, à genitalibus reuocetur, quoniam cirſoidibus paraſtatis à plenis & ſcatentibus fontibus Caua & Aorta affluens ſanguis ſubminiſtratur ſemper, vt ſenſus ex anathome docet.

Quòd verò Ariſtoteles dicat, id prouenire, quoniam in vegetioribus excrementum coctum tranſit in pingue. Sunt puræ Ariſtotelis nugæ. An ſemen (excrementũ Ariſtotelis arbitratu) in cirſoidibus, ſeu, & melius, in teſtibus genitum tranſit in pingue? An ibidem non eſt ſemper illud ſemen & excremẽtum illud iure ſuo? Quis ſanæ mentis pinguedinem vocabit? vnde mutatio, diuerſitas apparet? qua ratione, quo ſenſu dignoſcitis?

Quod autem tu dicis, videlicet, quia vtilior ſanguinis pars, quæ ſeminis prolifici futura erat materia, attrahitur à robuſtis partibus, & conuertitur in carnem & adipem.

Quæſo te Archiatre, quæ ſunt iſte robuſtæ trahentes partes? an Abdomen? an nates? an cutis, mẽbranaue carnoſa? quando in hiſce magis: ſeu hiſce potiſſimum maxima adhæret pinguedo in obeſis.

Sed amabo te Gallego, quod nam tale maximum in hiſce robur, quod trahat, reuellat, rapiat à genitalibus, ab aſſiſtentibus vaſis ſanguinẽ, quòd Cauam & Aortam exhauriat? An Aponeuroſes, carnea membrana, membranæ, cutis? An Palabras, y plumas el Viento ſi las lleua?

Gall. tact. 8. „ Quod verum eſſe probatur, etiam quia in ægrotantibus, &c.

Pariſan. cont. 8. Tuum erat probare, quòd in ægrotantibus & ſenibus robuſtæ partes ſint, & floridum

ridum ſanguinem trahere queant, quæ tibi cauſa, &c. An neſcis, quod nemo dat, quòd non habet: quemadmodum nec tu rationes, nec cauſas? Si ægrotantium, & ſenum officialia membra debilia ſunt & languent: quo modo vis iuuenum & bene valentium opera & munera præſtare? Sic pinguiores morboſi; at mediocriter pingues, niſi dictis de cauſis vileſcant, & frigeant, coeunt & procreant, ſi Veneri inſeruiant, ſicuti experientia docet.

Gall. tac. 9. „ Nam propter hanc cauſam in corde „ dextrum fecit ventriculum, &c.

Pariſan. cont. 9. Tu Archiatre nauigas ex libro vel Galeni exiſtimantis dextri ventriculi ſanguinem per cordis ſeptum ad ſiniſtrum ventriculum pertranſire: quod ſenſu nũquam comprobari potuit. Vel Realdi Columbi, ac poſt nouiter cum Gullielmi Haruei Angli, eamdem probantis, & pluribus ingenij acie ſuſtinentis, quod pluribus in ſecunda parte in proprio tractatu, & Lydio lapide reprobauimus, & fieri id nullo modo poſſe oſtendimus. Et quo nam pacto ea fiant, & quibus vijs, inſtrumentis, quibuſue de cauſis dilucidè monſtrauimus. Sed propter pulmones Natura illum fabricauit, vt leui & ſpongioſo corpori perpetuo motui inſtituto ſubtili copioſo ſanguine præſto eſſet. Quam obrem pulmonibus carentes, vt piſces, dextro cordis ventriculo deſtituuntur, &c.

Gall. tac. 10. „ Fecit etiam pulmones, vt aer mate- „ ria ſpirituum, &c.

Pariſan. cont. 10. Tu opinionum collector, ſed rem non colligis. Non eſt verum Gallego pulmones fabricatos fore ad præparandum, adque concoquendum (vt ais) cordi aerem ob gignendos vitales ſpiritus; quod falſiſſimum, ſpiritus, inquam, vitales ex ſanguine & aëre fieri, progigniue poſſe pluribus oſtendimus in prima parte, ac in ſecunda aduerſus Pompeium Caimum in tractat. de Calido innato. Sed bene pulmones factos à Natura fuiſſe ad Cor refrigerandum: quicquid doctiſſimus Harueius dicat, vt inibi dilucide conſtat.

Gall. tac. 11 „ Ante Hepatis ſubſtantiam fecit Na- „ tura, &c.

Pariſan. cont. 11. Niſi tua in dedicatoria confeſſus fuiſſes, te opiniones collecturum: & ex aliorum ore pendere animaduerterem, mirarer ita te credulum fore. An neſcis Archiatre, quòd vena quatenus vena corporis pars ſibi tantummodo conſulit? Trahendo ſcilicet ad ſe ſe alimentum ſui nutriendi gratia, continendo, deinde concoquendo, aſſimilando, apponendo. Quæ eſt præcipua intrinſeca, & immediata actio? aſſimilatio, cuius? ſanguinis in ſemen à ſeſe conuerſi: quoniam ex quibus ſimus, ex eiſdem enutrimur. At ſpermatica ſemine: & tu vis venas rubrum ſanguinem in album ſemen vertentes, chylum in rubrum ſanguinem vertere? Et quo modo, qua arte meſenterij venis hepar ſuæ carnis affuſionis vim virtutem & proprietatem communicare? ſaltem nos docuiſſes, declaraſſes modum, medium, & agendi poteſtatem iſtius ſpheræ: quoniam tales propriæ actiones per contactum dumtaxat nobis fiunt: Igitur & Porta, & cæteri venarum rami in Iecinoris corpore per contactum tibi ſanguinem (eo magis quàm vicinæ) ſemper progignent: ergo immediatè non proximo ſemine, ſed ſanguine nutriuntur, & ita alterius erunt ſpeciei. Bella ſanè Archiatria philoſophia. Alia præſtita venarum opera, trahendi, continendi ſanguinem, chylumque trahendi partem poſt partem ad iecur, ad carneas partes, ad remotas venas & arterias miſſa nunc facimus: quando non huius ſit loci, nec temporis: & aliàs explicuimus.

Et præterea quia ſuperioris Naturæ ſunt ab officialibus & alijs conſulentibus ignoto fine & opere: Secus dicebat Galenus, intellectu agerent: Et tamen tu aſſeris Iecur Meſeraicis venis ſuũ etiam munus præbere, quod eſt quid maius, magis, inquam, ridiculum. Non eſt arrogantis, ſi quid ratione ſentias, tametſi

D ad-

aduerſus Galenum ſtatuas; ſed bene è conuerſo, ſi abſque ratione cum autoritate quidpiam aſſeras arrogantis ignorantis eſt Archiater.

Gall. „ *tac.*12.„ Ventriculus etiam habet os, in quo præparatur alimentum, &c.

*Pariſan. cont.*12. Ventriculus ſibi præparat, vt cetera officialia membra, ſui videlicet parte maſticatione, Naturæ præuidentia & prouidentia, pro animalis, hominis potiſſimum guſtu & voluptate, vtinam non excedente, vnde ſæpe mors, non ita in brutis. Quare ad vitam Natura in ore ventriculi tunicam produxit, & mirabili ſaporum guſtu participem fecit. Quocirca in ore, ventriculo præparans, non eſt aliud ſpecie, numeroue à ventriculo, ſed quid eidem coniunctum, immo continuum, & eiuſdem ſubſtantiæ & rationis.

Gall. „ *tac.*13.„ Sed etiam ad præparationem ſanguinis, ex quo lac ab vberibus, &c.

*Pariſan. cont.*13. Non eſt Venarum munus mammis ſanguinem præparare, eo minus ad lactis formam diſponere: quando earum finis, opus, munus, toto cœlo differant. Neque ob id Natura conſultò longum parauit iter: ſed quia Naturæ ſapientiam decebat: ita menſtruorum ſentina, vteres fœtus domicilium, ac vteri ſitus requirebant: poſt Vberum poſitio, & vtilitates, atque earumdem partium mutua conuenientia & communicatio depoſcebant & flagitabant.

Gall. „ *tac.*14.„ Ad præparationem verò ſanguinis, ex quo teſtes ſemen conficiunt, &c.

*Pariſan. cont.*14. Eſto Varicoſarum aſſiſtentium ſuæ abſque eſſentiæ mutatione ſanguinem teſtibus præparare, vt tu aſſeris docente Galeno, ac potius ſenſu: Propterea vaſorum gyros, capreolaria & varicoſa in teſtes terminantia vaſa ſapiens Natura fabricauit. Hæc veriſſima; ſed quo pacto Archiatre doctiſſime præparant? eo modo, quo ſibi ipſis; vt omnia præparantia & officialia: Vt Ventriculus quo ſibi modo chylum. Hepar quo ſibi modo ſanguinem. Cor quo ſibi modo vitales ſpiritus. Cerebrum quo ſibi animales. Varicoſa, inquam, paraſtatæ, quo modo? quo ſibi omnes venæ, omnes arteriæ alimentum ſibi generant, ſemen Gallego: An neſcis, quòd ſemine nutriuntur, vt ex ſemine generantur? Propterea Archiatre, quem ab Aorta, à caua aſſumunt ſanguinem, quum ab ipſis (vt alijs venis & arterijs vſu venit) in teſtes terminantibus non rapiatur, extorqueaturue, ſed in earum tortuoſitate, & gyris, diu contineatur: potiſſimum niſi animal frequentius coeat, incraſſatur & albeſcit, & talis eſt earum præparatio, germana, non imaginaria; nec alia datur. Quapropter Galeni verba iure ſuo intelligenda, vt benè cantant, non arbitratu tuo, tua vt malè ſonant: quoniam cum ratione & ſenſu loquitur, non vt tu Collector, non ſelector ex libro nauta aùius & deuius hîc perperam interpretaris iuxta meſeraicarum venarum ſanguificationis erratum, parcant Galeni Manes, & tua pace dixerim. Quoniam hoc Iocinoris in miſeraicis venis ſanguificationis opus imaginarium eſt, ex conſpecto eo loci ſanguine, neſciens quo nam pacto eò peruenerit, vt nec tu: qua de re nos alibi. Illud autem & ſenſu, & ratione docet, quod tu ignorans, nec intelligens peruertis.

Ratio ex ſenſu deſumitur, quòd quas cauitates Ventriculo, Iocinori, Lieni, Cordi, Cerebro, &c. Officialibus membris Natura fabricauit, eaſdem aſſiſtentibus varicoſis in teſtes terminantibus gyris, & regyris plurimis ſumma ſua ſapientia compenſauit, vt ſanguinis quantitate, & temporis mora aliorum officialium inſtar affluenter præſtaret & ſuppleret præparando teſtibus ſemen, ſemen dico, vt eorum paraſtatum muneris: vtque ſenſus & ratio docent Archiater.

Habent etenim agentia aliqua naturalia poteſtatem agendi intra certam quandam ſphæram, &c. „ *Gall.* „ *tac.*15

Hæc falſa omninò eſt doctrina, Naturæ, ſenſui & rationi contraria & repugnans: *Pariſan. cont.*15.

gnans: quoniam prouida Natura vt onera ſapiẽter cuique officiali membro diſpoſuit: ita vnum quodque ſuum munus præſtat,& ſuo abſoluto pẽſo alienam non ingreditur meſſem, nec menſam, & omnia ſic concorditer,vt vnum indiuiduo neceſſarium abſque altero, & alijs exiſtere nequeat. Veluti ſi de Ventriculo, Hepate Splene, Corde, Cerebro ratiocineris. Immo ſi horum aliquod malè habeat, totum ægrotat, vt nec aliud nec cetera omnia vnius defectui ſupplere poſſint, ſicuti noſti Gallego. Ita pari paſſu eorundem inſtrumenta ſemper & eodem modo cui deſtinata ſunt continuò inſeruiant, nec aliter vnquam, & eadem ſemper, & vbique perpetuò. Cerebro ſemper & vbique neruus: nec vlli, alicubique vnquam. Vena Iocinori tantum modo ſimiliter. Arteria itidem Cordi ſolummodo. Vt arteria in corde, & extra ſemper ſuo munere fungatur. Vena vt in hepate,& extra ſimiliter ſanguinem deferant & ſpiritus, & ſemen ſibi, vt cetera ſpermatica generent. Vt falſum prorſus ſit Hepar & Cor ſanguinem & ſpiritus proprium extra ſuum corpus procreare: quoniam hæcce opera progignuntur contactu & per contactum; vt chylus neutiquam ſanguis & ruber fieri poſſit, niſi coctione & tinctura immediatum per contactum ipſius parenchymatis Iocinoris. Et vitalis ſpiritus niſi in propria cordis affuſione, non momentaneo tranſitu maſſæ affluentis & transfluentis ſanguinis,vt communis fert ſententia;ſed eo modo, quo Guilielmo Harueio in Lydio lapide expoſuimus.

Gall.,, tac.16.,, Hanc tamen teſtium poteſtatem negãt Argenterius & noſter Carerius, &c.

Pariſan. cont.16. Argenterij & Carerij partes ſuſcipere, & cauſam agere meum non eſt, nec poſſem ſi vellem: quoniam tua nihil eſt in buſſula: Propterea miror tuum bellum ſcribendi modum, tua belliſſima reſponſa nulla: ne ſcilicet reſpondendi ſcribendique locus detur. Tuum erat eorum rationibus ſatisfacere & doctè Archiatre,vt noſtris reſpondere teneris, non autem laneo pede aufugere,& euolare, quod leuis armaturæ militis eſt, non ducem agentis.

Poſtulant etenim iſtæ actiones continuationem quandam, vt riuuli indigent, &cæt. *Gall. ,,tac.17*

Seminis gignendi actio ſui gratia in omnibus ſemineis partibus eſt, præparandi autem cauſa (præter teſtes) in iſtis dumtaxat varicoſis paraſtatibus, veluti officialibus: non quia ſint teſtium riuuli Gallego: quoniam alterius fontis, Aortæ nimirum & Cauæ, à quibus ortum ducunt, & ita arteria & vena vaſa extant ad teſtes tendentia, & portantia. Non quia teſtibus ſint contiuui Gallego; ſed benè magnis vaſis Cauæ & Aortę,quarum ſunt riuuli,& teſtibus, quos non ingrediuntur, adhærentes contigui, ſi noſti. *Pariſan. cont.17.*

Quemadmodum enim vbera ob temperamenti proprietatem ſanguinem conuertunt, &c. *,, Gall. ,,tac. 18*

Hoc veriſſimum, & omninò conuenit mihi tecum, quemadmodum verba ſonant,& ſenſus eſt. Nimirum vt Vbera ex ſanguine lac ſibi alimentum generant, ac vt officialia deinde membra communis naturæ inſtitutio ſine ſuperfluum gignunt pro fœtu in pueri gratiam lac alimentum. Itidem pari paſſu nec ipſi teſtes tempore priores, ac ante Vbera ex ſanguine ſemen ſibi alimentum progignunt: & quatenus officialia membra plus ſanguinis aſſumentia ſuperfluum alimentum ſemen procreant fœtus materia, fœtus gratia, vt vbera: ſemini, inquam, animato à toto prolabenti, vt noſtra fert ſententia: quoniam ſi ſenſatæ rationi ſtemus certum eſt, quòd ſemen generationis principio, (vt vos communiter dicitis ſeminea ex ſemine) alitur: Ergo initiò ex teſtium præparato ſemine, præparato, inquam, à teſtibus: à quo, à quibus nam poſtea? quod nos aſſerimus, & Galenus docuit, etſi à toto ſemen prolapſum non agnouerit: animatum tamen ex ipſo alias collegimus & ſcripſimus non ſemel locis citatis. Et ita adamuſſim, vt vbera lac ſibi & fœtui in lucem edito: ita teſtes ſibi & fœtui in vtero, ſemini, *Pariſan. cont.18.*

D 2 dico,

Digitized by Google

dico, animato procreant: & vt primum alimentum præparant: quando ex quibus conſtamus & efficimur, ex eiſdem enutrimur, vt Galenus dicebat, videlicet, ſemen in vtero principio ſemine nutriri, augeri, & perfici, poſtea ſanguine.

Gall. tac.19. „ Quemadmodum enim varij artifices ex eadem materia, varia conficere ſolent: ſic variæ noſtri corporis partes, &c.

Pariſan. cont.19. Bellè inter nos conuenit, adamuſſim dico, Vt varij artifices ex eadem materia alia & diuerſa conficere ſolent: ita variæ noſtri corporis partes ex eodem ſanguine varias conficiunt ſubſtantias, non ſolùm ad indiuidui, ſed etiam ad ſpeciei conſeruationem conuenientes. Hæc ad verbum belliſſimè, & nobiſcum ad vnguem: Sed quo modo hæc, & ſic tibi fiant, & euadant ad indiuidui, & ſpeciei potiſſimùm conſeruationem varia, dicendum & explicandum tibi fuit. Quippe ad ſpeciem vobis teſtium ſemen tantummodo, non varia variarum corporis partium concurrunt.

Nobis ſic belliſſimè, inquam, quoniam omnes ſpermatici artifices, ſemineæ partes & ſui gratia, & ſpeciei cauſa ex ſanguine agunt, & ſingulæ ſibi ſingulis, & fœtui ſimul & ſemel conficiunt: quoniam & vena, arteria, neruus, membrana, os, & cetera ſpermatica omnia ex ſanguine, & venam arteriam, neruum, membranam, os, & reliqua progignunt: ſingula, dico, ſemen ſibi ſimile, alijs diſſimile, & ſibi conueniens & ſufficiens, ſpeciei ſuperfluum, ſemen animatum à toto prolapſum, quod pluries oſtendimus & ſuſtinuimus: ſicque iure noſtro rationi omninò conſentanea: arbitratu verò tuo prorſus diſſona ſunt.

Gall. tac.20. „ Naturæ namque inſtitutum fuit, vt media illa forma, &c.

Pariſan. cont.20. Hæc Gallego ſunt pura & leuiſſima verba, y palabras y plumas el Viento ſe las lleua.

Iſta vtriuſque ſanguinis forma in itineris medio acquiſita (iure tuo) in cirſoidibus paraſtatibus ſiue ſit quid medium inter ſanguinem & ſemen, ſemiſemen in vaſis, non eſt aptiſſima, ſed ineptiſſima materia procreandæ prolis: quoniam non eſt etiam tunc apta materia, vt in tertiam ſubſtantiam vertatur: quoniam ſemiſemen: quoniam officialia membra materiam ſibi & in proprio ſui corpore & ſubſtantia conficiunt, non totam, ſed ſibi ſufficientem perficiunt, & prorſus abſoluunt, ſi ſapis. Quod inductione intelliges in ventriculo, hepate, corde, & in tempore ſi intelligis, non ſuum extra corpus in cirſoidibus, quorum præparatum alimentum non eſt aptum in teſtium ſubſtantiam conuerti, niſi in eorum corpore, & ſubſtantia vlteriùs elaboretur, tantum abeſt ad procreandam prolem, ad quam progignendam, nec in teſtibus elaboratum aptum eſt, ſi ſubtiliùs inquiratur, & non ſic craſſa Minerua, tua pace dixerim Archiatre doctiſſime.

Et cur, inquam, in medio itinere, & non propè teſtes? Et quam ob rem non in teſtibus, in teſtium cauitatibus? non per teſtium ſubſtantiæ contactum?

Aſt ne aufugias tuis agnitis figmentis: quum vtrunque ſanguinem nomines, & in itineris medio ante ad teſtes acceſſum, ad conuerſionem ſcilicet, &c. & deinceps dicere fugiendo nequeas, poſt è teſtibus egreſſum, in itineris medio ad proſtata. Si vterque ſanguis eſt pura arteriæ & venæ materia à ſuis officialibus genita in hiſce vaſis aliam (vt dicis) recipit formam, & adhuc aliam in teſtibus illa priore corrupta: quonam pacto amabo te illa materia in teſtibus corrupta aptiſſima ante corruptionem tibi procreãdæ prolis? quæ bellæ tuæ ſpeculationes archiatriæ?

Dedit enim Natura teſtibus talem naturæ proprietatem, vt medijs ipſis, &cæt. „ *Gall. tac.21.*

Palabras y plumas, dico: pura figmenta & inuenta ad ignoratas obſcurandas res; vt ſic ſcitæ & cognitæ oſtendantur: & ita de manu in manum tranſeant, ſicuti in more poſitum eſt. Quomodo queſo doce nos, ſi noſti, Natura talem teſtibus naturam dedit, ſeu naturæ proprietatem? *Pariſan. cont.21.*

Quî

Digitized by Google

Quì malùm ſcribendi modus? quæ obſcurandi via, abſcõdendi ratio? Quo modo, inquam, anima fœtus producenda, & ex ſemine vobis educenda medijs teſtibus, omnes corporis partium materiales proprietates exprimere poſſit: quæ teſtium dignitas, autoritas, poteſtas ſibi genito ſemini alimento mirabilia iſtæc, ſuis exceptis qualitatibus, præbet? quo pacto communicatur? quo modo ab vno ſimilari corpore aliorum plurium, & diuerſorum multorum corporum proprietates diuerſas, & etiam cõtrarias promanare poſſunt, præſtari, & communicari queunt?

Et ſi ſemen iſtud teſtium vobis corrumpitur ad generationem: quoniam ex non tali ente ens: Ergo cum eius etiam forma, teſtium autoritas, dignitas, poteſtas interiet. Demùm educenda anima ex tali teſtium ſemine ſimilari corpore, homogeneo, & eiuſdem rationis tibi & communi opinioni, quo nam pacto patris materiales proprietates ventriculi, cerebri, & ſingulorum ſpermaticorum membrorum, & inſtrumentorum educet, exprimetque? An neniæ, fabulæ, ſomnia iſtæc doctis, an verò ſciolis ſcribuntur?

Gall. „ *tac.* 22. „ Nam parti, cui dedit vim producendi formam, &c.

Pariſan. *cont.* 22. Bella hæc Gallego, quia facilia dictu: faciliora ex ore pendentibus creditu: propterea ſic de manu in manum tradita, ad nos peruenta, & iamnunc recepta quæque ſunt; ſed ſubtiliter inquirentibus rancidum ſapiunt: immo repugnant & reclamant, quando id Natura ſimilari parti dari nequeat, vt ex ſupradictis facilè patere poteſt, & ex alibi à nobis ſcriptis colligere eſt: quod & infra in proprio tuo de Vtero, capite ad lydium ducemus lapidem, ſi paululum ſuſtinebis, & Deo placebit.

Gall. „ *tac.* 23. „ Ex quibus conſtat eos errare, qui dicunt ſemen, &c.

Pariſan. *cont.* 23. Ex quibus manifeſtè conſtat te toto cœlo aberrare ſi aduerſus nos hic loqueris: quippe qui vnum eſſentia ſemen (à toto prolabens) conſtituimus animatum: non certò eiuſdem rationis, vt vos tota aberrantes via, ſed etherogeneum, vt animalis corpus, & indiuiduum, à quo decidit, vnum ſcilicet & perfectum, non aceruum multarum natura ſeparatarum ſubſtantiarum, vt tu deuius imaginaris: ſed vt dilucidè Mundinio citatis in locis explicuimus, quæ tibi dicta ſunto.

Quod falſum eſſe à poſteriori patet, &c. „ *Gall.* „ *tac.* 24.

Quod verum eſſe à poſteriori aduerſus Ariſtotelem & alios ex eius libro nauigantes ad Mundinium locis inquam citatis monſtrauimus, multis dico exemplis, quæ non fallunt, quæ tu videris, vt cum alijs recantes. *Pariſan.* *cont.* 24.

Nam quælubet ſeminis portio æque apta eſt, &c. „ *Gall.* „ *tac.* 25

Neque teſtium ſeminis quælubet pars, neque vlla: quinimo neque totum teſtium ſemen vtpotè vnum ſimilare corpus, homogeneum, & eiuſdem rationis, vt vos ſuſtinetis, quemadmodum verum extat, eſt aptum animal procreare dictas inibi ob demonſtrantes rationes: ad quas archiatrias expectabimus, & ad cetera. *Pariſan.* *cont.* 25.

Sed ad rem Gallego & ſubtiliter, ne vndique cum lectoribus oleum & operam perdamus, aut nobis inſuper ſilentio arrogantis nomine nuntium remittas.

Conſtat etiam ex dictis meritò nos, ſicut & Ariſtotelem dicere ſemen eſſe vtile, &c. „ *Gall.* „ *tac.* 26.

Conſtat certò, immeritò te cum Ariſtotele (etiam arbitratu tuo) teſtium ſemen excrementum aſſerere, quippe quod perfectæ maſſæ ſanguineæ quinta & perfecta ſit eſſentia, perfectum & vnicum teſtium, deferentium vaſorum, & proſtatum alimentum: ſpirituum corporis indiuidui materia ad totius corporis perficiendas operationes, vt in Eunuchis, in tauro reſpectu bouis, & gallo caponis reſpectu videre eſt: Ac ſpeciei cauſa, & indiuidui gratia in ſui principio & ortu, optimam quintam, dico, fore eſſentiam, & optimum primum alimentum, vt cum Galeno pluribus & ſumma cum ratione aſſeruimus, ac ad ſeminis & fœtus augendum innatum calidum perquam *Pariſan.* *cont.* 26.

neceſſarium : & proinde perperàm & in re, & in modo vos illum excrementum vocare, vt ex dictis ſatis dilucidè conſtet, tuorum nihil hactenus penitus bellè beneque conſtare, quod tua pace dixerim.

Gall. „ tac.17.„ Quare immerito reprehenditur ab Argenterio propterea quod &c.

Pariſan. cont.27. Quare meritiſſimo ab Argenterio reprehenditur: quoniam nullo modo ſic excrementum appellandum, vt ex dictis hîc, & alibi fuſius patet. In reliquis, quoniam noſtrum in præſentia non eſt vllius partes ſuſcipere breuitatis gratia : quicquid Argenterius, non eſt nobis curæ, ſed tua tantummodo præclara archiatria nunc ex iliter cribrare eſt. quorum quid veri, quid boni tu, ipſo vides, & experiris.

Gallego lib. ij. c. v. pag. 70.

Semen nullo modo eſſe animatum varijs probatur rationibus, & contraria opiniones à Gallego refutantur.

QVoniam falſitas ſupradictarum opinionum maximè patebit ex veræ opinionis comprobatione facta per propria, atque immediata principia, propterea ante illarum particularem reprobationem, ſemen nullo modo formaliter eſſe animatum probabimus.

1 * Cæterum cum probatum ſit ſuperiùs non aliter fœminas, ac viros verum, & neceſſarium emittere ſemen, neceſſarium eſt, vt id, quod de maſculini inanimatione probabimus, idem quoque de fœminino intelligatur, ſiue illorum mediæ formæ leui aliquo eſſentiali diſcrimine, ſiue duo illa ſemina ſolis diſtinguantur accidentibus, vt voluit Auicenna. Deinde ſcire oportet, quod nunc ſolũ quærimus, vtrùm ſemen à ſuo generante totale, vel partiale aliquod animæ genus recipiat. Nam poſtquam cecidit in vterum, & ex maſculino, ac fęminino vna fit maſſa, quæ ab Ariſtot. dicitur conceptus, alia de illius animatione inueſtigandi ratio eſt, ideoque de ipſa ſeorſum diſputare oportet. Deinde ſuppo nendum eſt, vt diximus, in hoc cap. nos non inquirere vtrùm ſemina plantarum ſint animata, cum ſolum de ſeminibus animalium illud inueſtigemus.

* Quod igitur ſemen non ſit animatum in ſenſu propoſito, probatum ſuperius ex Ariſt. ſententia fuit : nunc verò ex magis propinquis principijs id probare contendimus. In primis itaque vulgatiſſima Gal. doctrina eſt, variis in locis, eodem modo ſemen eſſe vtile excrementum, ac ſuper abundans quędam ſubſtantia, reſultanſque ex teſtium coctione, vt chylus à ventriculo, ſanguis venalis ab hepate, ſanguis arterialis, & ſpiritus vitalis à corde, lac à mammis, & pus, ac ſedimentum à partibus ſolidis: quemadmodum enim iſtę omnes diuerſæ ſubſtantiæ conueniunt in generationis modo, & ad vnum finem commutantur, & propter communem quendam finem inſtituta eſt à natura quarundam illarum nimia ſuperabundantia : neceſſariò concedendum eſt, vel omnes illas ſuperabundantias manere animatas ex præcedente commutatione facta à partibus, à quibus fuerunt alteratæ, vel omnes inanimatas reſultare. Vnaquæque enim illarum commutata immediatè fuit à ſuo organo, ad reparationem deperditæ ſubſtantiæ ſingularum illarum partium, & ipſarum ſuperabundantia inſtituta fuit à natura ad aliquem communem vſum neceſſarium ad conſeruationem indiuidui, vel ſpeciei : ſed nec ſanguis, nec chylus, nec lac per illam cõmutationem animantur; igitur nec ſemen, cum non ſit huius, quam reliquorum maior ratio ad animationis conſequutionem per talem commu tationem. Nam non peruenire potuerunt ad vltimam diſpoſitionem ad animæ introductionem recipiendam, vt ipſam fuerunt conſequutæ partes illæ earumdem ſubſtantiarum, quæ conuerſæ fuerunt in ſubſtantiam partium alterantium. Solùm namque portiones ſuperabundantes illæ, vt ſanguis, & cætera, concoctricis facultatis opus, minimè autem nutricis cõſequutæ fuerunt. Coctricis verò præcisè ſumptę opus, non eſt tranſmutare alimẽta in ſubſtantiam aliti. Nam hoc vltimum munus ſolius facultatis nutricis eſt: opus namque coctricis eſt ſubſeruire, ac præparare alimenta ipſi nutrici: huius verò ipſa omni-

Chyli ſãguinis lactis puri elaboratio ad qd inſtituta à natura.

Coctricis facultatis quodnam propriũ munus.

no

no animare. Quapropter, quamuis alimenta per actionẽ coctricis partibus quodammodo aſſimilentur: nullo tamen modo animantur. Accidit autem facultati coctrici huius, vel illius partis plus præparare alimenti, quam neceſſarium ſit, ad eiuſdem partis nutritionem, vel ob nimiam eiuſdem alimenti quantitatem, vel ob alias communes vtilitates ad indiuidui, vel ſpeciei conſeruationem per ſe intentas ab

Aſſimilatio alimẽtiin partibus quomodo à concoctrice præſtetur. 3 Autore totius naturæ. Præſtat verò concoctrix cuiuſcumque partis aſſimilationem illam alimentis educendo ex ipſorum poteſtate mediam quandam formam naturalem inter formam vitalem ipſius partis, & inter formam, quæ præexiſtebat in eiſdem alimẽtis, quæ ſit veluti vltima materialis diſpoſitio ad vitalem. Eſt etenim in quacumque generatione neceſſarium, vt materia, quæ patitur, per diuerſas medias formas perueniat ad finẽ. Nã propterea dicebat Ariſt. agens generationis non ſtatim, ac incipit tranſmutare, peruenire

Et quomodo eadem concotrix alijs facultatibus, velut ad miniſtris vtatur. poſſe ad finem, ſed in motu eo plus detineri, quo maius, atque perfectius fuerit opus. Vnde fit, vt quamuis agens nutritionis vnum, idemque ſit, diuerſos requirat miniſtros ad materiæ præparationem. Vtitur enim attractiua, & retentiua, vt concoctrix præſtare poſſit qualitatiuam ſolùm aſſimilationem: vtitur verò nutrice, vt faciat identitatem: vtitur quoque expultrice, vt illud plus, quod præparatũ fuit à coctrice nõ impediat nutricis opus.

Cum igitur ſemen non aliter, ac reliquę ſuperabundantiæ ſolum receperit à ſuo organo aſſimilationẽ, quam valet retribuere concoctrix, qualitatiuam ſcilicet, concedendum neceſſariò eſt non aliter, ac lac manere inanimatum. Nam nulla aſſignari poteſt circunſtantia, neque ex parte agentis, neque ex parte patientis, neque ex parte finis, ad quẽ immediatè dirigitur tranſmutatio illius, ad nutrionem ſcilicet: imò, neque ex parte alterius finis intẽti à natura, ex parte ſcilicet conſeruationis ſpeciei, vt poſtea ſumus probaturi, quæ cogat fateri ſolum ſemen, inter reliqua vtilia excrementa animam recipere à ſolius concoctricis mutatione.

Auic. verò, vt ſuperius diximus, ſolum recipere ſemen à teſtibus qualitatiuam quandam aſſimilationẽ, glutiniſque formam dixit; minime verò animam. Quam ſententiam fuiſſe Galeni eſt certiſſimum; nullibi enim agens de generatione ſeminis, aut de ipſo exiſtente in vaſis ſpermaticis dixit illud animam habere, ſed ſolum eſſe albũ, craſſum, glutinoſum, & ſpumoſum, propter ſpirituum copiam, generarique à teſtibus, ſicut pus à partibus ſolidis, *Semen à teſtibus animatur.*
& longa præunte præparatione, ſicut lac à mammis. * Quod autem minimè ſentiat ſemen animari per coctionem à teſtibus, ſignificare videtur Galen. 2. *de natur. facul. capit.* 3. vbi inquit, *quod namque prius ſemen erat, id cum primum, & gignit, & format animal, natura quadam fit, &c.* Quaſi dicat id, quod antea erat excrementum inanimatum ſuperans ex coctione teſtium, cum peruenit ad vterum, redditum fuit in naturam potentem generare, & formare animal Per naturam enim intellexit animam vegetatiuam 3
Stoicorum more. Nam hanc animam Stoici naturam, Plato concupiſcibilem, & Ariſtotel. altricem, aut nutritiuam appellabat. * Iſtam autem Galeni ſententiam, ſemen ſcilicet nullam obtinere formaliter animam, quo vſque ipſam recipiat ab vtero, vt generationem facere poſſit, veriſſimam eſſe poſtea probabimus, 4
Anima vegetatiua, variè à Stoicis, Platone, & Ariſt. denominata.
docebimuſque in omnibus illis locis, in quibus affirmat ſemen omnes habere actu naturales facultates, & ex conſequente eſſe animatum, loquutum fuiſſe de illo, non vt eſt ſimplex, exiſtenſque in mare, aut in fęmina, ſed de maſſa ex duobus iam facta, quæ, vt ſæpius diximus, proprius dicitur conceptus. * Hæc enim eſt, quæ conuertitur in naturam ex ſententia Gal. non 5
maſculinum, aut fœmininum ſemẽ ſeorſum exiſtens. Quapropter cum Gal. aſſerit ſemen in vtero habere animam vegetatiuam, non errauit in re, ſed ſolùm in nomine.

Varijs alijs rationibus poſſumus quoque probare ſemen non recipere à teſtibus aliquod genus vitæ. In primis igitur ſi aliquem vitæ gradum ſemen recipit *Semen nõ recipit vllũ vitæ genus à teſtib.*

pit

pit à teſtibus, vel illud recipit, tanqnam ab vniuoca cauſa, vel tanquam ab æquiuoca; non hoc modo. Nam quamuis aliqua organa obtineant vim producendi medias aliquas naturales formas diuerſarum ſpecierum, vt hepar, animaque dicatur agens verè æquiuocum cum reſpectu diuerſarum ſuarum naturalium actionū, reſpectu vero actionis dantis vitam, ſaltem per nutritionem ſemper eſt agens vniuocum, diciturque abſolutè, & ſimpliciter vniuocum; quia ſcilicet non habet vim producendi viuentia diuerſarum ſpecierum, ſed ſolùm extendendi ſe ad nouam materiæ portionem, quam veteri vnit materiæ, & ex duobus vnam numero facit.

Quod ſi hoc modo teſtes marium, & teſtes fœminarum ſemen animarent, ſequerentur ea omnia abſurda, quæ cum Ariſt. aduerſus veteres, & cum refutauimus Emilij opinionem de natura ſeminis, diximus, quale eſt quod ſemper oporteret naſci ſimul marem, & fœminam, vel vnum Hermaphroditum, particulariterque aduerſus Æmilium conuicimus, nullo modo poſſe animam per nutritionem ſe extendere ad informandam nouam materiam, penes gradum vegetatiuum, & non penes alios, quos impartibiliter continet. In hoc enim diſtinguuntur formæ eſſentiales à primis qualitatibus, vt conſtat ex 8. *meth.* quod illæ impartibiliter, hæ verò partibiliter poſſint informare: nam aliter poſſunt ſe remittere ſubſtantiæ.

Formarū eſſentialium à primis qualitatibus diſcrimen.

6 * Sic etiam aduerſus Scaligerum manebit probatum, non poſſe aliquod viuens animare per nutritionem aliquam portionem materiæ, & quod ipſa materiæ portio maneat ſeparata ab eodem viuente à quo fuit animata. Vnde ſequitur, quod etiam ſi ſemen vltimam ſeminis perfectionem accipiat à coctrice teſtium: non tamen peruenire ad vltimam perfectionē neceſſariam ad animæ introductionem, ſed manere cum media quadam forma ad vltimam ferè diſpoſitionem accedente, cum maneat ſeparatum. Eſt verò illa media forma conuenientiſſima ad vſum ſibi deſtinatum complendum, eo modo, quo eſt lactis natura ad infantium alitionem aptiſſima.

Teſtes nō vltimam ad animę introductionē ſemini diſpoſitionem imprimunt.

Idem etiam probant rationes à poſteriori deſumptæ. Nam ſi animam vegetatiuam obtineret, neceſſarium eſſet viuentis exercere actiones in vaſis conſeruantibus diutius detentum. Vt enim vitam conſeruaret, debebat ex extrinſeco attracto alimento nutriri: cum ibi magis propinquum, magiſque familiare habeat alimentum, quam dum peruenit ad vterum. Magis enim diſtat ſanguis ab vteri cauitate, quam à vaſis ſpermaticis, in quibus reſeruatur ſemen ipſum, magiſque illi familiaris eſt ſanguis, ex quo fuit confectum, quàm ſanguis alterius ſexus. Nulla enim naturalis ratio eſt, quæ nos credere cogat, ſemen animatum in vtero exiſtens ſanguinem maternum ad ſe allicere poſſe, & idem in vaſis ſpermaticis detentum non poſſe ſanguinem ex propinquis venulis, ad modum hirudinum, ad ſui alitionem ſugere. Quælibet namque naturalis virtus non impedita, dum proprium obiectum intra debitam diſtātiam obtinet, ex ſua propria natura in illud operatur, nulla habita loci differentia, vt virtus magnetis in quocunque ſit loco ferrum attrahit.

Anima vegetatiua nō eſſe animatū ſemē probatur.

Deinde ſi teſtes animam ſemini exhibent, ſibi, & vaſis ſpermaticis efficerent alimentum formaliter animatum. Nam quemadmodum venæ, quæ ſanguinem ab hepate genitum conſeruant, ipſo nutriuntur; ſic vaſa conſeruantia debent ſemine nutriri: & quemadmodum hepar ſanguinem ſemel expulſum, & ventriculus chylum tempore indigentiæ iterum ad ſe trahit, ipſoque nutritur: ſic & teſtibus contingere deberet. Quod ſi ſemen eſſet iam animatum, deberent prius illud enecare, vel ipſo adhuc viuo nutriri. Quæ omnia maxima ſunt abſurda.

Vnde certiſſimè credimus ſemen, quod appellant prolificum, ab eadem numero facultate concoctrice teſtium fieri, à qua ſibi concoquunt alimentum teſtes in infantia, in ætate puerili, in extrema ſenectute, & in conſtitutione morboſa. Et quem-

Semen prolificū à quanā facultate generetur.

Digitized by Google

quemadmodum in primis illis ætatibus nullus dixit ſuperabundantiam teſtium manere animatam, nec penes partem ſpirituoſam, nec penes partem ſolidam: ſic nec manere animatam concedere debent illi Autores ſuperabundãtiam eorundem teſtium, cum animalia ad perfectam deueniunt ſtatem, ſed mediam quandam habere non viuentem formam, vt reliquis dictis contingit excrementis.

Quare immerito Carrerius reprehẽdit noſtrum doctiſſimum, ac prudentiſſimum magiſtrum Iacobum Segarram, quia *in comm. 5. primi lib. de naturalibus facul.* dixit, ſemen nõdum ſeparatum à conceptaculis nulla ratione eſſe animatum, cũ non ſit corporis pars, ſed potius excremẽtum. Quam rationem aſſerit Carrerius nullius eſſe momenti. Nam cum ſemen ſit excrementum, ſola quantitate viuere poſſe, aut certe non repugnare illi vitam inquit Carrerius. Veriſſimam tamen eſſe Segarræ rationem, ex ſupradictis conſtat. Nam non dixit eſſe inanimatum propter malã qualitatem excrementi, ſed propterea, quòd antequam animaretur à parte commutante, fuit expulſum ab eadem parte, tãquam excrementum onerans, vt hepar expellit ſanguinem. Quapropter impoſſibilè eſt, vt ſemen expulſum ante animationem poſtea animetur ab eiſdem teſtibus. Manet tamen ab actione teſtium proximè diſpoſitum ad recipiendam animam ab agente generationis, & hanc aptitudinem nõ negat Segarra. Solum enim negat poſſe animari à teſtibus per nutritionem, quatenus eſt iam ab eiſdem expulſum. Quod quidem veriſſimum eſt.

Proximam ad animam aptitudinem ſemen à teſtibus accipit.

Ex dictis conſtat falſiſſimas eſſe omnes eorum opiniones, qui dixerũt ſemen animari à teſtibus: nam deſtructis fundamentis ipſæ ſua ſponte ruunt: præſertim turpis illa opinio eorum, qui animæ rationalis dignitatem, & eius impoſſibilitatem exiſtendi in materia ſine vero corde, ſine vero hepate, & ſine cerebro abſque aliquo diſcurſu tractant, parumque conſiderant magnam exiſtimationem, quam de quacunque facit Chriſtus Redemptor noſter: cum ipſam obſcœnum illum ſemineum liquorem informare dicant, qui vel per inſomnia paſſim funditur, & in quo non dedignatus fuit Galen. facultatem formatricem ſubiectare. Mirum profecto eſt, quam facile, & ſine aliqua hęſitatione dicãt Gentilis, & Philippus Ingraſſias vnã animam rationalem infundi in ſemen, & poſtea adueniente anima fœtus, illam ſeparari. Tã abſurda eſt igitur iſta opinio, vt minime reprehenſionem mereatur. Opinio vero Scaligeri partim vera, & partim falſa eſt, vt poſtea probabimus. Sententia autem eorum, qui totum ſemen informatum eſſe anima vegetatiua dixerunt, ex noſtris fundamentis omnino manet refracta.

Animæ rationalis dignitati aduerſari ſemen animatũ aſſerentiũ opinio.

Maximam etiam veræ philoſophiæ ignorantiam indicat eorum opinio, qui ſpiritum viuum, ſiue genitiuum in ſemine conſtituunt, & reliquum ſeminis mortuũ eſſe defendunt. In primis enim abſurdiſſimum, impoſſibileque eſſe iudicat Ariſt. vt ſuperius vidimus, eſſe aliquod corpus ex ſua natura viuens, cuius conſtituens aliqua pars mortua ſit, aut eſſe aliquam partem viuentem alicuius corporis mortui. Tum præterea, quod ſemen ſit animatum ratione ſpirituum vitalium influentium, quos animatos eſſe Gentilis, & alij Barbari crediderunt, adeò falſum eſt, vt iam diu de ipſo inter ſcriptores non dubitetur.

Mortuũ & viuẽs non ſe inuicem cõpatiuntur.

Quod autem impoſſibilis ſit ſententia noſtri Vallesij, & aliorum, qui dixerũt partem ſpirituoſam ſeminis animari à teſtibus, partem verò craſſam inanimatã manere: patet ex modo naturali, quo conficitur ipſum ſemen. Fit enim eodem modo, quo omnes generationes efficiuntur ab ipſa natura, quando ex variarum rerum corruptione vnam conficere vult. Sic igitur ſemen efficitur à teſtibus corrumpentibus formam vtriuſque ſanguinis, & ſpirituũ, & ex horum omniũ poteſtate vnam ſeminis formam educentibus. Quapropter eodem tempore, & vnica actione omnes illæ tres rerum entitates inter ſe miſcentur, ac ſubſtantialiter tranſmutantur, vt vnum fiat corpus aptum ad nutritionem teſtium. Immediatus enim finis ob quem tranſmutantur, & ex tribus corporibus vnum

Valeſij opinio de ſola ſpirituum animatione, non aũt craſſiore ſeminis materia impugnatur.

Digitized by Google

vnum ſit, eſt teſtium nutritio.

Quibus ſuppoſitis nulla naturalis inueniri poteſt ratio, propter quam ab eodem agente,& propter eundem finem operante relinquatur inanimata, in illo mixto naturali,pars, quæ correſpondet frigidis, ac craſſis elementis; pars verò,quæ correſpondet calidis animetur.Præſertim,cum vt dictum eſt,adeo inter ſe maneant mixtæ,vt potius penetratæ, quam contiguæ videantur. In hoc namque diſtinguitur ars à natura,vt docet Galenus 2 *de natur. facul. cap.* 3. quod etiamſi illa rei figuram mutet: non tamen valet mutare rei figuratæ ſubſtantialem formam: nam quamuis ex auro fiat Mercurius,eadem tamẽ eſſentia auri manet cum figura Mercurij: natura verò multo magis eſt potens:Expandit enim ſeſe per omnia, quæ commutat,& vniuſcuiuſque ſubſtantialem formam corrumpit, atque ſi multa ſit diſtantia vſque ad finem, quem intendit, per varias medias formas ſenſim diſponendo materiam ad ipſum peruenit:à principio tamen conatur ex varijs vnum efficere corpus, vt contingit vtrique ſanguini, & vitali ſpiritui, dum commutantur ad teſtium nutritionem.

Artij et naturæ differentia.

Ex quibus planè conſtat,quam ſit fictitium per commutationem illarum ſubſtantiarum intentam à teſtibus primo, & per ſe ad ſui nutritionem ſolos ſpiritus manere animatos,vt dicebat Valleſius. Falſo etiam colligit Mercatus, partem calidam ſeminis informatam eſſe anima vegetatiua, quia mobilis eſt: quaſi motus localis ſequatur neceſſario gradũ vegetatiuum? imò, vel nulla ratione, vel raro ipſum ſequitur.* Ex ſententia vero Galeni *lib. de fœtus formatione*, pars calida ſeminis non mouetur: * imò neque calor fœtus,quouſ-
7 que in eo generetur cor:antea enim ſolum
8 in eo eſt tepida quædam caliditas multa
9 humiditate obruta,* ideoque cor fœtus non mouetur ſenſibiliter ſtatim à principio,ſed tam lento, & obſcuro motu eo,
10 quo mouetur caro concharum.* Et motus is, quem, poſtquam calor vegetior, ac flammeus eſt, ab eodem fieri cõſpicimus, potius ſequitur naturam materialis ignis, quàm aliquem gradum vitæ: vt flammæ externæ contingit,quæ,vt non corrumpatur, ſurſum,& ad pabulum mouetur.

Mercatus vegetantẽ animam in parte ſeminis calida conſtituens arguitur.

Et hæc dicta ſufficiant aduerſus prædictas ſententias: ſolutiones verò rationum à nobis adductarum, partim ſunt allatæ, partim verò poſtea ſumus explicaturi. Prius tamen inueſtigabimus,quid de animatione ſeminis plantarum ſentiendum ſit.

Gallego Archiatri ſententia a Pariſano ventilatur excuſſa ablegatur.

TERTIÆ CRIBATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

CÆterum cum probatum ſit ſuperius non aliter,&c.

" Gall. lec. I. Pariſan. cont. I.

In hoc capite Archiater Gallego multa dicit aduerſus quoſque animatum ſemen ponentes,quæ nos prius & alia plura ac vrgẽtiora aduerſum animatum ſemen, animatoſque ſpiritus conſtituentes cum in prima,tum in ſecunda noſtrorum librorum de Subtilitate parte ſcripſimus. Quæ argumẽta & rationes aduerſus omnes ſemen & ſpiritus in teſtibus animatos aſſerentes re vera vrgent. Noſtram verò contra ſententiam nullius prorſus ponderis ſunt, ſi præſenti animo, & non oſcitanter ponderentur perpendanturque: quoniã noſtra opinio nihil ad alias.Quippe quæ aliter ſumma ratione decreta & ſancta eſt: Vtpote inquam, non à concoctione, quicquid Gallego videatur, ſemen animatum ſit: non ab eiuſdem partis expultrice exploſum; ſed ſimul ac ſemel à ſpermaticarum concoctrice præparatum elaboratumque à retentrice in parte contentũ à nutrice animatum vegetali & ſentienti quinetiam anima, quia à neruo, vena,arteria &c. tametſi tũc, nec paulo poſt ſentiat, ſentireue poſſit (quemadmodum nec anima rationalis in vtero, nec paulo etiam poſt in lucem egreſſum,ratiocinari) inſtrumentorum defectu. Quocirca ſuper concoctum ſentientibus in ſpermaticis partibus ſemen, ibidemque cotentum & ela-

Digitized by Google

elaboratum actu partes nutriens continuū nutrix extēditur, & earum vegetali & ſentienti gradibus animis animatur· & ſic ſuc ceſſiue & cōtinuò, niſi coitus, & ſeminis à toto prolapſus ſequatur: quo tempore, & quam ob cauſam, ſi e. g. pluries in nocte ſequatur coitus, corpus breui emaciatur, & partes omnes languent: non ex teſtium ſemine, quod nihil cum ceteris partibus habet, nec ex ſanguinis magnorum vaſorum iactura; ſed ex ſæpius ſubrepto ſpermaticis proximo & immediato alimento, ſemine, quod dein pluries (pluries ſubrepto) concoquendum, temporeque elaborandum eſt: inſiti calidi ob defectum indigentia, humidi & ſubſtantiæ abſumptio, & ſenſata emaciatio: quæ nemo ſanę mentis inficiabitur, vt multis ab hinc annis Mundinio in prima parte de Subtilitate, in Pari & San. Iudicio: ac poſt etiam enucleatius in ſecunda parte ſcripſimus. Quam ob rem noſtra ſententia, talis ſcilicet animationis modus hanc ſub communem ſententiam, iudicium, ac cenſuram non cadit: propterea omnem difficultatem ſcopulumque aufugit euitatque, quod germanæ opinionis proprium eſt: quas animatum teſtium ſemen, & alias quam plurimas patitur, vt quæque alia ex teſtium ſemine, ſpirituue, animalis procreationem conſtituens; vt infra Archiatri de ſententia periculum faciemus.

Ceterum propiùs ad rem noſtram, Ex maris & fœminæ teſtium ſemine abſurda ſequi poſſunt, monſtra ſcilicet, & mas & fœmina, hermafroditus: quoniam ſimilaria corpora & eiuſdem rationis: (quam ob cauſam ex tali ſemine nobis generatio fieri nequit, vt Mundinio oſtendimus.) Vnde Natura vtrumque miſcens ſemen, neceſſario duplicem ſexum eidem formabit: aut marem & fœminam ſimul, Vel alio modo monſtra progignet. Sed non noſtra ex ſententia Gallego, è ſeminibus à toto prolapſis miſtis animatis, vt Hippocrates dicebat. Videlicet, ſi quis animam animæ miſceri non credat, demens eſt: quia ſemina miſcentur: quia ſemina ſunt animata, ſecus animæ quo modo miſcerētur? *primo de dicta.* An perfectis inſtrumentis, & ſexibus?

Hinc quia ſemina à toto, & animata miſcentur, vt re vera miſceri patet, & oportet ex ſimilitudinibus ad parentes, vt veriſſimè conſtat in ex tauro, aſino, & equa, in ex aſina & equo ginnus, mulus, &c. quę ſunt quædam mixta, vt ex vulpe, cane, lupo: & in eadem ſpecie pro vt alterum altero validius, mas, aut fœmina euadit, ſimiliſque fętus præter ſexum patri, vel matri fit in toto, & varijs diuerſiſque in partibus oculis nigris, cæſijs, caprinis, naſo adunco, ſimo, aquilinò, &c. & ſic de ſingulis partibus ſimilitudinem variantibus: & ita ſemina animata (non perfectis organis, ſed initiatis prædita) miſceri, autoritate, ratione, ac ſenſu dilucidè conſtat.

Obijcies, quid de maris & fœminæ genitalibus omnino diuerſis? Ratio eſt in promptu, idem ac de alijs, vt dicebamus, omnino diuerſis vſu venire: quippe vt prorſus diſſimilia, ita penitus ſimilia, quod in ſecūda parte in Lydio Lapide ad Mundinium (nunc ſat breuitatis gratia) ſubtiliter declaratum videris, ſecus niſi capias.

„ Quod igitur ſemen non ſit animatum „ in ſenſu propoſito, &c. *Gall. tac. 2.*

Argumentum hoc à ſimili, & ex inductione, Ventriculi chyli, Hepatis ſanguinis, & teſtium ſeminis, verum eſt quo ad officilia: quoniam non ſibi tantummodò agunt, ſed alijs, vt conſtat: propterea portiuncula ſibi ſumpta, reliqui quod eſt, & reſtat, explodunt. Spermaticæ verò ſingulę corporis partes ſibi ſolummodo trahūt, retinent concoquunt, aſſimilant: & totum elaboratum & aſſimilatum ſibi dumtaxat retinent & animant, ſibi, inquam, dicto, & dicendo modo: niſi coitus ſequatur, quo ad retentionē. Quapropter tua ſimilitudo Archiatre, & inductio hîc nulla, ſi ſapis. *Pariſan. cont. 2.*

Quod autem minimè ſentiat ſemen animari per coctionem à teſtibus &c. *Gallego tact. 3.*

Non poſſum non quam maxime mirari, quod quum ad Veritatem nati ſimus omnes, & docti potiſſimum, à quibus quęri ac mordicus ſuſtineri debeat, ab Archiatro totum oppoſitum experiar. Apud nos, *a* de Subtilitate hac in materia non vul- *Pariſan. cont. 3.* *a lib. 2. exerc. 1.*

cap.4.& poſt. vulgaria collecta & probata vidiſti, nihilominus non meminiſti, immo quòd grauiſſimum abſcondis.

Hæc ad verbum apud nos legiſti in prima parte loco citato pag.85. ex Galeno b 2. de nat. fac. c.6. aduerſus Eraſiſtratum. b

At formare & condere non eius eſt partis, quæ ſecundò fit, ſed eius, quod (nota) fuit prius. Quare neceſſe eſt ſtatim ex ipſo maris ſemine Naturæ facultates, (quas tu infra vbique inficiaris) quibus formar, auget, nutritque animal eſſe præſumere: c cap.3. Et paulò ante eodem in libro, c ,, Semen artificis vicem gerit circa materiam, quæ ſanguis eſt, alterat enim conglaciat, cogit, formatque. Quod namque ſemen priùs erat, id quum primum & gignlt, & format animal, natura quædam fit. Tamquam enim Phidias ante habuit facultates artis, quàm materiam attingit, vſus autem ipſis eſt in materia (omnis enim facultas ſi competens deſit materia, otioſa eſt) ita maris ſemen facultates quidem in ſe ipſo poſſedit: actionem verò non didicit à natura, ſed circa hanc obiuit; quare ſanguinem ſibi ſufficientem in quantitateque moderatum pro indigentia trahit, ſibique ſubminiſtrat, qui nec deficiens ſit, nec quãtitate obruat, corrumpatque, vt Phidias ſibi ceram. Competens verò menſtruus ſanguis fuerit, qui tenuis adeò halituoſus eſt, vt quum in omnem ſeminis partem veluti ros ſit attractus, nuſquam ſui ſpeciem repræſentet. Sic namque fiet, vt facilè cum euincat ſemen, & celeriter aſſimilet, & ſibi nutrimentum faciat. Mox arbitror ſecundò attrahit & tertiò, quo ſcilicet molem ſibi magnitudinemque iuſtam ex nutritione adijciat. Atqui alteratrix inuenta vis eſt, quæ nec ipſa prodita Eraſiſtrato eſt. Tertia verò formatrix apparet, cuius ope ſemen primum veluti concretũ quoddam tenue, membranam illam ſibi induit, quam Hippocrates ſexta die cum fœtu Maſurgo mulieri ouorum tunicæ ſimilem excidiſſe ait. Et ibidem eiuſdem Galeni ſententiam de modo, & cauſa nutritiones ſeminis, & quam ob rem primò ſemine nutriatur, mox ſanguine. Hæcce luce clariora apud nos legiſti, & contrarium ex Galeno ſuſtinere audes? ad hæc ne verbum quidem, immo ſilentio præteris? Sic doctiſſimum Galenum tradis? ſic nos, & alios deludis? quatuor hiſce tuis obtruncatis & perperam poſitis verbis, ſic lectorem fallere conaris? euh

Iſtam verò Galeni ſententiam, ſemen ſcilicet, &c. ,, Gal. ,, tact.4.

Hæc tua ad Effeſios verba. Verum quidem quòd ſemen hoc, maris & fœminæ ſeminum eſt miſcella & maſſa: & hoc ſemen miſtum eſt, quod agit: & ſic contra tuas ſupra allatas fabulas ex Ariſtotele, hermafroditus & monſtra generari nequeunt: quia ſemina miſta, ex Hippocrate animæ miſcentur, ſemina animata nutriũtur, augentur, domicilium ſibi fabricant ex ſemine, exque menſtruo ſanguine, ex Galeno pluribus citatis in locis dilucidiſſimis, vt negari nequeat, & contrarium aſſeri abſque erubeſcentia non poſſit: quæ ſi vera ſunt, vt per quam veriſſima, quæque apud illos videris, apudque nos legeris, quòd tuis ex relatis inficias ire non potes, nec vales; quo modo hæcce tua? quibus ſcribis? An in Veritatis gratiam? Pariſan. cont.4. 1. de Dieta. 1. de ſem. 1. & 4. 14. de v. p.11. Et in lib. Hipp. de nat. hum. comm.1. ſent.27.

Hæc enim eſt quæ conuertitur in naturam ex ſententia Galeni, &c. ,, Gall. ,, tact.5.

Hoc nobis, & Galeno falſum eſt ex dictis vt patet, quoniam vtrumque ſemen animatum eſt vt manifeſtiſſimè conſtat, autoritatibus, ratione, ſenſu, vt in mulo, ginno &c. Proinde quum animæ miſceantur, & ſemina qua talia animata in Naturam non conuertuntur, quoniam eſſentialis nulla mutatio ſit, ſequiturque: quia animata ſunt priuſquam miſceãtur, quicquid hic dixeris, & infra dicturus ſis. Pariſan. cont.5.

Quamobrem ſemen qua ſemen nutritur ſemine, deinde ſanguine, vt Galenus docet, & ratio neceſſariò dictat, & quod nutritur & nutritione augetur, quatenus ſemen eſt animatum: cui dubium? Non teſtium ſemen, plures à nobis potiſſimum dictas ob cauſas; ſed ſemen à toto prolapſum, eo, quo expoſuimus modo animatum; Cuius ex à corpore egreſſu & ciaculatione cirſoidum paraſtatum ſit veluti

con-

Digitized by Google

conuulſio & ſpaſmus dicebat Galenus hi-
5.aphor. 65. *14.* ſce verbis „ Eiaculatur autem ſemen va-
de V. p. 16. ſorum ſeminalium intẽtione compreſſum
non ſpiritus occurſu propulſum. Et ali-
1.de ſem. vltimo. bi „ In excernendo, inquit, ſemine fit
partium veluti ſpaſmus, vt in Epilepſijs.
Notãda. Et alibi etiam ait „ In ſemine emittendo vehementiſſima contentione natura vtitur, propterea ſupergeminalis addita eſt. Qui motus veluti cõuulſiuus fieri nequit, (nota Archiatre) nec tali opus eſt, quemadmodum, nec tali ad robur ſupergerminali (nota Gallego) requireretur, in teſtiũ ſeminis eiaculatione, quod in proſtatibus (nota quia hic eſt punctus, etſi Galenus ſemen à toto non poſuerit, quod fortaſſe cum antiquis voluit) continetur & reſidet; ſed benè à toto ſemen id neceſſario requirit: quemadmodum partium paſſio, ac virium iactura oſtendunt. Et ſic ſenſus, Ratio, Autoritas Hippocratis, Galeni, ac Ariſtotelis, vt eius quatuor firmiſſima argumenta à nobis in prima parte lib. 2. Exercit. 2. cap. 7. in fine poſita firmant & ſignant. Et ſic vbique capies, te nullibi conuiciſſe Æmylium, ſed te falſum, & vbique ſimul conuictum experieris: potiſſimum ſi ad Mu[illegible] & naſutos ſequaces in Pari & ſan. Iudicio ruminaueris omnia, vt alia, dico in Lapide Lydio ad eumdem, & tibi ad vnguem dicta: quibus ſi reſpondere valeas mihi Malachenſis eſto Apollo. Ceterùm raptim quæſo te videamus pulchra tua de cordis motu.

Gall. tac. 6. „ Sic etiam aduerſus Scaligerum manebit probatum, non poſſe, &c.

Pariſan. cont. 6. Hæc aduerſus Iulium Cęſarem Scaligerum (in prima parte confutauimus, vt noſti) ratio, quia videtur tibi etiam in nos forſan vrgere; vt agnoſcas nos in Veritatis gratiam hoc munus ſuſcepiſſe, & nequaquam terga vertere; ſed Veritatis cauſam vltro ſuſcipere; propterea vt ſupra reſpondemus: quòd noſtra alia prorſus eſt ſententia pluribus dictis de cauſis. Ea propter dicimus, quod in eodem inſtanti, in quo alimentum parti alendæ aſſimilatur ſeminis pars in poris concocta, præparata, & elaborata in poris partis eſt eidem alimento continua: ita vt dum proxima parti pars in alendam partem tranſit dum alẽdæ parti vnitur & animatur coniuncta ſibi pars & continua tunc quà continua (intellectus aures arrige, quia ſubtilia) animatur eodem in inſtanti, eodemque in inſtanti ſeparatur eo loci & animata contigua ſimilis remanet. Contigua & adhærens: non vt tu de folijs plantarum dicis, quæ continuæ ad tempus ſunt, de quibus infra.

Dum illa alimenti pars in altum abijt, hæc animata alendæ parti ſimilis proximior fit (ſubtiliter nota quoniam hæ triuialium ingeniorum non ſunt epulæ) & alia huic vicina ſubſequitur, & poros ingreditur; vt dum proxima proximo in inſtanti in altum tranſit, hæc eidem continua ſimilis eodem in inſtanti animatur, & ſic ſucceſſiue perpetuò. Et ſic Naturæ ſecretum habes: quòd ſemen in parte animatum dicto modo dum pars alitur non corrumpitur: quia iam elaboratum & perfectum, ac ſimile propterea ſolummodo apponitur.

Ex ſententia vero Galeni libro de fœtus formatione, pars calida, &c. „*Gall.* „*tac. 7.*

Quo modo amabo te Gallego, pars calida ſeminis, & calor fœtus tibi non mouentur quouſque in eo generetur Cor, nobis nunquam & nuſquam? Quo modo ſeminis calor mouebitur genito corde, ſi tunc temporis non eſt amplius ſemen, ſed corpus ſemineum, venæ, arteriæ, quibus ſanguis affunditur, ex quo parenchyma, Cor. Quas nugas ſcribis? Ecquis iſte tuus ſeminis motus eſt? quæ figmenta commentaris? *Pariſan. cont. 7.*

Immo neque calor fœtus, quouſque in eo generetur Cor. „ *Gall.* „*tact. 8.*

Ecquis itidem fœtus calor ante Cordis procreationem tibi eſt, niſi calor ſeminis, ſeminearumue partium, ante carnium generationem? quid iſte tuus fœtus ante Cordis ortũ, niſi ſpermaticarũ textura? ecquis caloris illius motus? quæ tuæ hæ ſubtiles ſpeculationes? quorsũ? quoue modo? *Pariſan. cont. 8.*

Ideoque cor fętus non mouetur ſenſibiliter ſtatim à principio, ſed tam lento, & obſcuro motu eo, quo mouetur caro concharum. „*Gall.* „*tac. 9.*

Pariſan. cont.9. An Malachenſia tua hæc? Ecquis te docuit, quo modoue obſeruaſti tu Archiater, cor fœtus moueri obſcuro & lento motu, quo Cancharum caro? quas nobis fabulas narras & vendis, indicas? An ignoras tu, quòd fœtus in vtero, materno venarum ſanguine nutritur, & ſpiritus à matris arteriis conſequitur? Et quòd fętus Cor non mouetur: quoniam aëris refrigeratione per os non eget: quia fuliginũ per pulmones & os reiectione nõ indiget: quoniam motu vitalis ſpiritus procreare non habet, quãdo à matre aſſequatur: quoniã per corpus ſuo motu ſpiritus tranſmittere nõ habet: quia à matre, ab vtero, ac eiuſdẽ arterijs recipit. Et quoniam ad pulmones, & ſuperiores partes, potiſſimum ad cerebrum vitales ſpiritus ſuo motu non tranſmittit, ſed mater duas per ſecretas vias & ductus in fœtu, quæ illico, aut paulò poſt ab ortu in lucem clauduntur & euaneſcũt. Quæ certiſſima tu tuis vt ex dictis colligere eſt, ignoras omnia, tua quòd pace dixerim Archiatre doctiſſime.

Gall. cta.10. » Et motus is, quem, poſtquam calor vegetior, ac flammeus eſt, ab eodem fieri, &c.

Pariſan. cont.10. Demum quòd cordis motus, materialis ignis & flammæ naturam ſequatur, ac ſurſum moueatur ad pabulum eſt pura fabula, ac merum commentum, vt (ne actum agamus) Doctiſſimo Pompeio Caimo Academico primario Patauino, de Calido Innato, necnõ Guilielmo Harueio Academico Lõdinenſi ac Medico Regio de Sãguinis circuitu, in Lapide Lydio ſecundæ partis diximus eorũ ſententias ablegãtes.

Quod ſemina plantarum ſint formaliter animata, vt reliqua earundem plantarum partes. Gallego.

Gall'eg. lib.2.ca. 6. pag. 73. QVod ſemina plantarum, neque in primo, neque in ſecundo actu ſint animata, fuit ſententia Ariſt. vt ſuperiùs vidimus, quem ſequuntur omnes illi autores, qui defendunt ſemina animalium eſſe inanimata. Nam cum vtraque in ratione principij conueniant, ſimilitudinem etiam in ſeminali virtute debent obtinere. Vnde ſi virtus ſeminalis, ſiue propagationis in ſemine animalis non eſt aliqua anima, neque in ſemine plantarum anima erit, & è contra. His, & alijs rationibus, quas ex doctrina Ariſtotelis, & Theopraſti in diſcurſu diſputationis proponemus, probant multi neceſſariò conuenire debere ſemina plantarum cum ſeminibus animalium in ratione animationis, & inanimationis, in ordinem ad propagationem indiuiduorum.

Semina plantarũ animata eſſe probatur.

His tamen non obſtantibus falſiſſi-
mam eſſe credimus Ariſt. & horum homi-
num opinionẽ, veriſſimumque exiſtima-
mus ſemina animalium omnino carere a-
nima, vt probatum reliquimus: * ſemina
verò plantarum eadem anima eſſe infor-
mata, qua informantur plantæ, à quibus
producuntur. * Quæ quidem ſententia, li- 1
cet omnibus ferè Medicis, atque philoſo- 2
phis, diſſona videatur principijs philoſo-
phię naturalis: nobis tamen cõſpicitur fir-
miſſimis eiuſdẽ philoſophiæ principijs ita
niti, vt ijs intellectis nullus verè philoſo-
phus ipsã poſſit negare. * Potiſſima igitur 3
principia, quibus firmatur noſtra ſentẽtia,
ſunt, quòd ſemina plantarũ eſſentialiter
diſtinguantur à ſeminibus animaliũ, qua-
tenus vtraque ſunt ſeminalia principia.
* Deinde, quod ſatis ſit plantis vnum ſeſe 4
propagandi modũ obtinere, qui omnibus
ſit vniuocus, per partium ſcilicet ſepara-
tarum implantationem, vel inſertionem.
* Tum præterea, quod anima plantæ, ita 5
parum diſtinguatur à formis naturalibus,
vt propter ſui imperfectionem diu poſſit
conſeruari ſine ſenſibili nutritione in qua-
cumque parte ſeparata eiuſdẽ plantę. * Ac 6
tandem, quia ſemina plantarum, non ſo-
lum ſint verę plantarum partes, ſed, quod
habeant perfectiorem compoſitionis mo-
dum in ordinem ad conſeruationem ani-
mæ, quam reliquæ partes eiuſdem plantæ
obtinent.

* In primis igitur cum certiſſimum ſit 7
apud Ariſt. & omnes Philoſophos, eodem modo naturam ſuperfluum abhorrere, ac diminutum fugere: certiſſimum etiam videtur, non inſtituiſſe eandem naturam diuerſos plantarum procreandi modos,

Natura ſuperfluũ atque diminutũ abhorret.

vnum

Digitized by Google

vatum ſcilicet per nouæ formæ productionem factam à virtute generantis derelictam in ſemine, & alium per ſolam plantæ conformationem factam ab eadem anima plantæ conſeruata in eiuſdem aliqua ſeparata parte. Ariſt. igitur 3. *de gen. an. cap. vlt.* tum etiam, & Theophraſtus, non ſolum aſſignarunt diuerſos producẽdi modos in toto ſtirpium genere, ſed in qualibet particulari ſpecie, ſemine ſcilicet, auulſione, & ſobole, ſeu germinatione in naſcentibus adhærente, hocque amplius explicat 1. *de plantis*: dicens, *arbores rurſus, aliæ ex ſemine naſcuntur, aliæ ex ſeipſis; & aliæ ex radice euelluntur, & tranſplantantur, aliæ ex ſtipite, & aliæ ex ramis, Quædam per ſe paulatim extenduntur, quædam in terra. Quædam plantantur in arboribus,*

Diuerſi producẽdi modi in ſtirpibus.

8 *vt quæ inſeruntur.* Credendum igitur eſt modum producendi, qui fit mediante ſemine, non eſſe diſtinctum ab eo, qui efficitur mediante aliarum partium implantatione. Nam ſi amygdala, verbi gratia, oriri poteſt, aut mediante ſemine, aut auulſione, aut inſertione, & allium, cepa, ocymũ, & ſimilia, radicis auulſione, & ſemine, & ruta, origanum, & ſimilia, ſurculo, aut ſemine: contra rationem videtur dicere omnes alias nouæ plantæ productiones, excepta ea, quæ fit à ſemine, fieri per eiuſdem animæ in qualibet earum partium conſeruatæ actionem ſubiectum perfi-
9 cientem: * eam verò, quæ medio ſemine fit, eſſe per nouæ animæ productionem factam ab accidentali virtute relicta in ſemine, ab ipſa arbore, operanteque tamquam inſtrumento eiuſdem generantis.

Quod quidem fictitium eſſe videtur, cũ ſemen, vt dicemus, ita vera ſit plantę pars,
10 vt reliquæ.* Quapropter dicendum eſt, in ſemine ſeparato à planta eodem modo manere actu animam eiuſdem plantæ, ac in reliquis eiuſdem ſeparatis partibus, nullamque nouæ plãtę veram generationem fieri in terra, ſed in ipſamet arbore, cum partes ſcilicet eiuſdem informantur. Propterea enim Ariſtoteles 2. *de anima cap. 2.* aſſerit, quod etiamſi anima, quę actu eſt in tota planta, ſit vna numero, potentia verò

Anima vna numero, potentia uero plures, vt intelligatur.

dixit eſſe plures. Nam cum talis anima ſit diuiſibilis ad diuiſionem partium quantitatiuarum, poſſitque cum qualibet diſpoſitione, non ſolùm conſeruari, ſed & nouum detruncatumque ſubiectum perficere, neceſſarias producendo partes, illa animę ſeparata portio, non pars animæ, ſed integra, atque omnino diſtincta numero à
ſuo genitore dicetur. * Quamuis autem in 11
omnibus plantæ partibus ſeparatis poſſit conſeruari eiuſdem plantæ anima, vt videmus in ſarmentis, & in alijs, quæ ex Hiſpania in Indiam, & ex India in Hiſpaniã vehuntur: in ſemine tamen diutius, & maiori cum robore conſeruatur, propter maiorem diſpoſitionum animam conſeruantium, quã reliquit in ſemine natura: Perfectius enim eſt compactum, atque attemperatum, quam reliquæ plantæ partes, vt diutius ſcilicet conſeruaretur in eo anima plantæ, & robuſtius ſe haberet ad perfectionem nouarum plantarum: propterea enim dicitur à philoſophis principium oriundi. Vnde Aphrodiſęus quærit cur plãtarum ſemina calori noſtro incoctilia ſint, & putat naturam tanto plus roboris, viriumque ſemini, quã vel radici, vel fructibus tribuiſſe, quanto propagandæ ſpeciei, quam indiuidui curam diligentiorem gerit; & non contenta armaſſe illa duritię inſignis propugnaculo, addiderit figuram omnium firmiſſimam orbicularem, & numerum vberem, vt non ſolum robore, ſed etiam multitudine ſua ſe tueantur, &
permaneant. * Eſt namque ſemen potiſſimus 12
finis, quem reſpicit anima plantæ, tum reſpectu productionis nouarum plantarum, tum reſpectu vtilitatis, quam humano generi pręſtat. Propterea nãque ipſum, tanquam pretioſiſſimum theſaurum, multiformi vallorum genere cuſtodit natura, vt in tritico, in auellana, & in alijs cernitur.
* Et non eſt mirum, quod forma plantę 13
conſeruetur in qualibet eiuſdem parte ſeparata. Nã cum gradus vegetatiuus ſit veluti carcer, ac principiũ totius vitę, ideoque ſit communiſſimus omnibus viuentibus, & propterea parum eleuetur ſupra merè naturalia: hinc fit, vt plantę, quę ſolo iſto primo vitæ gradu gaudent, parum di-

Cur natura adeo ſollicita fuit in ſe-

mine cō-formando.

ſtent à non viuentibus. Nam, vt docebamus ex Ariſtotele ſenſim, & inſenſibiliter
fit tranſitus à non viuentibus, ad viuētia,
& ea quæ nouiter viuunt, parum habent
ex perfectè viuentibus, & multa obtinent
14 ex ijs, quæ non viuunt. * Vnde forma plātæ in modo ſe conſeruandi parum diſtat à
forma rei merè inanimatę. Quapropter cū
argentum, verbi gratia, licet in quamplurimas diuidatur partes, in vnaquaque tamen ſeparata, perpetuo conſeruatur eius
forma; ſic anima plantæ, in qualibet eius
parte conſeruatur, & nouam valet integrę
15 plantæ perfectionem producere. * Eſt etenim in natura planta ipſa adeo vicina
rebus inanimatis, vt ſupra ipſas ſolum requirat certum magnitudinis augmentum
ab intrinſeco principio factū. Propter hāc
etiam cauſam fit, vt ea prædita ſenſu viuentia, quæ adeo imperfecta in ſuo genere ſunt, vt parum excedant in perfectione
plantas ipſas, adhuc ſeruēt aliquam ſimilitudinem cum non viuentibus in imperfectione formarum ſubſtantialium, cum
quælibet illarum portio conſeruari poſſit
ſeparata, vt videmus in lacertis, & in ſimilibus.

Quadā viuentia ferè non viuentibus ob īperfectionem ſimilia.

Cæterum quamuis res inanimatæ, plantæ, & imperfectiſſima animalia ſenſu prędita in eo conueniant, quod horum omnium formæ ſubſtantiales in partibus ſeparatis conſeruentur: maximo tamen inter
ſe diſtinguuntur diſcrimine. Nam formæ
non viuentes nunquam corrumpuntur, etiamſi diuidantur: formæ verò plātarum,
licet diuidi poſſint, & diuiſę nouam queāt
perficere plantam: corrumpuntur tamen,
ſi plus iuſto ſine alimento detineantur:
hoc etenim exigit maior harum perfe-
16 ctio. * At verò formæ dictorum animaliū,
quanto ſunt plantarum formis perfectiores, tanto minus poſſunt in ſeparatis partibus conſeruari, & præter hoc minimè
queunt, vt partes plantarum per nutritio-
17 nem reproduci. * Nec mirum eſt, quod animæ plantarum in partibus ſeparatis,
præſertim in ſemine, diu conſeruētur ſine
ſenſibili externi alimenti attractione: cum
hoc aliquibus etiam animalibus contingere videamus: præſertim in verme ſerico, in alijs inſectis, in ſerpentibus, & in alijs. Omnia enim iſta pauco indigent alimento, vt conſeruentur, ideoque diu conſeruantur à partibus quibuſdam excrementicijs intus cōtentis, præſertim plātæ.

Diſcrimē formarū animatorum, & viuentium.

Cur in partibus ſeparatis animæ plantarū diu cōſeruentur.

Quod autem diutiſſimè conſeruentur
plantarum ſubſtantiales formæ, non ſolū
in ſemine, ſed etiam in reliquis partibus à
terra ſeparatis, probat allium, porrum, cępa, & alia ſimilia, in quorum ſtipitibus, ſiue radicibus per annum ſolet integra conſeruari, & poſtea terræ applicata allia, &
cæpa accidentalem faciunt totius plantæ
formationem, non nouam ſubſtantialem
generationem, cum animam ſine corruptione conſeruent. Vnde mirum non eſt,
quod idem ſeminibus accidat, eodemque
modo ab eiſdem actu conſeruantibus animam nouæ quātitatiuęque partes median
te nutritione generentur. Vnde veriſſimè
dicendum eſt, quod cum ſemen nouam
producit plantam, non aliunde quærere
animam, ſed potius eandem, quam actu
habebat ſeipſā perficere, neceſſarias producendo partes, eodem modo, quo idem
præſtant ſtipites, ſiue radices alliorū, porrorum, cęparum, & ſimilium, niſi fortaſſe
propter vetuſtatem, aut ob aliam cauſam
animæ fuerint corruptæ.

Vt alliū porrum, cepa.

* Quod autem ſemina, & fructus veræ 18
ſint plantarum partes, conſtat ex Ariſtot.
Theophraſtro, & ex aliis, qui firmiſſimis
demonſtrationibus illud probant. In primis, vt conſtat ex 1. *de plan.* eæ omnes ſunt
verę cuiuſcunque plantę partes, ſiue continuę, vel contiguæ ſint, quę vnica forma eſſentiali continuantur, quæ ſcilicet eadem
numero forma informatæ verè nutriantur, & accreſcāt. Vnde inquit Ariſt. *Plantarum alia eſt, quæ partes habet diſcretas, nec ſimiles, nec æquales,* &c. * Ex quo fit, vt folia, 19
cortices, & fructus, licèt ſint cōtiguæ, verè
dicātur plantarū partes. Quare eſſe contiguas non excludit illas à natura partium,
dūmodo pars ſit de genere proprio eiuſdē
plantæ, vt idem aſſerit Ariſtot. quod propter epithymum, polypodium, & ſimilia,
quæ licet accreſcant in aliis plantis: nō tamen augētur eadē numero anima, * vt ac- 20
cidit fructibus, ſeminibus, foliis, et corticibus.

Semina & fructus partes eſſe plantarū probatur.

bus. Vnde veriſſime cōſtat ex Ariſt. ratione ſemina eſſe veriſſimas plantæ partes.

Theophraſtus *lib. 1. de hiſt. plantarum, cap. 1.* in dubium vertit, vtrum folia, ſemina, & fructus ſint arborum veræ partes, & licet aliquibus veteribus viſum fuiſſe, aſſerit, ideo non eſſe veras plātarum partes, quia quotannis pereunt, & regenerantur, quod veris animalium partibus accidere non videmus: ipſi tamen Theopraſto magis conſonum eſſe videtur, veras eſſe ſtirpium partes, earundem perfectionem, & pulchritudinem adimplentes. Tum præterea, vt inquit, ſimilitudo alicuius fœminæ grauidæ cum arbore habente ſemina, non conuincit ſemen non eſſe plantæ partem. Nam in animalibus mater, & fœtus non continuantur eadem forma eſſentiali: arbor vero, & ſemen eadem numero anima habente etiam partes integrantes ſimul accreſcunt. Neque verum eſt veras partes animalium non decidere, & iterum generari: nam dentes, ceruorum cornua, anguium cutis decidunt, & regenerantur: fuit namque à natura inſtituta fructuum diſcontinuata productio propter duas potiſſimas vtilitates. In primis enim, cum productio fructuum, ſeminum, tum etiam & foliorum multum detrahat de propria virtute plantæ, propter quod dicebamus ſuperius, feraciſſimas facilius ſeneſcere, quod etiam docet Theophraſtus *lib. 2. de hiſt. cap. 15.* neceſſaria eſt plantis illarum rerum per aliquod tempus expoliatio, ne vehementi attractione, & cōtinua coctione radices detorqueantur. Nam quamuis Ariſt. 2. *de par. cap. 3.* alimentum iam confectum è terra attrahere radices ſtirpium dicat, ideoque radicibus ſolum oris officium det, terræ verò ventriculi: rectius verò videtur ſenſiſſe Theoph. qui ſemen aſſerit, dum eſt in planta, alimentum laboratum à radicibus recipere. Id enim quòd immediatè radices à terra attrahunt, illaboratum fructibus eſſe affirmat. Vnde nō ſolum ori animalis, ſed & ventriculo proportione reſpōdere arborum radices, ait. Hoc etiam expoſtulat potiſſimus alius ab vniuerſaliſſimo rerum prouiſore intentus finis: nam, vt inquit Ariſt. 1. *de plan.* planta non propter plantam, ſed propter animalium vtilitatem condita eſt. Secundum quam legem tenetur ſtatutis quibuſdam temporibus debitum ſoluere animalibus ipſis per quarundam ſuarum partium regenerationem. Nulla enim eſt tam abiecta planta, quæ alicui animali, vt alimentum, aut, vt medicamentum, non cōferat, ſi conuenienti applicetur naturæ. Nam propter errorem commiſſum debitæ applicationis ſolent lædere ſtirpes. Quapropter *in citato lib.* inquit Ariſt. *ſi hyoſcimū, aut elleborum hominibus applicemus, mortale ipſis exhibebimus venenum: ſi verò coturnicibus, vtiliſſimum alimentum,* & ſic de cæteris: tanta enim eſt inter animaliū naturas diſſimilitudo.

Fœmina grauida non bene æquiparatur cum arbore ſemina ferente.

Veræ partes tū ex arboribus tum ex animalibus decidunt aliaque regenerantur.

Fructuū diſcontinuata productio curà natura īſtituta.

Arborū radices ori ventriculoq; animalis proportione reſpondent.

Nulla planta quæ vel alimētoſa vel medicamentoſa non ſit.

* Cum igitur ſemi- 21
na veriſſimæ ſint plantarum partes, & anima plantæ diutiſſimè conſeruetur in alijs eiuſdem partibus, non erit abſurdum dicere ipſam quoque conſeruari in ſeminibus, iactiſque in terram non fieri ſubſtantialem generationem, ſed partiū plantæ formationem, vt cum ſeminatur alliū, & reliquæ plantæ.

* Ex dictis ſatis euidenter conſtat ſe- 22
mina plantarum omnino differre à ſemine animalium, nullamque habere vniuocam principij rationem. In primis enim differunt in eo, quod ſemina plantarum, dum ſunt in planta ipſa, veræ ſint partes eiuſdem plantæ, cum eadem anima informentur, ſemina vero animalium minime, vt conſtat. Deinde diſcriminantur quoque, quia ſemen vnius arboris includit in ſua natura omne id, quod requirit quilibet verus conceptus: ſemen verò vnius animalis non, cum ſolum ſit vna ex tribus partibus, ex quibus conſtat conceptus. Nam cum quælibet ſingularis plāta confuſam habeat vtriuſque ſexus naturam, eius particulare ſemen continet vim maſculini, & fœminini ſeminis, & ſanguinis menſtrui, quod non fit in animalibus ſexu diſtinctis, vt patet. Propterea enim Ariſt. 1. *de gen. an. cap. vlt.* dicebat: *At in plantis facultates iſtæ miſcentur, nec mas a fœmina ſeparatur. Quamobrem ex ſe ipſa generant, nec genituram emittunt, ſed conceptum, quod ſemen vocatur, afferunt.* Itaque

Semina plantarum ab animalium ſemine in quibus differāt.

Digitized by Google

cum planta quælibet producit ſemen, facit idem, quod præſtant duo animalia diſtincti ſexus, cum coeunt. Vnde fit, vt cum ſemina plãtarum debitam obtineant materiam, organizationem, & temperamentum, non ſolum informentur anima plantæ, dum ſunt in ipſa, ſed poſtea cum ſeparata ſunt, eandem animam poſſint conſeruare: ſemẽ verò vnius animalis nullo modo. Nullo enim modo habet completam naturam. Nam id, quod Ariſt. dixit de menſtrui, & ſeminis & commixtionis neceſſitate, vt cõceptus poſſit animari: idem nos de vtriuſque ſeminis, & ſanguinis mẽſtrui mixtione aſſerimus. Ariſt. igitur 2. de *gen. an. cap. 4.* dicebat: *Res ita ſe habet, vt ſine maris emiſſione concipi impoſſibile ſit, atque etiam ſine menſtruorum excremento, quod, aut redundans effluat foras, aut intus ſatis ſit*, &c. Diſtinguuntur igitur ſemina plantarum, à ſeminibus animalium ferè in omnibus. Vnde rectè diximus non eſſe ſecũdum artem vtrorumque animationem, aut inanimationem per eadem principia inueſtigare. Sed neceſſarium eſt aliqua, quæ aduerſus iſtam ſententiam obijciuntur, ſoluere.

Gallego Commenta expenduntur, & ceu talia adulterina a Pariſano exploduntur.

QVARTÆ CRIBATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall.,, *tac. 1.*,, SEmina vero plantarum eadem anima eſſe informata, quare.

Vt te Opinionum Collectorem tua in dedicatoria fatearis, & in tuis libris profitearis, eſto, & profit, quòd noſtri nominis oblitus fueris tranſeat: quòd noſtræ huius plantarum de ſeminibus opiniones non memineris, & aliorum dicendorum, Malachenſi iure tuo ſunto, tametſi turpe dictu. Aſt quòd hanc eamdem noſtram ſententiam tibi aſcribas, turpius factu, & non Archiatri, eſt.

Tu noſtram ſententiam de animato ſemine legiſti, vt conſtat: quoniam noſtra propria verba deſcripſiſti, & bellè confutaſti, vt viſum eſt. Sed quòd in eodem capite 3. libri 2. primæ partis de Subtilitate pag. 83. ſcripſimus longo ſatis ſermone, ac quãpluribus argumentis probante: exemplo potiſſimum de plantarum ſemine animato, quod olim triginta ante annos oſtendimus, & quindecim poſt annos contra Ariſtotelẽ & Peripatetticos in lucem produximus. Mea eo loci hæc ſunt verba, pag. 83. quæ tu, dico, legiſti, & obſeruaſti, quod inficiari non potes,, Quandoquidem viuentium eſſe, vita &c. vſque ad finem capitis.

Profectò ex Hiſpaniarum & Indiarum Monarchæ archiatria dignitate ac nomine non vulgaria, & quæ alij dixerint; ſed ſubtilia & recondita præſtolabar. Sed quòd noſtra iſtæc tibi ex noſtris nota de plantarum animato ſemine tibi aſſiſcas, & arroges, admiratione non parua nos affecit, nõ quòd hæc leuia curem, & magni æſtimen, abſit, ſed quòd vnde & à quo maximo maxima expectantur partim leuia emergant, partim aliena ſcribantur non reſpondent ex dictis vt patet, & in alijs in lucem à nobis in ſecunda parte in Lydio Lapide ad Mundinium, & protectorum cateruam, allatis videre eſt. Vt ſicuti animalis ſemen animatum, ac à toto prolabatur, ita plantæ ſemen. Quod plantæ ſemen, plantæ partes actu habet & ſub ſenſum cadẽtes in 2. parte tact. & cont. 27. pag. 55. Quòd plantæ ſemen perfectum omnibus adhuc ſic ignotum non ſolùm animatum ſit, ſed veluti fœtus & embryo in vtero, in ſuo pericarpio ſuas partes actu & ſenſiles habet. cont. 38. p. 57. Quòd ab omni plantæ parte, corticibus nimirum, lignea, ac medullea partibus prolabatur, cont. 18. pag. 42. cont. 31. p. 53. Ex ſem. quo modo radices. cont. 19. pag. 43. De ſemine pulchra & ſimul errata plurima cont. 38. p. 56. Plantarum ſemen perfectum, propriè non eſt ſemen, ſed planta, non ſecus ac fœtus in matris vtero enutritus & auctus. cont. 38. p. 57. Semine ex vno vna ſemper planta, vnum animal. cont. 42. p. 60., quæ ſic raptim breuitatis gratia. Ceterum iam tua obſeruemus, vt veneremur ſubtilia Archiatria.

Si

Digitized by Google

Pariſan. cont. 1. Si plantarum ſemina dum à planta, hoc eſt à ſingulis plantæ partibus, ſeu à plantæ parte, à ramululo ſeparatur & egreditur, non eſt amplius plantę continuus, non igitur erit eadem plantæ anima informatum, ſed alia numero anima, ſicuti re vera eſt, vtique ex ſupra citatis locis, & priuſquam partes ſub aſpectum cadant, quæ tu ignoras: Ergo eo magis conſtabit, quando ſenſui innoteſcunt, tibi tamen adhuc ignota tuo etiam modo accepta, quemadmodum Ariſtoteles, & tu recipitis, & ſunt veluti fœtus & embryo, in animalis materno vtero: ita vt ſemina ſint plantæ aliæ numero à planta producente: & proinde ab Ariſtotele, abs te, & communiter perperam ſemina dicuntur: quoniam ſemen illud eſt, quando ſicuti in, & ex animali effunditur, & egreditur: quum ſcilicet nondum partes & inſtrumenta ſub ſenſum cadentia habet, & deſcendit, ac ſuum in pericarpium demittitur. Quod ex ſupra dictis locis citatis in ſecundæ partis lydio lapide ad Mundinium, & tibi dicta adamuſſim intelliges, ac ſenſu obſeruabis (paucis vt agam) in recentis fabæ teca, pericarpijſque proprijs viridibus leguminũ, exempli gratia ciceris eminẽtiolam (etiam extra pericarpium exiſtentem) caudulam, petiolum, radicem pericarpio ſiliquæ iunctam, non ſecus ac fœtus in vtero vaſis vmbelicalibus, à quibus ſanguinem alimentum ſugit, quo augetur & perficitur: & tamen nec vteri, nec matris pars eſt, nec matris animatur anima, quemadmodum nec plantarum ſemina; ſed ſunt alia anima numero animata, non plantæ partes, ſed aliæ plantæ, in quibus, ſeminibus, inquam, folia, truncum & radices videris ſi diligenter obſeruabis in pini nucleo, &c. radices omnium ſiliquis & pericarpijs viridibus adhærentes & coniunctas obſeruabis legumina ſi plantes, & de radicibus, ac de cæteris plantæ partibus erumpentibus certus fias ex ſenſu à rei natura, ante, & poſt plantationem, vt aliàs diximus in prima parte, in ſecunda poſt explicuimus.

„ Gall. „ tac. 2. Quæ quidem ſententia licet omnibus ferè Medicis, &c.

Dixiſti ferè omnibus Medicis & Philoſophis, & tamen dixiſſes excepto Æmilio *Pariſan. cont. 2.* Pariſano, aut quodam (vt ſupra) Paulo Æmylio, à quo ſurripuiſti, vti ſupra patuit, ſed parũ bellè. Quod tuis ita bellis principijs innixa belliſſima hæc tua ſentẽtia negari nequeat, & quàm feliciter, videamus: dũmodo illud tactum, ferè, non ægrè feras.

Potiſſima igitur principia quibus firmatur, &c. *„Gall. „tac. 3.*

Hæc tua principia non ſolum negamus; ſed tuo etiam modo ſic accepta, *Pariſan. cont. 3.* nulla prorſus eſſe dicimus: & quod neutiquam ſic accepta eſſentialiter diſtinguantur: cum vtraque animata ſint; tum vlteriùs à toto, ac ab omnibus generantis partibus producantur & dimanent, vt ſatis ſuperque dictis in locis patet. Et vlteriùs inficiamur, vtraque eſſe ſeminalia principia: ſed animata ſemina, & animantia hęc: illa animalia iam probata pluribus ijſdem nunc confirmamus.

Deinde, quòd ſatis ſit plantis vnum ſeſe propagandi, &c. *„Gall. „tac. 4.*

Hoc proinde & pariter ſenſus, & experimentum, vt falſum reprobant: quoniam *Pariſan. cont. 4.* licet à natura id factu verum ſit: ex arte nihilominus (quod tu inſeris & addis) falſum eſt: quoniam plantæ per partium & germinum ſeparatorum in plantationem, & per inſertionem, atque ſeminum animatorum productionem non vnus ſeſe propagandi modus ſit, ſed plures ſi ſenſato experimento ſtandum eſt: quod & in animalibus, quo ad inſertionem attinet; Vt de Curtis, Itali Medici docent, & reparãt, obtruncatum naſum inſtaurantes: & galli calcar criſtę apponẽtes cornu conſtituunt.

Tum præterea, quòd anima plantæ ita parum diſtinguatur, &c. *„Gall. „tac. 5.*

Hoc nihil refert, nihilque ad rem: quia *Pariſan. cont. 5.* ob imperfectionem ſecũdum magis & minus, prout plus, minuſue alimenti in ſe ſe continent: vnde quædam citiùs areſcunt, roſarũ rami, amygdali, quercus, vlmi, &c. Adde quòd imperfectorum quorundam etiam animalium ſpecies huiuſce cenſus etiam ſunt: quemadmodum ſerpentes, gliri, chocleæ, & huiuſmodi alia etiam progreſſiua diu abſque alimento conſeruantur vti quinetiam de hominibus miras hiſtorias

Digitized by Google

ſtorias miſſas faciam. Sed quid tum?

Gall. tac.6. „ Ac tandem quia ſemina plãtarum, &c.

Pariſan. cont.6. Hoc falſiſſimum, quoniam plantarum ſemina non ſunt plantæ partes; ſed totum, ſed planta, animata ſuis actu cum partibus plantam conſtituentibus & integrantibus ſub ſenſum cadentibus, radice videlicet (Ariſtoteli cor plantæ) trunco, folijs, & conſequenter ramis quemadmodum expóſuimus. Quid quod Archiatre doctiſſime? hæc à rei natura à ſenſu nobis deſumpta. Tu verò opinionem ſurripuiſti, ſed ſuperficie tenus.

Eſt planta in planta in pericarpio, vt fœtus in vtero ſicuti oſtendimus: quam ob rem, vt fœtus non matris pars; ita ſemen neutiquam plantæ pars nec conſtituens, nec integrans, nec ad pulchritudinem, ad tutelamue, vt folia: Igitur nullo modo veræ plantarum partes ſunt; ſed falſum id omnino: quemadmodum, quòd habeant perfectiorem compoſitionis modum: quoniam plantæ veræ perfectæ partes actu perfectæ ſunt: vnde vireſcunt, luxuriant, flores, fructus, & ſemina producunt: Semen verò adhuc imperfectum augeri debet & prius perfici ad ſtatam molem affluenti alimento, priuſquam talia præſtare queat, & ſecundum ſpeciem augeri & multiplicari. Dum in viridi pericarpio eſt, alimento à pericarpio proximè eget, à pediculo petiolo mediatè ac à ramulo, planta demum. In areſcenti, aut à ſiliqua ſeparatum, niſi plantetur, & donec plantetur ſemper imperfectum, & proinde ad actum ſecundum & propria opera deſcendere nequit. Eapropter Gallego perfectiorem compoſitionis modum in ordinem ad conſeruationem animæ, quã plantæ partes obtineant non video: quoniam ſemina non habent conſeruare animam; ſed ſeminum anima, quæ dat eſſe rei & actiones ſemina conſeruare, augere & perficere ſuo medio inſito calido, & alimento debet, ſi ſanus ſum. Hinc vt plantetur opus eſt, aut humido aëre exponatur: cuius alimento nutriri, augeri, radiceſque promere videbis; Vt Caprificus & plantæ muris infixæ adnatæ non ab aridis lapidibus per radices alimentum, (quicquid de radice plantæ corde, Ariſtoteles dicat) ſed ab aëre humidum ſibi alimentum trahunt ad vitam, tametſi ob eius penuriam & paucitatem fructus progignere non valeant.

In primis igitur cum certiſſimum ſit. „*Gall.*

Certiſſimum profectò eſt, Naturam nec ſuperfluam, nec diminutam fore vnquam; ſed pro ſui ſapientia à ſe creata conſeruari voluit, alijs & diuerſis tamen medijs. Hinc plantarum aliæ ſementiferæ ſemine creſcunt & multiplicantur: Per ſurculos & ramos aliæ: aliæ per radices: aliæ per bulbos ſecundum omnes ſui partes, iuxta dictum Dei præceptum: quemadmodum animalia perfecta per propagationem: miſſa interim plantarum inſertione, quæ non Naturæ, ſed artis & hominum eſt inuentum, (à natura tamen amplexatum) Vt vnicus dumtaxat cuiuſque viuentis procreationis modus ſit: multiplex pro multiplici viuentium natura, & multiplicibus perfectionis gradibus. Propterea hæ ſementiferæ, reliquæ talem ob defectum infelices plantæ dicuntur. Vt ex ſenſu ipſo ſemina animata ſint, & plantæ extent: (quicquid Ariſtoteles, Theophraſtus, & ex libro nautæ dicant) non autem ex ſemine naſcantur. Et ſic etiam omnia à toto, non ſolùm ſemina, vt probauimus, ſed etiã ſurculi, rami, bulbi, & quæ à radicibus emergũt: quia à parte, quæ omnes totius plantæ, & arboris partes continet & poſſidet: Videlicet cortices, ligneamque partem, atque medullam (in habentibus) interiori intimiorique ſui parte duriori & denſiori, vt truncus, & rami craſſi gerunt & repræſentant. „*tac.7.* *Pariſan. cont.7.*

Credendum eſt igitur modum producendi, &c. „*Gall.* „*tac.8.*

Pariſan. cont.8. Hìc tibi Archiatre doctiſſime, vt vbique, aqua hæret, & quid tibi velis, ni fallor ignoras. Etenim in tactu ſexto, plantæ ſemen tibi perfectum (de quo loquimur in ſuo pericarpio nobis Planta) eſt vera plantæ pars, vt ceteræ eiuſdem plantæ partes rami: Sed quum ſemen hoc tibi etiam animatum & plantæ vera pars, quum ſit extra plantam: quoniam nec ramo, nec ramululo immediatè continuum, coniunctumue; ſed mediatè, medio ſcilicet pediculo petiolo ramululo iuncto: qui petiolus

Digitized by Google

lus nec ramiculi quin etiam pars eſt; quia non de illius eſſentia: quoniam in ſeminis gratiam productus, vt vas vmbelicale fętus ad admittendum & portandum alimentum ſemini nutriendo, augendo, perficiendo, quod inficiari non audebis. Igitur quum principio ſit quid extra plātam, non ramus, nec alia plantæ ſimplex pars, cortex, lignea, medulleaque pars; ſed quid muccoſum initio, vt in amygdalæ capſula pericarpio videre eſt: Ergo ſi animatum, in capſulam in pericarpium animatum deſcendit, ſemen ſuccus ille ab omnibus ramululi partibus prouenit: & ita ſemen animatum à toto: quia ſemen in ſuo pericarpio auctum & perfectum, omnes plantæ partes actu, & ſub ſenſum cadentes gerit: & ſic omnino inuitus & coactus noſtram in ſententiam recantando pedibus venis, ſi ſanus ſum. Itaque ſana noſtra ſententia non inſana vt perperam principio parum cautus perituſque iactaſti. Secus non ſicco ſit pede magnum & vaſtum gurgitem tranaſſes; ſed ſubtiliori Minerua oſtendendum & declarandum tibi fuit, quo nam pacto plantę anima in ſemen deſcendat, extendaturque extra ramum: quo modo ſemen extra plātam, prius alimentum, ſemen, muccus animetur, viuat, augeatur, perficiatur, & omnes plantæ partes obtineat, & verè planta ſit etiam in pericarpio radice predita. Hæc à natura rei, non ex libro Gallego: & proinde non ſtultum ratiocinium, ſed par & ſanius eloquium, ſi noſtri ac ſapis.

Quam ob rem ſemen non eſt pars plātæ; ſi à partium enumeratione diſcurras; ſed eſt planta, inquam, etiam cum radice priuſquam plantetur, qua, plantæ partes prædita non ſunt.

Adde quòd veræ plantæ partes compoſitæ & perfectæ, quales non ſunt folia, non extra partes, non ſeparantur à toto, nec cadunt, vt ſemen & fructus.

Hinc intelliges Naturæ ſapientiam, tibi vt video & experior ignotam. Quòd Natura in perfectioribus ſemen procreat, vt in animalibus, non autem ramorum abſciſſionem & plantationem parat, quod non Natura, ſed ars docuit, ſi noſti: minimè in perfectis. Quocirca perperam ex Hiſpanijs in Indiam amygdalæ, (vt ais) nucis, auelanæ, caſtaneæ, perſici, pini, cupreſſi, &c. ramos deferendos, & plantandos curabis, quoniam etiam illico plantati moriuntur, ſed ſemina mittis. Imperfectarum verò plantarum, ſemen non producentium ſurculos poteris, & ex ſententia cadet. Dices Vitis, &c. ſemen gignūt, & ſurculi plantati viuunt. Fateor id verum fore, ſed ſemina ſpuria obſeruabis, vt ficus, &c.

Quam ob rem plantæ producendi modus hic ex ſemine diſtinctus omnino eſt ab aliarū plantæ partium implantatione, tum quia perfectus à Natura: tum ex parte ſui: quia perfectus modus perfectæ plantæ ſementiferæ, & perfecti & abſoluti operis eiuſdem partis, atque eiuſdem plantæ abſque læſione: contra germinis, ſurculi, ſtolonis rami implantatione: qui modus non eſt à natura, ſed ab arte: quoniam cum partis læſione, ex auulſione, inciſione: quia ex ſui parte imperfectus: quoniam radice caret, & per aliquot dies prius quàm radices emittat patitur, quia non nutritur, & deinceps non augetur. Contra ſemen, illico ferè alitur, & augetur, ſi noſti, vt omnes norunt.

Eam verò, quæ medio ſemine fit, eſſe per &c. ,,Gall. ,,tac.9. Pariſan. cont.9.

Ergo quum eadem ratio ſeminis plantæ ac animalis, ſit ab accidentali (arbitratu tuo) virtute ab ipſo arbore in ſemine relicta, operanteque tamquam inſtrumento eiuſdem generantis: ſic ab animali re fictitium erit: quum tamen ambo verè in vero vtero, in quem animata deſcendunt, nutriuntur, augentur, & perficiuntur.

Ea propter tuis ex hiſce ficititijs euentibus, quum ſemen nequaquam arboris plantæ pars ſit, quum nec ſeminis in pericarpio productio vllo modo fiat ab accidentali relicta ab ipſa arbore in ſemine virtute, ab ipſa ſeminis anima in planta, & à qualubet plantę parte, à corticibus, lignea, & medullea parte in habentibus, ſic aduerſus Mundinium & ſequaces Lydio in lapide oſtendimus, fiet, in pericarpio deinde (vt animalis ſemen in vtero) enutritum, au-

auctum & perfectum erit, vt ſæpius diximus,& rectè ratiocinati ſumus,luce vt clarius eſt: vtque hiſce ex lucidis,quas in tenebras, atque in ſirtes tuis fictitijs te agas experiaris, experectus recantaueris.

Gall. „ ta.10.„ Quapropter dicendum eſt,in ſemine ſeparato à planta, &c.

Pariſan. cont.10. Tu Gallego non intelligis Naturæ ciſram,& ſecretum,quia ſemper ex libro nauigas. Anima plantæ vna eſt actu ſemper,& nũquam plures,nec potentia,quicquid Ariſtoteles dicat: quoniam ſi germen,& ramum à planta ſepares, id nunquam à natura,quam lædes; ſed à violentia,& arte: ſeminis autem portio in planta alimentum, ſimulatque ſemen euadit, alia numero è veſtigio planta fit ſuo in pericarpio, non ſecus ac animalis ſemen ſuo in vtero, cuius non eſt pars, nec ab ipſo animã recipit, quemadmodum nec fœtus in vtero, vt, inquam, tecum erimus,& bibere dabimus.

Sat ſcio Archiatre doctiſſime,vt omnes norunt ex hypotheſi, quòd ſemini animato à planta ſeparato, vt omnibus plantæ partibus à planta ſeparatis eodem modo animam actu manere:quis dubitat? Nullam in terra, in ſemine, & ex ſemine procreationem fieri noſtra eſt ſententia iamdiu in apertum prolata & probata: quoniam à toto & ſingulaquaque plantæ parte totius, totius ſemper intellige, eſſe recipit: quia in pericarpio nutritum,perfectũ, ac etiam radice præditum: è terra poſtmodum emergit,&c. Quod Ariſtotelis autoritate potentiam addas,vtpote ex libro nauta, iam diximus, vanitatem fore: quia fruſtra eſt potentia,quæ non reducitur ad actum: immo quæ reduci neutiquam poteſt à Natura; quando ſurculum germen diuidere, ramum ſeparare, partemque ſibi continuam reſcindere à ſe ſe, à toto nequit,quod hominis & artis eſt,non Naturæ opus. Cuius eſt quidem in omnibus, & omnes ſecundum partes creſcere, & multiplicari; vt in gramine, menta, & in huiuſmodi alijs per bulbos, per germina, &c. quæ tamen quia continua, quà talia vna ſunt planta ſemper,quoniam vna ſunt animata perpetuò anima.

Quamuis autem in omnibus plantæ partibus ſeparatis poſſit conſeruari eiuſdem plantæ anima, &c. „ Gall. „ ta.11.

Non quia perfectius & compactius ſemen plantæ ramo, quod falſiſſimum eſt; quoniam ramus actu perfectus,& actu immediatè operatur, vt perfectus folia, flores, fructus,& ſemen producit, nequaquã ſemen: quoniam ſemen ore facile diuidatur, plantæ ramus ligneus vix ferro. Sed ideo diutius ſemen ſeruatur,quia paruum, quia plurimum alimenti in vtero in pericarpio, & perfecti, ante ſui ab eo ſeparationem, Naturæ conſilio accepit, non pro ſui alimento; ſed pro ſui vita. quia calidi innati principiò plurimum obtinet, ſicuti animalium fœtus. quoniam in minimo ſphærico virtus vnita fortior. Abſciſſus verò ramus, vtpotè qui trunco vnitus & breui ac continuò alimentum ab ipſo (vt ille à radice) trahit & apponit, & quippè qui magnus & maximus ſeminis reſpectu, breui contentum in poris alimentum abſumit: vnde facilè deficit & emoritur, potiſſimum ſementiferarum plãtarum. Contra infelicium plantarum: quia craſſioris & humidioris ſubſtantiæ,& alimẽti, quod in ſemen non effunduat, vt ſementiferæ, quæ propterea ſæpe ſæpius ob fructuum & ſeminum copiam areſcunt, vt experientia docet. Pariſan. cont.11.

Eſt namque ſemen potiſſimus finis, quem reſpicit anima, &c. „Gall. „tac.12

Tu Gallego nec artis, nec artificis præcepta tenes, tua pace dixerim. Non Artis,quoniam magnus artifex Galenus (ad animæ finem quod attinet) dum de ea & officiali membro loquitur: docet ipſum ſibi alimentum trahere; ſed quia fame laborat, plus attrahit, quàm opus habeat, non quia alijs conſulere velit, quod intellectus opes foret, inquit, & tu dixiſſes. Pariſan, cont.12

Non Artificis,qui à proprio iudicio, ex natura rei, loco,tempore, ac diſcurſu præcepta deſumere habet. Et ſic hic,& nunc intelligere, quod nam eſt animæ plantæ potiſſimus finis ſemen producere: neque quin etiam teſtium,niſi ſibi, eo minus animalis, quod libidine mouetur ad coitum, non ad generandum, ad conſeruandam ſpe-

ſpeciem, quod non nouit. Sed hoc vniuerſale Naturæ opus, & intentus eſt ad creata conſeruanda Dei iuxta præceptū, Creſcite & multiplicamini, vt ſupradiximus: quæ plantæ anima non nouit: tantum abeſt, quod in hominis gratiam fructus & ſemen producat: quemadmodum nec brutum; (vtinam non ſic pars hominum) ſed vniuerſalis Naturæ inſtinctu & fine.

Gall. „ *tac.13.* „ Et non eſt mirum, quòd forma plantæ conſeruetur, &c.

Pariſan. cont.13. Et nobis craſſioris Mineruæ mirū profectò eſt, quòd plantæ forma in qualubet ſui ſeparata parte conſeruetur, puta in folio, & fructu, quæ plantæ partes ſunt; ſed hoc in ſequenti contactu dilucidius.

Sed magis mirum nobis, nobis, inquā, craſſioris Mineruæ: quòd Vegetalis anima, gradus vegetatiuus ſit veluti carcer, potiſſimum quia principium totius vitæ, eſſe viuentis, vitæ augumētum, perfectio, & conſeruatio, ac ab alijs ſuperioribus, gradibus nimirum ſentientis, & intelligentis independens. Etſi melius eſſe, vitæ, actionumque pulcherrimarum plantarum principium, & cauſa, vnde mirabilia colliguntur: tum ex ſui ipſarum parte: tum vniuerſalis Naturę: tum ad animalium & hominum vitam: ac quin etiam & maximam ſpeculationem, non ſine eiuſdem admiratione, & Naturæ maxima laude: Non video inquam, quo nam pacto tibi Archiatre carcer ſit: quando nobis è carcere ſit egreſſus, & perfectus eſſe à carceris imperfectione, & non eſſe, ad perfectius eſſe, ad Vitam. Vnde non parum à non viuentibus, ſed maximè, diſtant: quia differunt pluſquam genere.

Et licet quæ nouiter viuunt parum habeant ex perfectè viuentibus: ſi in eadem ſpecie intelligas, falleris: quoniam, id ex parte noſtri accidit, maximè tui: quoniam eorum operatio, augumentum, & perfectio, ſub ſenſum vix: aut ne vix quidem cadunt: Vnde Ariſtoteles & Peripatetici, ſemen anima deſtitutum exiſtimarūt, quod nos in prima parte confutauimus, vt tu ſcis. Et tibi ſupradiximus ſemina partes actu habere, quod tu neſcis: propterea parum à non viuentibus diſtare ſcripſiſti. Vt perperam hîc addis, quòd plantæ multa obtinent ex ijs, quæ non viuunt. Aſt ſubtilia nos hæc tua neſcimus non dico multa, ſed ne vnum quidem: quoniam plantæ, plantæque partes omnes nobis viuunt, agunt, augentur, & multiplicantur.

Vnde forma Plantæ in modo ſe conſeruandi, &c. „ *Gall.* „ *tac.14*

Nec Artis, nec Artificis, dico, præcepta tenes Archiatre: Hinc falſa vbique profers, quando ab eſſe ad viuere tranſis & argumentaris, ab homogeneo ad hetherogeneum migras. Siquidem Argentum corpus eſt ſimilare homogeneum & eiuſdem rationis. Planta corpus diſſimilare etherogeneumque non eiuſdem rationis, ſicuti etiam eius partes: ramus, truncus, radix, ex corticibus, lignea, & medullea parte (radice excepta dictas alibi ob cauſas) conſtantes. Quam ob rem verum & certum eſt Archiatre, argentum in plures partes, ac etiam minimas diuiſum, ſemper in omnibus ſua forma ſeruatur. Cur? quia corpus homogeneum, ſimilare, eiuſdem rationis. Non ſic Gallego planta, quoniam plantæ folium, flos, cortices, lignea, medullaeque partes, aliæ ab alijs omnino, quæ ſimul eadem forma gaudēt, & plantam, animans conſtituunt, nequaquam ſeparatæ, eadem præditæ, viuuntque, ſed vita deſtitutæ omnes. Vnde ſi folium, florem, cortices, ligneam, medulleamque partes ab inuicem ſeparatas plantes, nequaquam viuent; tantum abeſt nouam producant plantam. Immo vlteriùs tibi dico, ſi infelicis plante diuiſam in partes truncum, radices, ramos, in partes diuiſos, inquam, plantes, nequaquam viuent; ſed vt ſic diuiſi emoriuntur, ita plantati, vt mortui argenti vitam tibi agent. Quamobrem exemplum non Archiatriū, ſed nimis vulgare tua pace dixerim. *Pariſan. cont.14.*

Eſt etenim in natura planta ipſa, &c. „ *Gall.* „ *tac.15.*

Ita pariter cetera, quod grauiſſimum: quando planta non ſolùm certum magnitudinis augumētum ſupra inanimata obtinet, ſed alimenti germanam attractionem, retentionem, concoctionem, & excrementorum expulſionem obtinet. Præterea ſtatis temporibus præter incremētum *Pariſan. cont.16.*

vire-

vireſcunt, luxuriant, florent, alias partes producunt, & ſemine, vel alijs modis, vt diximus multiplicantur, non ſecus ac animalia.

Exemplum ex lacertis, quod addis, non eſt ad rem: quoniam hæccc ex craſſis ſpiritibus in cauda, extrema, & frigidiori parte morantibus parumper mouentur; ſed ſi lacerti pedem, cruremue obtrunces id non obſeruabis: quocirca nimis vulgaris Archiater mihi videris, ne deuius, dicam.

Gall. ta. 16. Pariſan. cont. 16. „ An verò formæ dictorum animalium quanto ſunt plantarum formis perfectiores, &c.

Aſt ſi te auium dixerim, quid tum? Quo modo animalium partium animas inſeparatis partibus conſeruari vis, quum à vitę, & alimenti fontibus ſeparatæ ſint partes? Et quomodo vis animalium animas per nutritionem reproduci? quaſi prius nutritione producantur ſi ſubtiliter agamus, & animationis modum inueſtigemus. At quæſo te, quo nam etiam pacto plantarum partes abſciſſæ à planta ſeparatæ (quod addis) reproducuntur? Nobis quidem per nutritionem conſeruantur, augentur: reproduci autem neſcimus, niſi nos doceas.

Gall. ta. 17. Pariſan. cont. 17. „ Nec mirum eſt, quod animæ plãtarum in partibus ſeparatis, &c.

Mirum ſanè non eſt, quoniam plantarum partes, quarum augeri, & ſibi ſimile procreare eſt, à planta ſeparatæ non luxuriant, non florent, non creſcunt; ſed contento in partibus alimento, & pauco ab humido aëre recepto (vt muris infixis adnatis & viuentibus plantis à radice parum aut nihil excipientibus, obſeruare & colligere eſt) ad vitam tantummodo faciente, aliquandiu contẽtæ ſunt. Serpentes verò, cochleę, glires &c. frigidiſſima animalia plurimo in ſeſe prius collecto craſſo viſcidoque alimento hyemali in tempore ob debilem ſui calorem ad vitã faciente duntaxat contenta ſunt.

Gall. tac. 18. Pariſan. cont. 18. „ Quod autem ſemina & fructus verè ſint plantarum partes, &c.

Quum Ariſtoteles expreſsè aſſerat, & docet, ſemen & fructus animam potentia habere, vt aliàs oſtendimus, & tu faſſus es: non video quomodo ex eius mente, nec vbi dicat, aſſeras plantæ partes eſſe, & proinde viuere & augeri eadem plantæ anima; quod nos non recipimus. Quoniam nec Ariſtotelis, nec Theophraſti ex libris nauigemus, vt tu; ſed Naturæ tantùm libro ſtemus, vt ſenſu conſtat, & vlteriùs probabitur, & pateſcet.

Ex quo fit vt folia, & cortices, & fructus, &c. „ Gall. ta. 19. Pariſan. cont. 19.

Ego ſanè ſtupeo Archiatrum hæc aſſerere. Quo nam amabo te modo plantę partes iſtæ tibi animatæ & contiguæ? quo pacto tibi contiguę eadem ſi animantur anima? quoniam ſi contiguæ, non continuæ, & anima niſi continua animat: ſecus tibi eodem in ſubiecto plures animæ contiguę reſpectu contiguarum animatarum partium. An ignoras tu Gallego, quod aromatarij & coqui etiam norunt à corticibus ad ligneam plantarum partem corpuſcula tranſire, & è contra, & inibi coniungi, diſpergi, & continuari? An neſcis tu, quod ijdem cortices numero à plantæ & arboris radicibus ad ſumma earumdem cacumina continuantur, ſicuti & lignea pars? An non noſti venas & arterias in carnes, in ſpermaticas omnes partes, mẽbranas, cutim, atque etiam oſſa permeare, ac in omnibus diſpergi? An Artis & Artificis hæc præcepta non tenes, neruos in cutim, membranas, tendines &c. diſpergi, & quod, totius Conſenſus vnus, Conſpiratio vna? Secus quo modo purgabis tu corpora, deriuabis, reuelles, & a quaque parte euacuabis? Quî artis, & artificis munera præſtabis iſtæc ſi contigua? Folium eſt pars plantæ, quoniam à cortice (aliàs Mundinio explicuimus) progignitur, & ei continuatur. Cortices ſunt partes totam plantum amplexantes, vt cutis ad vnguem totũ animal. Fructus non verè plantæ pars, quoniam extra plantam (præterquàm quòd, eam non conſtituit, non integrat, non iuuat) factus in ſeminis gratiã; plantæ tamen continuus per petiolum ramulo adhærentem, & continuum, vti in pyro, pomo, citro, &c. videre eſt: propterea ad tempus, in arboris prægnatione, vt vteri vmbelicalia vaſa in animali: quando ambo proles à toto prolata; Vt ſic à natu-

ra

Digitized by Google

ra rei, & ſenſu diſcurrendum ſit, non iure cerbellottico, & ſuperficie tenuis ex autoritate, toto vt cœlo aberres.

Gall. tac.20. „ Vt accidit fructibus, ſeminibus, folijs, „ & corticibus, quæ eadem plantæ numero anima augentur, &c.

Pariſan. cont.20. Semina repplico Gallego, non augentur, immo nec trahunt, nec retinent, nec concoquunt, minimèque nutriuntur eadem numero anima, qua planta: quod nimis craſſa mineruа perſuadere contendis; ſed propria ſui anima alia numero à planta: licet a planta alimentum recipiat, non ſecus, ac vt diximus, in vtero fœtus, qui non matris anima nutritur, & augetur; ſed propria & alia numero: Ita plantæ ſemen in ſuo pericarpio medio vmbelicali ſuo vaſe, radice, inquam, Gallego ſiliquæ pericarpio iuncta, ſi ſenſui fidem adhibeas, vt certò ex oculata fide tibi mōſtrauimus.

Gall. tac.21. „ Quum igitur ſemina veriſſimæ ſint plantarum partes, &c.

Pariſan. cont.21. De ſeminis vita, deque anima cum plantæ partibus comparatio, nimis craſſa Mineruа probata, vt ſatis ſuperque ex dictis patet, & præterea falſiſſima tuarum iuſtar omnium: quoniam ramus eſt planta, quatenus totam plantam in ſe ſe continet: Vnde ſi de genere & ſpecie infelicium ſit, non ſementiferarum ſcilicet, diuiſus & plantatus remanet planta: non ſic ſementiferæ plantæ ramus, amygdali, nucis, pini, cupreſſi, &c. quia emoritur, quoniam Natura vnum creſcendi & multiplicandi modum cuique ſpeciei conceſſit, ac indiuiduo. Idem ramus diuiſus eſt ſic planta, & in planta ſemper pars plantam conſtituens cum alijs, & integrans: quia ſemper cum planta ramus vnitus, iunctus, & immediatè continuus ſecūdum omnes ſui partes: cortices corticibus: lignea ligneæ parti, medulla medulleæ trunci parti, ita vt (hoc opus, hic tibi labor) vnum ſit cum tota planta: Hoc idem ſimiliter dixerim de folio; etſi id vel ornamento, vel ad floris & fructus tutelam fabricatum; quia continuum eſt parti, à qua ortum duxit, vt aliàs Mundinio monſtrauimus.

Aſt Gallego tuum ſemen quo modo naſcitur: quo modo animatur: vt quid extra plantam non conſtituens, non integrans illam, iunctum tantummodo plantæ per vas vmbelicale radice ſuo pericarpio matrici: vt fœtus adamuſſim nullis exceptis vtero per vaſa vmbelicalia, partes non vteri, non plantæ; ſed ſolummodò ad tempus, vt non vteri, non pericarpij, quemadmodum nec vteri, minimèque plantæ & matris continuum, & pars.

Hæc tibi afferenda, declaranda, dilucidanda, excutiendaque ſunt, quæ à nobis tacta noſtro de ſemine, cum animalis, tū plantę ſubodorari noluiſti quoniam ſuperficie tenus vagaris: quod non docentis, minimè ſcribentis, nequaquam Archiatri muneris eſt, vt liberè & philoſophi more loquar.

Ex dictis ſatis euidenter conſtat, ſemina plantarum, &c. „ *Gall. tac.22.*

Vt ex dictis ſatis ſuperque euidenter conſtat, tua hactenus & iam prolata falſa eſſe omnia; ita pariter & adamuſſim falſiſſimam hanc eſſe concluſionem liquet: plantarum videlicet ſemina ab animalium ſeminibus differre: tum quo ad plantæ ſemen, quod plantę pars ſit, & quòd plantæ anima viuat: quę erronea tum de vtriuſque ſeminis animalis, & plantæ animationis modo, tibi ignoto: tum de vtriuſque à toto animali, à tota planta prouentu, tibi ignotiſſimo & incomprehenſibiliſſimo: ſicuti ex primæ partis primi libri vigeſimo capite patet: quodque aduerſus Ariſtotelem probauimus, Mundinio confirmauimus in Pari & San. Iudicio: ac demū contra eundem & ſequacium cateruam ſuſtinuimus, ſignauimuſque in Lydio lapide ſecundę partis: quę tibi glorioſo Duci adamuſſim dicta ſunto. *Pariſan. cont.22.*

Primum, quod affers diſcrimen, falſum oſtendimus: quoniam vtrunque ſemen eadē initio generātium anima animatur, ab omnibus totius, inquam, partibus animatur & prouenit: ac demum vtrunque in vterum in pericarpium) nō in planta, plantęue partibus) deſcenſum nutritur, augetur medio alimento à progignente, vmbeli-

belicalibus ductibus & radice tracto, ſicuti ſenſui pateſcit: & tunc, quando hęc ſub aſpectum cadunt, ſunt conceptus, fœtus, non autem ſemen communiter acceptum, Ariſtoteli, Theophraſto, & tibi Gallego ignotum: quòd eſt planta in vtero, pericarpio.

Aſt quod ſemen plantæ vnius, ſit quid totum & perfectum in ſua natura, omne, ad verum talem cōceptum includens, verum eſt; ſed nihil ad rem Gallego: quoniam id ex ſui imperfectione contingit, ſicuti, & plantanimalibus, & cæteris imperfectis.

Verùm perfectis in animalibus ob ſexus & ſimilitudines eorum, maris & fœminæ coitus requiritur: & ob ſexum & ſimilitudines conſeruandas, augendamque prolem: Propterea maris & fœminæ ſemina requiruntur, ac poſt menſtruum. Sed quid tum? quid inquam ad rem tuā?

Non proinde plantæ ſemen plantæ pars eſt: non illius anima animatur, viuit, augetur; ſed ſecus vt oſtenſum eſt. Quemadmodum quòd vtrumque ſemen, plantæ, & animalis eodem modo in ſemineis partibus omnibus animetur, ac à toto ſpermatico corpore, à totà planta proueniat, quo modo aliàs nec ſemel explicuimus: atque vtrumque in ſuo vtero à propria ſua anima nutriatur, augeatur ſuis medijs dictis vmbelicalibus vaſis vlla abſque eſſentiali mutatione perficiatur.

Quod autem alterum, plantæ ab vno indiuiduo: Alterum à duobus, mare & fœmina, quid refert, quid variat? Et ita vtrumque ſemen à cunctis ſemineis prouenit prolabiturque: à ſemineis omnibus animatur: à ſemineis nutritur: in proprio vtero conſeruatur: à proprijs vmbilicalibus alimentum ſubminiſtratur ad perfectum vſque ſtatum; Vt artis omnino ſit vtriuſque talia vera, & eſſe eadem principia, & procreationis & conſeruationis loca, & modos inueſtigare, & aſſequi, ſi Archiatro placet.

Quibus ſic ſeſe habentibus ex ſenſata fide receptis, de Vtroque plantæ & animalis ſemine hîc & ſupra cap. 20. primi ſui libri Archiater palinodiam canet, & ſimul experietur, Vtra noſtrarum de ſemine Opinio abſurdiſſima extet. Vterque Noſtri arrogans ſit.

Vtrum oua animata excludantur à matribus. Gallego. *Gallego lib. 2. ca. 10. pag. 484.*

TEmpus iam eſt, vt deueniamus ad difficiliorem de ouorum natura quæſtionem, vt ſcilicet inquiramus, an oua à gallinis, verbi gratia, animata, an inanimata exeant; quod ſi animam habeant, an ipſam recipiant galli beneficio, an ſolius gallinæ, an vtriuſque.

In primis igitur aperta Ariſtotel. & aliorum, qui tenent ſemen eſſe inanimatum, ſententia eſt, quòd oua nullo modo exeant animata, ſed poſtea extra ipſam gallinam animam recipere dicunt à virtute deſcendente in ſemine galli, Eodem etiam modo fatentur inanimata eſſe omnes autores, qui dicunt fœtum animari, non ſolum à virtute ſeminis maſculini, ſed etiam à virtute ſeminis fœminini: iſti tamen omnes animam recipere oua extra matrem à virtute duorum ſeminum adiuncta externo conueniente calore dicunt: qui omnes ſuas ſententias confirmant ijſdem rationibus, quibus probant omnes conceptus animari à generantibus mediante virtute derelicta in ſemine. Ij verò omnes qui ſemen animam habere dixerunt, neceſſariò fateri tenentur oua, quæ ſubuentanea non ſunt, animam actu habere. Quod verò oua ſubuentanea intra matris viſcera anima vegetatiua ſint prædita, ſuperius ex Ariſtotele diximus, & poſtea iterum repetemus. *Opinio eorū qui oua inanimata aſſerunt.* *Quib. rationibus innixa.* *Alij animata ſubſtinēt.*

1 * Quamuis autem noſtra ſententia ſit ab his omnibus diſtincta, & multis prima facie paradoxa videatur: ita tamen ipſam probare conabimur, vt valde reddatur probabilis. * Aſſerimus igitur ouum animam pulli recipere ab anima matris mediante totius vteri natura. Noſtra itaque concluſio eſt animam pulli ex poteſtate alicu- 2 *Authoris ſentētia de oui anima.*

alicuius partis oui à facultate generatrice in vtero exiſtente, tanquam in proprio organo, educi: extra vterum vero, vbi debitum habuerit inſtrumentum, perfici, non aliter, ac plantarum animas à plantis generari in ſeminibus diximus; poſtea vero perfici.

Probatur. Vt hanc ſententiam probare poſſumus, aduertere oportet merito Ariſt. 2. *de gen. anim. cap.* 1. laudaſſe naturam, quòd non vnicum animationis, & formationis omnibus viuentibus communiſſimum reliquiſſet modum, ſed miram quandam varietatem generandi, & formandi viuentia inſtituit ſecundum maiorem, vel minorem eorundum perfectionem, vel imperfectionem, vt in varijs rerum dignitatibus, gradibuſque, quoad fieri poterat, vna ſeruaretur iuſtitiæ qualitas. Perfectiſſimum omnium genus viuentium, non ſolum viuum, ſed perfectiſſime formatum parit fœtum, vt homo: imperfectiſſimum verò omnium viuum etiam parit, cæterum, non ſolũ inarticulatum, ſed inculta, fereque elementali materia eius vita ſubmerſa; quale viuentium genus eſt plãta. Reliqua verò viuentium genera magis, vel minus ad vnũ, vel alterum extremũ accedunt, prout maior, vel minor fuerit eorumdem vitæ per-
3 fectio. * Vnde cum oua multo maiorem habeant ſimilitudinem cum conceptibus plantarum, cum ſeminibus ſcilicet, quàm cum conceptibus humanis, nõ mirum eſt, ſi in modo generationis, & formationis magis aſſimilentur ſeminibus, quã huma-
4 nis conceptibus. * Quemadmodum igitur ſemina plantarum, quia ex parte materiæ omnia requiſita habent ad receptionem, & conſeruationem animę, inarticulataque ſeparantur à planta, & poſtea in loco conueniẽte ipſa anima per nutritionẽ perficitur: * ſic oua perfecta, quia integram habent perfectãque materiã, recipiunt à matre animam eiuſdem ſpeciei: vnde talia o-
5 ua, licet inarticulata, viua tamen exeunt à matre, eo modo, quo ſeparantur ſemina: materia tamen, in qua recipitur pulli anima, multo perfectius eſt elaborata, quam materia, in qua recipitur forma plantæ.

Animæ plantarum, cũ ouis in receptione animæ in quo conueniat.

6 * Quod autem inſtitutũ naturæ ſit animare oua, vt animantur ſemina plantarũ, patet ex eo, quod eodẽ modo oua ſunt cõceptus, ac ſunt conceptus partes plantarũ ſeparatæ, & ij, qui in vteris perfectorũ animalium inueniuntur. Sunt etenim conceptus materiales quædã portiones ad animæ receptionẽ in vnoquoque viuentium genere diſpoſitæ. * Cũ igitur ideo in vteri 7
cauitate viuiparorũ animalium fiant conceptus, hoc eſt fiat vna completa materia fętus ex variarum materiarum mixtione, vt animentur: ſic etiam credere oportet, ideo naturã accumulaſſe in vteris ouiparorum ſufficientem materiam pulli, vt ibidem à matre ipſa animetur. Nam, vt poſtea probabimus, ſolæ fœminæ, ad ſubſtantialem generationem concurrere poſſunt.

Cõceptus ad quid ordinatur.

* Sed nunc, quod ouiparę fęminę habeãt 8
vim animandi, cõſtat in primis ex illis animalibus, quę, vt plantę, ſexu nõ diſtinguuntur. Nam cum omnia indiuidua talis ſpeciei ſint fęminæ, certũ eſt ipſas habere virtutem animandi ſuos fętus, cum nõ ſit alia cauſa creata, à qua animentur. * Idem e- 9
tiam patet in ijs animalibus, quorũ conceptus ſunt oua, formatos tamen pariunt fętus, qualis eſt vipera. * Nam cum, vt poſtea probabimus, ſemen maſculinum nul-
lo modo poſſit ferre virtutem generatricẽ, 10
neceſſario fatendum eſt, viperas fœminas vim habere animandi ſuos conceptus: ſua ſcilicet oua. Quod quidem concedendum etiam eſt de reliquis ouiparis.

Vipera quomodo viuũ pariat fętum.

* Tum præterea, vt ſuperius dicere inci- 11
piebamus, ex ſententia Ariſt. vim habent aues fęminæ ſua oua informãdi, nulla interueniente maſculi actione. Nã Ariſt. 2. *de gen. an. c.* 4. agens de ouis ſubuentaneis, inquit: *quonam modo oua eorũ dicuntur viuere? neque enim ita, ut oua fęcunda poſſũt. Sic etenim actu animatũ ex ijs efficeretur. Neque ita ſe habent iſta, vt lignum, aut lapis: quippe quæ corruptione aliqua pereant, quæ vitam quodammodo participarent*, &c. Quibus verbis tria Ariſt. proponit: in primis enim, tanquã certũ ſupponit oua ſubuentanea viua exire à matre, quia nõ ſunt ſicut lignum aridum, aut ſicut lapis, ſed potius corrumpuntur per vitæ deperditionẽ: ergo ante corruptionem vitam habebant

Oua ſubuentanea an viuant, & qua vita.

Digitized by Google

acceptam à matre ſine interuentu maris.
Deinde aſſerit, quod etiamſi oua ſubuen-
tanea viuant:non tamen viuere,vt viuunt
oua fœcunda. Nam ſi ſic eſſet, produce-
rentur ex illis animalia,vt ex prolificis. Cu
ius rei occaſione iterum dubitat, quomo-
do viuant oua ſubuentanea? Et reſpondet
vltimam ipſa habere animam. Vltima ve-
rò anima eſt, anima vegetatiua; quã qui-
dem aliquando vltimam, aliquando pri-
mam appellat Ariſt. reſpectu reliquarum.
Nam ſi conſideretur in via generationis,
hæc eſt prima,& veluti fundamentum,ac
diſpoſitio reliquarum,non aliter,ac ſenſus
tactus eſt fundamentum reliquorum om-
nium ſenſuum: ſi verò enumeretur via re-
ſolutionis, vt in hoc loco ipſam enumerat
Ariſt. eſt vltima.

Anima vegetatiua, aliquando prima, aliquando, vltima Ariſt.

Ex quibus colligimus ſenſiſſe Ariſt. fę-
minas animare oua ſubuentanea eo mo-
do,quo plantæ animant ſua propria ſemi
na: ſola ſcilicet anima vegetatiua. Sed
quia talis anima ſolum ex ſua propria na-
tura, habet vim producendi partes plan-
tæ, propterea inquit talia oua non poſſe
producere partes animalis. Nam hoc mu-
nus proprium eſſe affirmat animæ ſenſiti-
uæ. Propter hunc locum ſatis difficilem a-
liqui interpretes excogitarunt voluiſſe A-
riſt. animam vegetatiuam produci à ma-
tre, animam verò ſenſitiuam à ſolo patre.
12 * Nos autem aſſerimus perperam Ariſt.
cõceſſiſſe fœminas poſſe animare oua ſub-
uentanea anima vegetatiua, & non ani-
ma ſenſitiua. Nam talis animatio non po-
teſt aliter fieri, ſecundum hanc ſententiã,
niſi, vt plantæ ſua ſemina animant, tan-
quam reliquas ſcilicet partes. Vnde, ſi fę-
minæ oua animant, vt animant corporis
partes, non ſolum debent illa informare
anima vegetatiua, ſed ſua propria anima:
ita,vt gallina ſuum ouum (partem ſcilicet
oui, quæ diſpoſita eſt recipere formã ſub-
ſtantialem, cuius eſt pars) anima gallinæ
informet. Iuxta quam doctrinam dicen-
dum eſſet in omnibus ouis, tam ſubuen-
taneis, quàm perfectis, eſſe aliquid verè
animatum anima fœminæ, non aliter, ac
animantur alimenta, quibus nutriuntur
reliquæ partes viuentes. Sunt etenim oua
reſpectu fœminarum, à quibus p[roc]re[an]-
tur, ſicut ſemina, ac fructus reſpe[ct]u a[r]bo-
rum. Animas verò ouorum ſubuentane[o]-
rum non valere facere formationem, etiã-
ſi in loco accõmodato ponantur, dicend[ũ]
eſſet, nõ propter ſui defectum, ſed propter
defectũ materialis principij, deficit enim
potiſſima illius pars: vtrumque. ſ. ſemen.

Oua ſunt veluti ſemina & fructus ex arborib.

* Conueniunt igitur oua cum ſeminì- 13
bus plantarum, vt ſuperius ſatis explicui-
mus, quod quemadmodum forma plantę,
quæ manet in ſeparato ſemine, non infor-
mat totam pulpam, ac corticem ſeminis,
ſed mediam quandam ſeminis partem, ex
qua tanquam à quodam hepate oriri inci-
piunt radices, & caulis:* ſic in ouis non to- 14
ta illa moles intra cruſtam contenta infor-
matur forma ipſius auis, ſed ſolum exigua
admodum particula, potiſſimè lutei,* quæ 15
eſt iuxta vmbilicum quendam, qui ex vte-
ri ſubſtantia in ouum implantatur, per
ipſumque recipit ouum à matre incremen
tum.* Quæ quidem pars animata, vt in
ſeminibus poſtea efficitur ſtipes, ſic in o-
uis hepar redditur:* ex quo, tanquã ex ſti-
pite, per nutritionem eadem anima produ
cit ex tota ſimul illa completa materia re- 16
liquas pulli neceſſarias partes, non ex ſolo 17
luteo, vt volebat Hippocr. neque ex ſolo
albumine, vt dixit Ariſt. ſed ex luteo, & al-
bumine, & ex vtroque ſemine ſimul per al-
terationem vnitis omnes efformantur, at-
que poſtea nutriuntur partes, vnaquęque
illarum plus, aut minus ex dictarum mate-
riarum varietate accipiens, vt ſua expoſtu
lauerit natura:* ſpermatica ſcilicet ma- 18
iorem accipiet partium albarum, quam
lutei, portionem: parti verò carnoſæ con-
trario contingit modo, vt fit in eorum fœ-
tuum partibus, qui viui naſcuntur.* Nam 19
quemadmodũ in his partes carnoſæ mul-
to plus ſanguinis, quã ſpermatis: ſperma-
ticis verò contrario accidit modo: ſic in
pullis fieri debere ratio ipſa conuincit.
* Et hęc eſt ſuperioris quęſtionis ſolutio. 20
* Cæterum, vt anima pulli, quæ produ- 21
cta à matre manſit in illa particula, reli-
quas eiuſdem pulli partes poſſit poſtea
formare, non ſolum indiget completa
omni ex parte materia, in debita ſcilicet
quan-

Quod eſt ſtipes in plantis, id hepar eſt in animalibus.

Digitized by Google

quantitate, & qualitate, ſed etiam moderato externo, matris, vel alterius rei calore, qui concoquat, atque induret partes oui aquoſas, debite omnes miſceat, atque in debitam naturam mutet, vt pars informata reliquas pulli partes facere queat, eo modo, quo ſemina plantarum moderata concoctione ad productionem partium nouæ plantæ indigere diximus. Quemadmodum igitur ſemen plantæ eſt veluti quidam epilogus nouæ plantæ, ſic ouum, eſt auis, veluti in quodam breuiſſimo epilogo contenta. Nam quamuis actu deficiant articuli: omnes tamen ſunt in proxima potentia in iis ouis, quæ partem ſemineam habent. Et quamuis ex Ariſt. vt diximus, colligatur oua intra matris viſcera eadem numero anima, qua informantur matres, informari, non aliter, ac ſi eſſent veræ partes ipſarum matrum, vt ſemina ſunt partes plantarum, quia eadem numero anima informantur, & hæc probabilis ſit opinio; nobis tamen videtur probabilius vterum inſitam habere vim producendi animam pulli in partem aliquam lutei magis diſpoſitam, quæ etiam intra matris viſcere diſtincta ſit numero à matris anima, & in hoc differre oua à ſeminibus plantarum.

In quo differant oua à plātarum ſeminibus.

22 Quod verò oua informentur in vtero eo modo, quo dictum eſt, & non extra, probatur etiam ex eo, quod in vtero ſint omnia requiſita ad ſubſtantialem generationem: extra verò potiora deficiant. Nam intus eſt anima præſens cum proprio generationis organo, Reperitur etiam integra materia: integer ſcilicet conceptus, qui in vteris animalium, & in plantis eſt proximũ, & adæquatum facultatis generatricis obiectum. Quæ quidem facultas, vt reliqua naturalia agẽtia, neceſſario operatur, dum habet preſens obiectum, & inſtrumentum accommodatum. Propter quam cauſam Ariſt. qui maſculi ſemen immediatum agens generationis conſtituit, illico, ac in vteris viuiparorum coniungitur cum ſanguine menſtruo, generationem fieri fatetur. Nos vero, qui nõ ſemen, ſed animam matris mediante vtero agens generationis ſubſtantialis eſſe dicimus, fateri tenemur, ſtatim, atque in vtero accumulatus eſt proportionatus conceptus, eum diſponere animam fœminæ ad vitam recipiendam; & ideo cum oua, vere ſint cõceptus, dicendum eſt illico, ac in vtero ſunt producta, vitam recipere ab anima matris. Imò adeo prompta eſt ad animationem oui conformatio, vt dicat Ariſt. 3. *de gen. animal. cap. 9. quæ verò intra ſe pariunt animal, iis quodammodo poſt primum conceptum oviforme quiddam efficitur. Humor enim in membrana tenui continetur, perinde quaſi oui teſtam detraxeris. Quamobrem deprauationes conceptuum, quæ per id temporis accidunt, fluxus vocant, &c.* Et hoc idem confirmat *cap. vlt. eiuſdem lib.* dicẽs. *Quãobrem de prima hominum, atque quadrupedum generatione, ſi quando terrigenæ oriebantur, vt aliqui dicunt, non temere exiſtimaueris altero de duobus his modis oriri. Aut enim ex verme conſtituto primum, aut ex ouo, &c.* Quibus in locis tantam in ouis diſpoſitionem ad recipiẽdam pulli animam, corporis formationem, & incrementum adeſſe ſignificat, vt ad fœtuum viuiparorũ animationem dicat conceptum prius recipere formam oui. Etſi vera eſſet eorum opinio, qui aſſeruerunt hominum, & quadrupedum primam originem terrigenam fuiſſe, primum illorum ortum ex verme, aut ex ouo fuiſſe dicendum eſſe, quia intra oui cruſtam, & eſt cõceptus informatus, & de materia formationis, & alitionis.

Oua in vtero matrum informari probatur.

Cum igitur tot diſpoſitiones, & agentia inueniantur intra vterum ad productionem formæ ſubſtantialis pulli: extra verò omnia deficiant, neceſſariò fatẽdum eſt animam pulli ab vtero procreari. Extra vterum vero deficit actualis concurſus formæ ſubſtantialis præſentis, quem eſſe neceſſarium ad ſubſtantialem generationem poſtea dicemus. Ridiculum autem eſt, & ab omni philoſophica ratione alienum, dicere calorem exterius ouis applicatum, ſiue ſit eiuſdem matris, ſiue ſolis, ſiue ſtercoris, ſiue ipſius terræ, vt accidit ouis teſtudinis, & aliorum quadrupedum, habere virtutem producendi animam, & efficiendi carnem, oſſa, &c. ſine actuali in-

An aliquis calor externus habeat vim producendi animam.

fluxu ſubſtantialis formæ naturalem habentis vim perficiẽdi ſe. Calor enim, quicumque ſit, ſi ſuæ naturæ relinquatur, ſolum valet producere ſibi ſimile in ſpecie accidens, vt ex eodem Ariſt. dicemus, cum agemus de partium ſimilarium productione. Eſt igitur calor omnium ſpecierum viuentium communiſſimum, atque coniunctum inſtrumentum. Potiſſimè tamen illarum animarum, quæ in plãtarum ſeminibus, in vermibus, & in ouis productæ, vt poſtea ſe perficiant, relinquuntur. Vnde ſi, vt inquit Galen. 1. *de vſu part. cap.* 3. tria oua acceperis, vnum ſcilicet aquilæ, alterum anatis, & tertium ſerpentis, eademque calore moderato foueris, & animalia genita rupto putamine excluſeris, duo volare, & tertium repere conabitur: quod ſi accreſcant, vnum in ſublime, alterum in paludem, & tertium ſub terra repet. Quæ quidem omnia à ſolo calore fieri eſt impoſſibile. Vnde neceſſarium eſt fateri illa præſtari ab animabus relictis à fœminis in ipſis ouis.

In quo differant oua à plantarum ſeminibus.

23 * Oſtendit quoque fœminas ouiparas virtutem habere ſua animandi oua, tantus ille ad eorum generationem apparatus, atque architectura ab eiſdem fœminis conſtructa. Prius enim fœmina membranam rotundam, atque carnoſam generat, intra quam commutat ſanguinem menſtruum, & eiuſdem potiſſimam partem in luteum, reliquam verò in albumen
conuertit. * Et per eiuſdem membranæ
24 quoddam foramen vnitum vtero, veluti per quendam vmbilicum, vt aſſerit Ariſt. 3. *de gen. animal. cap.* 2. augmentum ſuſcipiunt dictæ oui ſubſtantiæ: ingreditur etiam per eundem vmbilicum vtrumque ſemen, ſi antequam claudatur accedat, à quo materiale fętus principium integram
25 accipit perfectionem. * Et quamuis illa membrana toto tempore, quo oui ſubſtantia indiget augmento, ſimul etiam accreſcat, & carnea ſit: poſtea tamen eiuſdem matris calore ita exſiccatur, ac friabilis redditur, vt facile frangatur. Cum igitur fęmina vim habeat faciendi membranam viuentem, quæ ſit domicilium oui, tãtamque materiæ præparationem, ac ſubſtantialem mutationem, credere oportet poſſe etiam in aliqua illius particulam animam pulli producere: præſertim cum animatio, & materiæ diſpoſitio ab eodem debeant fieri agente, vt ſæpius ex Ariſt. diximus. Diſpoſitio enim propter animationem fit, tanquam propter finem.

Ex alio etiam Ariſt. loco colligitur ouipara animal parere, nam 2. *de gen. an. c.* 1. inquit: ***animalium verò alia perficiunt partum, foraſque mittunt ſibi ſimile, vt ea, quæ animal edunt in lucem: alia nondum explanatum, ſuamque formam adeptum pariunt: quorum ſanguinea ouum pariunt: exanguia vermem, &c.*** Quibus verbis non negat ouipara, & vermipara parere animal, ſed ſolum aſſerit parere illud nõdum explanatum, ſiue articulatum. Tum prætera facta ratiocinatione de imperfectiori ad id, quod magis validum, atque perfectius eſt, certe colligitur ouipara debere parere ouum ſenſitiua anima informatũ. Nam ſi apes, verbi gratia, quæ auibus sũt multo frigidiores atque inualidiores, licet pariant ſuos fœtus inarticulatos: illos tamen pariunt viuos: vermes enim, quos pariunt, ſenſu & motu præditi ſunt: aues ergo, quæ perfectiores ſunt, poterunt facilius oua animata, licet inarticulata, parere.

Ouipara & viuipera qualẽ animal pariant.

Et licet pars viua oui non ſtatim, atque excluditur ab vtero, moueri cernatur, vt vermis, non tamen propterea negãdum eſt, in ouo partem aliquam animatam eſſe: imò hoc reſpectu vermium maiorem arguit perfectionem. Nam, vt inſecta, quę pariunt vermem, ſuam acquirant propriã figuram, perfectamque formationem, ex vermium ſtatu, ſiue figura tranſeunt in oua, ſiue ad ouorum effigiem: quo tempore, neque ſentiunt, neque mouentur, neque ſenſibiliter nutriuntur: cum antea ſenſum, & motum haberent, dum erant vermes ex illaque nullo ſenſu prædita oui figura cũ integra, atque perfecta formatione exeũt inſecta, vt contingit veris ouis: quod quidem manifeſtiſſimè apparet in fauis. Apes enim prius pariunt viuos vermiculos, qui poſtea redduntur oua veluti omnino mortua, quæ à Græcis aurealæ, & à noſtris

Inſecta in quo differant in animatione fœtum ab ouiparis.

pulli

Digitized by Google

pulli appellantur: ſub qua quidem figura apes omnino formantur. Propter quod Ariſt. inſecta dicebat ad propriam deuenire ſpeciem mediante triplici partu: oua vero non niſi duplici: quamuis aliquorum piſcium oua oriri, vt vermes, aſſerat Ariſt. quia extra vterum accreſcunt, vt vermiculi. Propter quod dixit piſces illos, qui talia oua pariunt, & inſecta vices inter ſe commutare: illorum enim oua vermem imitantur, quippe quæ foris incrementum recipiant, vt vermes; horum vero vermiculi tempore procedente in ſpeciem oui tranſeant. Vbi manifeſte fatetur oua illorum piſcium animata eſſe, cum incrementum per nutritionem recipiant, & vermes deperdere ſenſum, & motum, ſine vitæ deperditione, cum deueniunt ad formam oui. Vnde quemadmodum, dum iſta inſecta oui conſeruant naturam, nullam ſenſitiuæ animæ videntur habere actionem: ſic non mirum eſt, quod ſenſus nullam iudicet in ouo animam ſenſitiuam, etiamſi ratio id percipere valeat. Quod autem illa inſecta à principio ad finem vſque eadem informentur anima: quando ſcilicet vermium, & ouorum habent figuram, patet, quia dum perueniunt ad oui figuram, non corrumpuntur, ſed potius perficiuntur, debitas ſuæ naturæ efformando partes. Admirabilis enim Deus eſt, non ſolum in ſanctis ſuis, vt canit Eccleſia, nec ſolum in magni, & parui mundi admirabili cõpoſitione, & motu, ſed etiam in horum im mundorum animalium procreandi admirabili ordine, quem accommodatiſſimum vnicuique viuentium ſpeciei reliquit iuxta cuiuſque metam virtutis, atque potentiæ. Vnde prouenit, vt iſta debilia, atque frigida inſecta, licet viuos pariant fętus: per varias tamen tranſmutationes cõformes ſuis naturis ad integram deueniant conformationem. Quemadmodum igitur inſecta, quæ maximam ſeruant cum auibus ſimilitudinem, vim habent faciendi, ex ſuo ſanguine, & ex vtroque ſemine cõceptum in vtero, ipſumque animandi, etiamſi inarticulatus ſit, ſed eius articulatio exterius ab eadem anima per trinam mutationem perficiatur: ſic etiam concedimus auibus vim animandiali quam ouorum partem mediante natura vteri, licet inarticulata eadem excludant, ſed potius à forma producta foris, non per trinam, vt inſecta, ſed per duplicem mutationem, articulentur. Imperfectio namque iſtarum formarum adhuc ſapit imperfectionem animæ plantarum, & ideo patitur, vt illa, conſeruari, per aliquod deſtinatum tempus, ſine totali materiæ articulatione, & ſine actionum principalium articulorum mutua communicatione. Sic etenim videmus etiam animas ſerpentum in ſeparatis fruſtis per aliquod tempus incorruptas manere. Et non eſt noua opinio dicere oua eſſe animata; nam Argenterius, Philippus Ingraſſias, Scaliger, Gentilis, & omnes ij, qui dixerunt ſemen animalis actualem animam habere, tenentur etiam fateri oua eſſe animata, licet multo aliter, quàm nos.

Inſecta eadẽ ſemper anima informantur.

Cũ auib. maximã habẽt ſimilitudinem.

Oua eſſe animata, pręter authorem, aliÿque ſuſtinent.

Ex ijs verò, quæ à nobis dicta ſunt, cõſtat illud principium efficiens, quod Ariſtot. & Theophr. in ouis eſſe dixerunt, non eſſe virtutem aliquam accidentalem, ſed potius formam ſubſtantialem pulli, quæ conſeruata in ea particula, quæ hepar futura eſt, vim habet ſe per nutritionem perficiendi. Quæ quidem omnia, & aliquorum argumentorum ſolutiones in ſequenti inueniemus libro, in quo de ſeminis animalis fine agere inſtituimus.

Gallego de Ouis commenta à Pariſano exquiruntur, & ſic reperta exploduntur.

QVINTÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

„Q Vamuis autem noſtra ſententia ſit ab his omnibus, &c." *„Gall. „tac. 1.*

Hæc tua opinio à ceteris omnibus diſtincta quidem, nõ multis paradoxa, (ni fallor) nec vlli, quoniam non quid paradoxi, admirabilis ſubtilitatis continet; ſed falſitatibus referta omnibus, omnibus vt tuis poſitis conatibus valde improbabilis Lydio lapidi reddatur: Quoniã ex Theophra- *Pariſan. cont. 1.*

phraſti libro (qui quandam ob ſimilitudinem plantæ ſeminis, quod rotundum & in cortice) ouum vt plantæ ſemen ſic animari &, viuere: & Ariſtotelis pariter ex libro idem conſtituas, aſſerente ouum, vt plantæ ſemen in vtero vegetali anima præditum fore. Non autem ex Naturæ libro nauigas, vt Philoſophi eſt. Proinde vno poſito, inconuenienti & plura ſequũtur; vt deuius & auius, ſemper ſis in tenebris, vt infra paſſim certius fies.

Gall. tac. 2. „ Aſſerimus igitur Ouum animam pulli recipere ab anima matris &c.

Pariſan. cont. 2. Hæc tua Aſſertio & concluſio in ſexu diſtinctis & coeuntibus, eſt rationi adeò diſſona; vt non ſolùm philoſophorum omnium communi ſententiæ contrarietur, ſed ſenſui ipſi adeò aduerſetur, vt mirũ valde ſit ab Archiatro proponi potuiſſe, ipſe ſi ſanus ſum: quod nunc interim tuis ex (non aliter ac plantarum animas à plantis generari in ſeminibus diximus) abſurdis ex proximo præcedenti capite de ſeminis animatione, vita, perfectione oſtendimus, infra paſſim vbique confirmandis & explodendis, ſi Deo placebit, dilucidiùs conſtabit.

Gall. tac. 3. „ Vnde cum oua multo maiorem habeãt ſimilitudinem cum conceptibus plantarum &c.

Pariſan. cont. 3. Ego ſanè Archiatre doctiſſime percipere nequeo, videreque minimè poſſum etiam perſpicillijs maiorẽ ſimilitudinem & conuenientiam ouorum cum plãtarum ſeminibus, quam conceptibus cum humanis: Quando cum his omnino ſimilima, cum illis prorſus diſſimilima obſeruo, ſenſui inquam, patentia. Sexus diſtinctio, coitus, duo ſemina, ſeminum alimenta plura, verus vterus, animatio, vt ceteris in brutis ad parentes ſimilitudo. Vt animæ ortus, partes, & membra ceteris brutis ſimilima, communia potiſſimum: plantis omnino diſſimilima omnia experiar ſi ſanus ſum inquam.

Gall. tac. 4. „ Quemadmodum igitur ſemina plantarum, quia ex parte materiæ omnia &c.

Pariſan. cont. 4. Plantarum ſemina in ſuo pericarpio ſic communiter accepta, non ſolùm ex parte materiæ requiſita habent omnia ad receptionem, & animæ conſeruationem (arbitratu, inquam, tuo) inarticulataque ſeparantur à planta, (iure etiam tuo) & poſtea conuenienti in loco ipſa anima per nutritionem perficitur, vt ais: Sed penitus, penituſque contrario modo omnia ſe ſe habent; Quoniam non materiæ omnia requiſita habent; quia ſemina in ſuo ſic pericardio ſunt plantæ; non materia ad receptionem, & animæ conſeruationem; ſed materia actu animata, ac in actu ſecundo, quia in pericarpio nutritur & augetur omnes ſecundum ſui partes, & dimenſiones, vt diximus & oſtendimus, vtque ſenſu eius partes agnoſcuntur, vt etiam radices in viridi pericarpio. Quocirca non inarticulata (tuis vt verbis vtar) ſed articulata à planta ſeparantur, & perfecta, dico, Gallego, quoniam hæcce ſenſata ſunt.

Quod autem dicas „ Poſtea in loco conuenienti ipſa anima per nutritionem perficitur,

Hoc admirationem nobis parit; quòd planta per nutritionem perficiatur, quatenus augetur, ſub ſenſum magis cedat, ſuas operationes exerceat, eſto. Sed quòd ſic vegetalis anima nutritione perficiatur, archiatrium inuentum non archiatrium, tua dixerim pace.

Sic oua perfecta, quia integram habet, „ Gall. perfectamque materiam, &c. „ tact. 5.

Hic multa abs te addita, ſuppoſita, & Pariſan. cont. 5. ſcripta ſequuntur errata, immo erronea; non ſolùm quòd Ariſtotelis, Peripateticorum & commune generationis principium agens à mare, ſeu maris ſemine non recipias, tantum abeſt, quòd ſemen animatum ſit, & in vterum prolabatur, animatum dico, vt nos pluribus monſtrauimus; ſed fœcunda oua ex contenta in ſe ſe perfecta materia à matre eiuſdem ſpeciei animam recipiant. Procreationis modus quidem nouus Archiatrius, & nouo ex mundo Malachenſis; & ita fœmina auis ſe ipſa generabit, quia vt planta procreat.

Dices fortaſſe, quòd ex ſe ſe perfectam materiam abſque maris ſemine non habet; ſed ſi perfectior eſt materia fœminæ,

quàm

Digitized by Google

quam plantæ, & vterus animat abſque mare, abſque coitu ſpeciei Auis animam præbebit: Et ſic abſque maris anima, & abſque maris principio fœmina Malachenſis progignet: ſicque anima animæ non miſcebitur, quod Hippocrates aſſeruit, & nos alibi demonſtrauimus.

Præterea tibi viua exeunt à matre oua, ſed inarticulata, vt plantarum ſemina. Aſt plantarum ſemina articulata ſunt (tua vt verba vſurpem) ſuo in pericarpio: immo plantæ ſunt, vt ſatis ſuperque oſtendimus. Sed ad pulchiores tuas probationes pergamus.

Gall, tac.6. „ Quod autem inſtitutum naturæ ſit animare oua, &c.

Pariſan, cont.6. Quod naturæ inſtitutum oua animare ſit, vt plantarum ſemina animantur, (nobis quadrat, quoniam plantæ ſemen in ramulo animatur, ac à toto deſcēdit, quemadmodum auis ſemen, vt dilucidè Mundinio, necnon tibi à nobis probatum eſt) tibi quo modo Archiatre, qui ſemen in pericarpio inarticulatum dicis, & plātam partibus & radice præditam ſub aſpectum cadentem ignoras? Amplius quæſo te Gallego, quî eodem modo oua conceptus ſunt, ac conceptus ſunt partes plantarum ſeparatæ, & ij, qui in vteris perfectorum animalium inueniuntur? quum plantæ partes ſeparatæ actu ſint partes perfectæ, & primis à ſeparatione diebus non ſolum nutriuntur, augenturque; ſed florent etiā? Oui verò conceptus, quæ ſeminum eſt miſcella, nec per dies, nec per hebdomadas, nec per menſes ſub aſpectum cadit, tantum abeſt pulli partes & inſtrumenta. Deus optime, ſi tui conceptus materiales, vt loqueris, ſunt quædam portiones ad animæ receptionem in vno quoque viuentium genere diſpoſitæ: Ergo non ſunt animatæ; quia diſpoſitæ ad animæ receptionem. At Gallego plantarum ſemina tales non ſunt conceptus: quia animata actu: quia plantæ in actu ſecundo & perfecto ſuis cum omnibus partibus etiam radice, vt ſenſus docet. An non itidem partes plantæ à planta ſeparatæ? quid quod Archiatre?

Gall. tac.7. „ Cum igitur ideo in vteri cauitate viuiparorum animalium fiant conceptus, &c.

In viuiparorum animalium Vteri cauitate fiunt quidem conceptus, hoc eſt ſeminum vnio & miſcella, quia ſemina animata: quoniam ſic animæ miſcentur, vt ex Hippocrate didiciſti: non vna materia fœtus ex variarum materierum mixtione vt animentur: quoniam vnica materia ſimilis duorum ſeminum, quod mixtum ſemen maris & fœminæ, ſi ſapis (quia ſemina, animæ miſcentur, ſicuti ex patris, & matris ſimilitudinibus meridiana luce clarius, & multis ſupra morbis, ſtigmatibus, &c. à nobis Mundinio & ſequacibus, probatum eſt) ſunt primum viuens ante carnium parenchymatum ortum à matre quidem præſtitarum. Propterea optimè Galenus ſæpius dixit, vt oſtendimus, ſemen quà ſemen nutriri, & nutriri primùm ſemine, cauſamque reddit: poſtea & mox ſanguine ali. Quæ ratione, ſenſu, & autoritate à natura etiam rei colliguntur, vt demonſtrauimus. Non autem variarum materierum miſtio, vt animetur, quod tuo cerbellottico iure fingis. Quæ ſeminum vnio in ſexu perinde diſtinctis & perfectis omnibus etiam ouiparis fit, in quibus itidem eodem modo animata ſemina, ſicuti in viuiperis nutriuntur primum ſemine vti explicuimus, poſtea ex menſtruo: pullus in ouo ex vitello menſtruo ſanguini reſpondente nutritur. Quare non varia materia, minimè vt animetur: minimè omnium ab vtero.

Pariſan. cont.7.

Quòd verò ſolæ fœminæ ad ſubſtantialem generationem concurrant de ſpermaticis (de ex ſanguine procreatis carnibus, nemo neſcit) nouum Malachenſe opus erit, non primum, mox ex libro nauigatio, vt ſæpius diximus, & iure ac meritò infra dicemus.

„ Sed nunc quod ouiperæ fœminæ habeant vim animandi, &c. *Gall. tac.8.*

Hoc tuum Malachenſe exemplum omnibus quatuor pedibus claudicat, proinde à perfectis ad imperfecta tranſire, nedum tua cum imaginatione currere, & euolare, nequit. Hîc de ſexu diſtinctis & coeuntibus ſermo eſt, in quibus animata ſemina miſcentur: in quibus ſexus ſeruantur, *Pariſan. cont.8.*

in

Digitized by Google

in quibus genitalium ſimilitudines diuerſæ & cuiuſcunque partis progignentium conſeruantur, etiam contrariæ; vt præter temperamẽta primarum qualitatum, ſimplicium, & compoſitarum, ac ſecundarum, &c. vt nigri & cęſij oculi color in matre, vel patre; ſimi & aquilini naſi figura, & ſimilitudo, &c. vnde tua corruit & præcipitat ſententia Gallego, ſi ſapis.

Gall. tac. 9. „ Idem etiam patet in ijs animalibus; quorum conceptus ſunt oua, &c.

Pariſan. cont. 9. Idem fateor, patet in ijſdem tuis animalibus, ſerpentibus, Viperas: ſed à natura rei, non ex Ariſtotelis libro, quo tu nauigas. Sat ſcio, quod Ariſtoteles docet, ſerpentes carere teſtibus, & ſemine: & reddit etiam cauſas; ſed caſſas & inanes, quas aliàs confutauimus, & ſenſu ipſo: quæ tu Archiater ſciuiſſes. Nos ſæpius Venetijs Pharmacopolis & conficiendæ theriacæ præfuimus, & quotannis pluries vidimus multos viperas mares magnis teſtibus præditos: qui viperæ mares à theriaca arcentur: propterea non admiſſi, vel ex ipſis viperinum oleum pharmacopolæ parant, vel patauinis mercatoribus remittũt. quicquid tu cum Ariſtotele fabuleris.

Gall. ta. 10. „ Nam cum vt poſtea probabimus ſemen maſculinum, &c.

Pariſan. cont. 10. Nequaquam id probare contendes, niſi quia deuius, & ſenſum neges, & deinceps quin ſenſus pœna dignus; vt aduerſus Mundinium & ſequaciũ cateruam oſtendimus, & contra Ariſtotelem improbata comprobauimus. Quia ſerpentes, Viperæ coeunt, teſtes habent, ſemen effundũt, procreant, atque inde ſexus ſeruantur.

Gall. ta. 11. „ Tum præterea vt ſuperius dicere incipiebamus ex ſententia Ariſtotelis, &c.

Pariſan. cont. 11. Tu Gallego dummodo ex Ariſtotelis libro nauiges cetera curas nihil, nihil de repugnantibus, de impoſſibilibus, de procreationis modis tibi curæ eſt: à rei natura nihil ſpecularis: Nunquidue Ariſtoteles quod ſcribit ſciat, intelligat: Nũquidue tu ipſum ſic loquentem intelligas: an verò ambo quod in buccam venerit dicatis, vt veluti cęcus cęcum ducit in inſcitiæ foueã cadatis; vt de Viperis nunc diximus: de alijs ſupra, & infra, pareant eius Manes, & tua quoque pace dixerim.

Ecquid refert, quòd oua ſubuentanea non ſint ſicuti lignum, aut lapis vti excrementa quæque? Et tu quid inde infers ex eius tali ſuppoſito, niſi quòd ita ſupponit vt potè ex eius ore pendeas nullis vlteriùs perſpectis, animaduerſiſque? Ecquid intereſt, quòd, Ariſtoteles dicat, Oua Zephiria vltimam animam, vegetatiuam nimirum habeant, nullis de fabrica diſcuſſis, animaduerſis, probatis, vt tu quoque ſecum ſuperficietenus nullis nec cognitis, nec de fabrica dictis, nullis cauſis, rationibus, modis allatis & declaratis ſentias? Hæc ſenties & experieris infra: Propterea interim frontem ne ferias: quoniam ad Lydium lapidem peruenimus.

Ouum profectò in auis vtero à Natura factum eſt ad propagandam ſpeciem extra vterum, ſi dum in vtero eſt, & opportuna neceſſaria conſtituentia & animata ſemina concurrant. Ideo donec fabricatur, & in vtero perficitur, illius pars (non luteus, non albumen, quæ pura alimenta ſunt) viuit, quia vteri pars, & vtero coniuncta eſt membrana luteum ambiens, (non cortex, vt tu infra parum doctè, ne ridiculè dicam, ſtatuis) ſicuti Mundinio fuſius, oſtendimus, vtque in ipſo gallinæ vtero videre eſt, ac quandoque in ouo circa luteum, ipſum inter edendum obſeruatur ſanguinis gutta, quæ ex membranæ lutei ab vtero ſeparatione ſeu ruptione effunditur, qui ſanguis eo loci à circumpoſito albumine per rotationem (vt aliàs oſtendimus, quicquid tu cũ Ariſtotele parum doctè infra) addito conſeruatur. Et ita ouum quatenus ſic gallinæ cõiunctum illius ſcilicet pars, animata eſt & viuit, non ſecus ac pars animalis. At à matris vtero ſeparata, abſciſſa, rupta emoritur, non ſecus ac animalis pars, pes, cauda abſciſſa.

Verùm ſi ſeminum conceptus, miſcella inibi facta & contenta: quia pullorum anima prædita eſt, ſeminum conceptus & viuens eo in foramine receptus cõceptus, matricem illam ſibi viuam tamquam matricem conſeruat, & ab ipſa conſeruatur ex Naturæ prouidentia & ſapientia, ſi ſapis,

pis & capis. Niſi verò ſemina & ſeminum animæ miſceantur, vt rectè Hippocrates, (quòd ni quis credat demens, inquit, eſt) & tempori, ac opportunè ſuperueniant priuſquam albumen ſuperducatur, ouum zephirium remanet, & vita propriæ animę deſtitutum: quicquid Ariſtoteles, & tu Archiater dicatis, hæc neſcientes.

„ Gall. „ta. 12. Nos autem aſſerimus perperam Ariſtotelem conceſſiſſe fœminas poſſe, &c.

Pariſan. cont. 12. Nos quoque dicimus perperam Ariſtotelem aſſerere fœminas vegetali tantūmodo anima oua animare poſſe, & non ſentienti: ſed non eo modo, quo tu, qui cauſas & rationes ignoras, ac iure cerbellottico commentaris, à rei natura minimè diſcurrens & ratiocinans.

Oua vt diximus vtero gallinaceo alligantur medijs vteri membranis tibi ignotis, quæ vteri continuæ & eius partes ſunt, propterea nutriuntur, ac ad ſtatam magnitudinem, & tempus creſcunt augēturque. Atque ſic pro tempore vt vteri ſpermaticæ partes vitellum ambiētes, vegetali & ſentienti anima, quemadmodum vterus, viuunt.

Separatum ab vtero Ouum, ſi ſubuentaneum, emoritur ea ambiens: ſecus ſi animato ſemine præditum eſt, vt diximus, viuit, & tu ſaperes ſi cognita ex anatome fabrica à natura rei ratiocinareris Archiatre doctiſſime.

Gall. „ ta. 13. „ Conueniunt igitur oua cum ſeminibus plantarum, &c.

Pariſan. cont. 13. Vt quàm malè ſuperius oua cum plantarum ſeminibus conuenire explicuiſti, ita nunc deterius & peſſimè ſtatuis plātæ formam in ſeparato ſemine totam non informare pulpam, ac ſeminis corticē; ſed mediam quandam ſeminis partem, ex qua tamquam à quodam hepate oriri incipiūt radices & caules.

O Bone Deus quàm nudus es Archiater Naturæ ſapientia, & mirabilibus? quū totum plantæ ſemen, tota ſeminis pulpa (tuis vt verbis vtar) tota ſit planta, caulis, inquam radix, & quin etiam folia, vt ſupradiximus. Hæc oculata ex fide tibi aſſerimus, & tu experieris quum volueris ob oculos obiecta obſeruare: non à ſeminis quadam media parte, à quodam hepate oriunda, vt fabularis deuius & auius, da veniam Veritatis gratia.

„ Gall. „ tac. 14. Sic in ouis non tota illa moles, &c.

Pariſan. cont. 14. O Sancte Deus quid narras & oſtendere contendis? An Malachenſibus hæc ſcribis? Sanè fabulas haſce cōfutare ſubtilitatem profitentis (abſit verbo inuidia) non eſt, quoniam ſilentio & riſu tranſeunda. Verùm quia fabricam ignorantes, & Galeni ſenſata principia & axiomata neſcientes hiſce tuis commentis fabulis delectari poſſent: non ab re propterea in eorum gratiam, non literatorum, hoc tempus contriuiſſe voluimus.

Sic in ouis certò, vt in plantarum ſeminibus fateor, non oui cortices, intimam præter matricem ſemen continentem, quę à ſemine conſeruatur ad ſtatum tempus, vti in humano fętu duæ, in brutis tres, addita alantoide farciminali ſeruantur, neque alimentum, vt vitellus & albumen.

Sed quòd ſolùm exigua admodum (tua ſunt verba) particula, potiſſimè lutei?

O Deus pluſquam optime: tu, tu Semimundi Archiater, hæcce ſcribis, & ſic extra Chorum ſaltas? Prima igitur fœtus ſtamina tibi non ſunt feminea, ſed ſanguinea ex oui vitello: qui ex gallinæ auis ſanguine menſtruo fit; Igitur initiò quòd augetur nō eſt ſemineum, ſed ſanguineum, carneum? Ergo ſemen non nutrietur in fabricæ initiò ſemine, minimè poſt ſanguine, vt Galenus docet? Igitur Parenchimata, affuſiones, Cor, Hepar, Lien, Renes non affunduntur, ſicuti Galenus, & Medica ſchola certum habet? quoniam ſi affundūtur, alicui affundūtur ſemineis videlicet, Arterijs, Venis affundenda portātibus; vt cōmunis & certa eſt opinio; imò ſcientia: quippe pluribus ex axiomatibus firmata, ſenſu cōfirmata. Non ſolùm quin etiam carnea deperdita regenerantur: nequaquam feminea, alia præter à nobis relata; ſed etiam ob alia, quæ in prima parte tu vidiſti in eodem capite multa, ad quæ maxima vrgentia, hæcque confirmantia, tu ne verbum quidem; quæ Archiatri Veritati ſtudentis non ſunt, tua quod pace dixerim.

Quod

Quòd ſi addiderim veram & certam à nobis ex Anatome animalis hiſtoriam ex oui, ex oui, inquam, fabrica in lucem editam, & oculata ex fide probatam, & comprobatam, hæcce tua commenta & fabulas oſtendentem & deſtruentem, quemadmodum ibidem videris, & quum volueris experieris, expertus certò tua ſponte inuituſue, recantabis.

Quid ſi addiderim iure etiam tuo, quòd ſic affuſio fiet, & non fiet: immo nec fieri poterit? quod implicat. Siquidem Parenchima alicui affunditur, quòd (cui ſcilicet affundatur) non adeſt, (videlicet in pars ſpermatica, arteria, vena, membrana) nec eſſe poteſt: quia intima pars vitelli affunditur, & in intima vitelli parte nihil ſeminei eſt, eſſeue poteſt, cui affundatur: nec intima vitelli pars, quà intima affundi poteſt, quia nihil præter vitellus, & niſi corporis penetratio detur. Præterea quod affunditur loco dimouetur, vt alteri affundatur; At in vitelli medio ac intimo non datur motus niſi vndique in vitellum, & ſic corporis penetratio. Præterquam quòd ſimplex pars, vt vitellus vitello eiuſdem rationis corpori affundi nequit, vt nec loco dimoueri: Et ſic initiatus pullus perpetuò in carceribus abſque carcere, abſque carcerato carcer: quia nihil eſt in bullula, & ita vanitatum vanitas ſubtiliter agenti.

Gall. ta. 15. „ Quæ eſt iuxta vmbilicum quędam, qui „ ex vteri ſubſtantia, &c.

Pariſan. cont. 15. Dij Veſtram Fidem, Hîc tuum Commentum ex libro Nauta Ariſtotelis commento firmas medio quodam vmbilico, quem numquam vidiſti, & nuſquam videris: quippe Ariſtotelis quid fictitium (3. de gen. anim. c. 2. quod nos aliàs confutauimus in 2. parte Lydij Lapidis contactu 65. pag. 96.) nullibi in ouo, nec poſſibile ab vtero per corticem & membranas: nec neceſſarium; nec ad rem quidem; quoniã Ouum, Ouum dico quatenus ouum (non ſemen) in vtero non nutritur, nec augetur quidem Archiatre per vmbelicaris membranulæ particulam veluti (ait) fiſtulam ab vtero per acuminatam oui partem ad vitellũ, vt patet, inquit, in eictitijs inchoatis ouis; Sed ex fluente materia menſtrua creſcit, non nutritione, & vera accretione; ſed per additionem partis poſt partem, ſi ſapitis, video quòd non.

„ Quæ quidem pars animata, vt in ſemi- „ nibus poſtea, &c. *Gall. ta. 16.*

O Bone Deus, Sancte Deus, pluſquam Optime Deus: Pars lutei primùm, & principiò in ouo animata, vt in ſeminibus plantarum poſtea ſtipes efficitur, ſic in ouis Hepar redditur? Quàm bellè fabricator architectus & machinator iſte ſibi fundamenta prima, Hepar & Stipitem animata, ſenſu, ratione, & autoritate conſtituit? Ceterùm Metamorphoſes pulchriores ex pulchriori ſuo ratiocinio audiamus. *Pariſan. cont. 16.*

„ Ex quo tamquam ex ſtipite per nutri- „ tionem eadem anima producit, &c. *Gall. ta. 17.*

Quam ob rem ex Iecinore oui anima per nutritionem ex totis oui completis materiebus per alterationem ſimul vnitis, albumine, luteo, & vtroque ſemine, reliquæ & omnes pulli partes efformantur, atque poſtea nutriuntur. Et ita cum Hippocrate ex luteo: cum Ariſtotele ex albumine: & bonis cum quibuſdam Medicis ex vtroque ſemine, & ijs miſtis omnibus, fiunt. Et ſic indifferenter & æque ſpermaticæ partes ex albumine & luteo, ac perinde ſanguineæ & carnoſæ ex vtroque ſemine alijs miſtis, procreantur, formantur, & nutriuntur, tamquam ex nobili polenta: Ex cuius ſuperficiei exſiccatione rationabiliter cum Ariſtotele dicemus, fit cutis, Vetula Ariſtoteli dicta. Videlicet ſemi ſeminea, ſemicarnea: Et ſic pollentaceo inuento omnibus ſimul & ſemel ſatisfiet Archiatro Malachenſi concillatore. *Pariſan. cont. 17.*

„ Spermatica ſcilicet maiorem accipiet „ partium albarum, quàm lutei portionem, &cæt. *Gall. ta. 18.*

Formatis partibus omnibus in ouo, & longè prius nobis vt conſtat, ſeminis nihil remanet. Spermatica tamen Archiatro nutriuntur ex albumine, nõ ex luteo: Tametſi Galenus & potior Schola ſuſtineat, quòd ſemen nutriatur primùm ex ſemine alimento, deinde eo abſumpto ex ſanguine, ſeu luteo diceret Galenus, tamquam magis familiare, & propinquiori, vt in ſemine *Pariſan. cont. 18.*

mine

Digitized by Google

mine à ſemine, vt à ſpermaticis poſtea vertatur. Et ex quibus conſtamus, ex eiſdem enutrimur; Et ita ex ſemine immediatè, mediatè ex ſanguine, ex luteo, quod Archiatro nō probatur, ſed albumen arridet, nobis non abſque riſu.

Gall. ta. 19. „ Nam quemadmodum in his (ſcilicet viuis naſcentibus) partes carnoſæ multo plus ſanguinis, &c.

Pariſan. cont. 19. Ego nunquam legi, audiui, didici, mente concepi hactenus, præter quàm quòd nunc ab Archiatro ſcribitur: partes ſpermaticas in viuis naſcentibus, inque ex ouo ortis ex ſemine & ſanguine ſimul & immediatè (ex ſanguine, ſed mediatè, atque in ſemen conuerſo) procreari & ali: quemadmodum nec vnquam, vſpiamue carnoſas & ſanguineas partes ſimiliter ex ſpermate progigni, & nutriri: quæ Archiater dicere fidenter & audacter audet, nobis repugnantia monſtra, quæ vlteriùs probatione non egent.

Gall. ta. 20. „ Et hæc eſt ſuperioris quæſtionis ſolutio, &c.

Pariſan. cont. 20. Hæc num quæſtionum ſolutio, an interitus, aliorum eſto iudicium: quoniam ſat prata biberunt.

Gall. ta. 21. „ Cæterum vt anima pulli, quæ producta à matre, &c.

Pariſan. cont. 21. Quòd pulli anima à matre producta ſit, miſſum nunc facimus, infra in proprio Archiatri capite de Vtero, ventillandum. Nunc ſat cribrandum & reprobandum, quòd pulli anima, quæ in illa (vt inquit) particula manſit, in particula ſcilicet lutei, Archiatro hepate, non adſit, & conſequenter non generet, nec alias partes procreare poſſit; non ſolùm dictas ob cauſas: non tātùm quia Galeno & communi opinioni repugnet; ſed quia daretur hepar abſque venis, villis, & membranis ſpermaticis partibus, quibus ſanguis ſeu oui vitellus affunditur, vnde affuſio Parenchima: quia generaretur pars ſanguinea, carnea ante ſpermatica. Tum ex illius verbis manifeſtis: tum quia ſemina non ſunt, nec ingredi poſſunt intima vitelli partem abſque corporis penetratione: tum quia hepar ſic vaſis caret, quibus medijs nutriri, & augeri queat: quibus alijs partibus carneis procreādis in lucem poſt egreſſum augendis & inſtaurandis præſto eſſe poſſit: quia eſt corpus (vitellus) homogeneū, eiuſdem rationis, ſanguinis affuſio parenchima, quod animari ſic, vanum eſt dictu: quodque tale in arte monſtrum reliquas pulli admirandas partes progignere, monſtrum eſt. Sicuti (quod ait) plantæ ſemen, quod non hepar, ſuo loquendi modo, hepatiſue loco; ſed eſt quid totū animatū, eſt planta, vt probatū eſt, & ſēſus docet.

Quòd verò oua informentur in vtero eo modo quo dictum eſt, &c. „ Gall. ta. 22.

Pullum in oui vtero perfici non improbamus; ſed inficiamur omnino inibi animari: quoniam ſemina animata in matris vterum proueniunt, ibidem miſcentur, vt ex Hippocrate conſtat: proindeque negamus à matris anima animari, quemadmodum ſupra ſatis ſuperque reprobatum eſt: de Vtero infra, vt propoſuimus. Pariſan. cont. 22.

Oſtendit quoque fœminas ouiperas virtutem habere ſua animandi oua, &c. „ Gall. tat. 23

Vt maximè arduum & miſerum eſt in tenebris iter facere: ita pari paſſu de Naturæ reconditis, fabrica, actionibus, & effectibus ſumma ſapientia præſtitis, decernere ex aliorum libro, extra illius limites quin præcipitem agas; vt vbique paſſim & ſemper noſter Gallego, Archiatrum agēs. Qui hic arbitratu ſuo, Oui, & vteri Auis, Gallinę fabricam ignorās carnoſam membranam fingit: vlteriuſque eidem munus addit, vt menſtruum ſanguinem commutet; Ampliùs eius potiſſimam partem in luteū, reliquam in albumen vertat: Quum tamen fictitia iſta membrana ſit, & proinde non adſit; Sed lutei in vitellario omnes ad centum vſque ab inuicem ſeparati vitelli vllo abſque albumine; Vt nō ſit quod ſeparet, nec quod ſeparetur: tantum abeſt, quod menſtruum ſanguinem in albumen (quod fieri nequit) conuertat, niſi pluſquam craſſa minerua loquamur, fallamur, & fallamus. Et præterea quòd in eadem ficta ſic operante membrana, vterque humor ſanguis, ſeu vitellus & albumen contineantur, quum diuerſis omnino membranis & diuidantur, & diuiſa contineantur corpora, etiam vt mulierculæ norunt. Pariſan. cont. 23.

G Et

Digitized by Google

Gall. „ ta.24. „ Et per eiuſdem membranæ quoddam foramen vnitum vtero, &c.

Pariſan. cont.24. Modo ex libro Nauta ex Ariſtotelis autoritate, quo cum quid dicas neſcis, dicta bello inuento ornas, & comprobas: Eaſdem nimirum oui partes per foramen & vmbilicum augeri, & ſemina recipere: Quod foramen & vmbelicum nec Ariſtoteles nec tu vidiſtis vnquam: Nec in membrana ſignum veſtigium: nec in ouo vmbilicũ, ductumque videre vnquam fuit, nec ijs opus eſt: quoniam humores illi non per vaſa aſportantia, nutritione, & vera accretione eò perueniunt; ſed per additionem creſcunt, & per rotationem albumen circumponitur ſi ſapis. Vt rupto petiolo ab vtero ad vitelli tunicam hac coniuntione animatam, nulla cũ vtero remaneat vnio, coniunctione, nec cum alijs membranis inanimatis, & ex albumine cõflatis: quemadmodum in ſecundæ partis Lydio Lapide, collatione tertia p.99. aduerſus Ariſtotelem, Mundinium & ſequaces fuſiùs & enucleatiùs diximus: quæ tibi quoque Archiatro dicta ſunto.

Gall. „ ta.25. „ Et quamuis illa membrana toto tempore, quo oui ſubſtãtia indiget augmento, ſimul etiam accreſcat, &c.

Pariſan. cont.25. Demum Archiater declarat & aſſerit membranã illam oui carnoſam animatam & viuẽtem, eſſe Corticem oui domicilium; Ita vt aliam oui membranam dictũ præter corticem, non agnoſcat: & deinceps vt ait viuens & animata membrana: Et conſequenter oui matrix & vterus oui partem lutei intimam pulli principium Hepar iure ſuo animans: quum tamen cortex ſit: quum longiſſime diſtet à vitello, ac lõgiùs à vitelli centro, atque intimiori parte ſibi animata, vel animanda: nec vllo modo per contactum, vllaue ratione per virtutem etiam Archiatri imaginariam animare poſſit.

Vt nil miſerius colligas Candide Lector, quâm de Natura extra Naturam ex libro philoſophari. Propterea claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Nos de Vermibus Sericeis, de Aurelijs Criſalidibus, &c. vbi non vulgaria Ariſtoteli etiam ignota in ſecunda parte collat.3. pagina 92. egimus, nec craſſa Minerua: quemadmodum plura de ouis partibus aduerſus Ariſtotelem, necnon Mundinium: quæ Gallego dicta ſunto.

Ceterùm Candide Lector pulli ortum vide ex noſtræ hiſtoriæ oui fabrica in prima parte, quam vidiſſet & perpendiſſet, vt potuit, priuſquam hæcce fabuloſa in lucem proderet Archiater, ne inuitus nunc orationem retexeret, quoniam ſerò ſapiunt Phryges.

De Autore, & modo procreandis formas ſubſtantiales. Gallego. *Gallego lib.3. c. 15. pag. 129.*

QVamuis hæc dubitatio potius ad metaphyſicum, quam ad medicum pertineat: Quia tamen non rectè poſſumus noſtræ inquiſitionis diſcurſum proſequi, niſi de ea ſciamus id, quod ad noſtrum inſtitutum magis conducere videatur: propterea cogimur de origine animarum materialium aliquid hic explicare. Nam, vt inquit Galenus, 8. *de vſu par*.13. nullus poteſt de formatione corporis rectè agere: quin ſimul attingat diſputationem de animæ eiuſdem corporis ſubſtantia. Eſt etiam neceſſaria huius dubitationis explicatio, vt errorem Fernelij, & Thomæ Rodorici à Veyga corrigamus.

Sunt igitur præſentis dubitationis duæ extremæ opiniones, & altera media inter vtrãque. Primæ ſententiæ autor fuit Anaxagoras; nam hic exiſtimauit nullam animam, nullámque ſubſtantialem formam nouiter produci, ſed potius materiã ipſam omnes formas latenter in ſua natura includere, & ex conſequenti nullam nouiter fieri. Illud nãque, quod alij generationem appellabãt, ipſe dicebat eſſe præſentis, atque latentis formæ in materia manifeſtationem. In hũc errorem multi etiam neotericorum inciderũt: ij ſcilicet omnes, qui ne concedãt formas omnes ex nihilo creari, vt creatur anima rationalis: ſic etiam ne concedant materiam eaſdem formas recipere poſſe, nullam ex parte ſui præſtando vim: omnes igitur iſti negant agentia naturalia poſſe educere formas ſubſtan- *Anaxagoræ ſententia.*

ſtantiales ex poteſtate materiæ, niſi formę præexiſtāt in ipſa materia, aut ſaltem aliqua ipſarum indicia. Nā iſti in tres etiam diuiſi fuerunt ſententias. Aliqui enim ipſorum dicebant, formas ipſas actu eſſe in materia, alij non audebant concedere eſſe in materia integras formas actu, ſed earundem inchoamenta, & alij vnam ſolam formam eſſe actu in materia: quæ tamen ſola potens eſſet reliquas omnes producere. Quare iſti autores fateri cum Anaxagora tenebantur, generationem non fieri ex priuatione, ſiue ex materia priuata, ſed potius ex ente in actu. Iſta tamen ſententia iam dudum exploſa fuit.

Plato Anaxagoræ aduerſatur.

Contrariæ opinionis Plato fuit primus autor: hic enim in Timeo, & in Phedone aſſerit, nihil ſubſtantialis formæ eſſe in materia ante generationis tempus, neque materiam aliquid conducere ad illius productionem, Nam aſſerebat omnes formas extra materiam creari, poſteaque materiam ipſam eaſdem extra creatas recipere. Vnamquamque enim viuentium ſpeciem dicebat ſuam habere ideam communem omnibus indiuiduis: nam ab illa omnes particulares formas talis ſpeciei generari exiſtimabat extra omnem materiam, & poſtea ab eadem idea in materiam introduci. Hanc ſententiam amplexi poſtea fuerunt Themiſtius, Alexander, Auicenna, Fernelius, Veyga, & alij: nam quamuis iſti non concedant cum Platone formas ſubſtantiales fieri ab ideis exiſtentibus extra mentem diuinam: fatentur tamen cum ipſo extra materiam produci. Quòd eſſe abſurdum, ac omnino extra naturalem rationem conſtabit ex fundamento tertiæ ſententiæ.

Ariſtoteles autem inter duas extremas opiniones mediam quandam inuenit ſententiam, eamque veriſſimam. Quam quidem ſententiam conuenientiſsimè explicant Pater Suarez, & alij ſocij. Hi igitur doctiſsimi viri, quamuis negent aliquid poſitiuum ſubſtantialis formæ, quæ producenda eſt, actu eſſe in materia generationis: concedunt tamen aliquid illius eſſe in potentia eiuſdem materię. Quod quidem potentiale formæ reduci in actum dicunt ab agente principali generationis, medijs ſuis inſtrumentis, non ab ideis, neque ab alià extrinſeca cauſa. Dicunt enim agens naturale propriam in ſua natura includere vim educendi ex poteſtate materiæ ſibi ſimilem formam.

Formam eſſe poteſtate in materia, quid ſit.

Sed maximè dubium eſt inter Philoſophos, & Medicos, quid ſit formam eſſe ſolum poteſtate in materia, & quo modo educatur ab agentibus naturalibus in actum Fernelius enim cum formas generari abſolutè neget, non concedit ipſas educi ex poteſtate materiæ, ſed ab aliqua extrinſeca cauſa in materiam immitti. Philippus Ingraſſias comment. 51. 2. artis medicinalis aliam valde diſtinctam affert explicationem. Aſſerit enim, quod dum dicimus formas ex materiæ poteſtate educi, id non ſit intelligendum de poteſtate materiæ primæ. Nam cum hæc ex ſua natura ſit nuda, nihil habet in potentia, quod ſit extrahibile in actum, vt inquit, vnde concludit impoſſibile eſſe, vt agens extrahat formam ab ea. Quapropter, inquit, ſolum id referri poſſe ad ſecundam materiam, ad eam ſcilicet, quæ actu ex quatuor elementis compoſita eſt. Nam cum hæc ex quatuor qualitatibus ſit attemperata, & pene infiniti ſint modi, qui ex illarum attemperatione poſſunt reſultare in materia: ex illorum modorum varietate pene infinitas ſubſtantiales formas emergere poſſe aſſerit. Conſtat tamen id omninò alienum eſſe à vero philoſophandi modo. Nam in primis cum ſola materia prima ſit proprium, immediatum, & adæquatum ſubiectum formæ ſubſtantialis: potius ex ipſius poteſtate, quàm ex poteſtate materiæ ſecundæ educi debet eadem forma. Tum præterea, vel debita attemperatio ſequitur introductionem formæ, & ita potius ipſa fiet à forma, vel præcedit ipſam formam, & tunc erit diſpoſitio ad eandem formam. Scimus verò diſpoſitiones iam receptas in paſſo nihil efficere, ſed ſolum materialiter diſponere ad eductionem formæ

Digitized by Google

factam à generante.

Agentia naturalia vim communicãdi ſe à Creatore recepe runt.

Vera autem rei, quæ quæritur, explicatio adducitur à Patre Suarez. In primis igitur probatur agentia naturalia in prima ſui creatione recepiſſe à ſuo Creatore naturalem vim communicãdi ſe alijs materijs, vt ſpecies rerum naturali quodam continuato ductu conſeruētur, quod conſtat ex quadam lege connaturalitatis, quam agentia naturalia inter ſe ſeruare videmus. Obſeruamus enim ipſa agentia naturali quodam impetu, & amore ad ſui propagationem ferri. Vnde ſignum certiſsimum eſt primam cauſam tales ipſis dediſſe naturas, vt propriis viribus poſſint ſimilia producere præparando ſcilicet materiam, & ex illius poteſtate educendo formam. Quare genus quoddam impietatis eſſe videtur, dubitare, an aliquid neceſſarium, quod vnaquæque ſecunda cauſa, iuxta ſuam propriam capacitatē poſſit recipere ab illa liberaliſſima manu ad propriam, & ad ſpecificam conſeruationem, ipſi denegauerit ſumma liberalitas. Immo Deus ipſe teſtatur ſe ſummam perfectionem vnicuique cauſæ ſecundæ dediſſe: cum cuncta, quæ fecerat, valde bona eſſe dicat. Valde verò bona, idem eſt, quod perfectiſſima. Illud autem agens tunc dicimus eſſe perfectiſſimum, quando ſibi ſimile valet producere. Quare infinitam Dei liberalitatem, & potentiam, coarctare videntur, qui negant reliquiſſe viuentibus connaturalem vim formandi, & gignendi alterum ſibi ſimile, vt naturali ductu conſeruentur ſpecies: præſertim cum videamus elementa, & reliqua non viuentia ſibi ſimilia naturali vi generare. Vnde doctiſſimus Suarez *diſputat. 2. de cauſa formali*, aſſerit opinionem eorum, qui dicunt omnes animas creari, improbabilem eſſe, quamuis de ſola anima rationali ſit catholica, & illius reddit rationem. Nam ſi materiales formæ per creationem producerentur, vt anima rationalis, omnes conuenirent cum ea, in eſſe ſcilicet ſubſiſtentes, independentes in eſſe fieri, & conſeruari, & in eſſe à materia ſeparabiles. Vnde omnes animæ brutorum eſſent immortales, haberentque aliquam actionem independentem ab organo corporeo. Quare doctiſſimus quoque Pater Hurtado de Mendoſa *2. de anima*, exiſtimat ſuſpectum eſſe in fide, dicere animas brutorum creari. Nam Patres, & Concilia ſolam animam rationalem creari fatentur.

Valde bonum & perfectiſſimum idē ſignificant.

1 *Quapropter etiamſi concedamus materiam primam in genere potentiæ ita ſimplicem eſſe, vt in eius genere nulla ſit magis ſimplex, inſtitutamque à primo Conditore fuiſſe, vt ſit receptaculum connaturale formæ ſubſtantialis, & cum ea altera ſubſtantialis pars compoſiti; nihilque poſitiuum formæ in ſe habere: concedimus quoque Ariſtotelis, & reliquorum Peripateticorum ſententiam veriſſimam eſſe, formam ſcilicet materialem ex eiuſdem materiæ poteſtate à propria vi agentis naturalis educi: nihil aliud enim exiſtimamus generationem eſſe, quàm formæ actualis egreſſum de potentia actiua agentis concurrente paſſiuè materia prima, hoc eſt productio formæ ab agente in materia prima. *Ita enim agens generationis continet in ſua virtute actiua formam producendi fœtus, tanquam agens extrinſecum illius, vt materia prima ſolum eminenter continet eandem formam in ſua potentia receptiua, ipſamque reducendi in actum ſolum agens naturale; ſibique à propria natura inſita, habet vim. 2

Materia prima ſimplex.

Generatio quid ſit.

Sed non propterea exiſtimare oportet materiales iſtas formas ex nihilo; hoc eſt, per creationem fieri. Quodquidem manifeſtè conſtabit, ex vera cognitione diſcriminum, quæ reperiuntur inter generationem, & creationem.

Creatio non indiget materia, generatio contrà.

In primis igitur creatio nulla ratione indiget concurſu; ſiue aſſiſtentia materialis cauſæ, vt indiget generatio. Illud namque, quod per creationem producitur, vt anima rationalis, cum ex nihilo à ſuprema fiat cauſa, nullam dicit dependentiam à materia, ſed potius ſecundum ſe totum à Deo fit, nulla ſui parte, nec neceſſariò concurſu ſubiecti materialis præexiſtente. Nam ſi anima rationalis,

Digitized by Google

ad animā rationalis non indiget materia concurſu ad ſui conſeruationē.

nalis, verbi gratia, neceſſariò indigeret materiæ concurſu ad ſui conſeruationem, nunquam poſſet à materia ſeparata conſeruari, nec propriam habere actionem independentem à materia. * Vnde quamuis materia prima ſit capax animæ rationalis, vt aſſerit Suarez: non tamen illam

3 *Rationalis anima non primam, ſed ſecundā materiā & informat.*

continet in ſua potentia in eo ſenſu, in quo reliquas materiales animas contineri à materia dicimus. Hæ enim ſine illius concurſu nullo modo poſſunt ab agentibus produci. Anima verò rationalis nulla ratione ad ſui creationem præſupponit materiæ adminiculum, vt dictum eſt. Itaque id, quod creatur, licet poſſit recipi in materia, non tamen indiget illa ad ſui creationem, quia id, quod creatur, non continetur in potentia materiæ, vt neceſſariò

Formæ materiales nō generantur ſine materia.

continentur ea, quæ generantur. Nulla namque materialium formarū poteſt generari ſine actuali concurſu materiæ. Nam integra cauſalitas materiæ non adimpletur ſola formæ receptione, ſed tunc potiſſimè, cum præbet ſuum naturalem concurſum paſſiuum neceſſarium ad illius actionem. Propterea enim anima rationalis nō poteſt dici ſimpliciter materialis, quia ſcilicet non adimplet totam cauſalitatē materiæ, vt brutorum animę. Et quemadmodum anima rationalis, licet poſtquā creata eſt, recipiatur in materia, vt illius vera forma, non tamen indiguit ad ſui creationem illius paſſiuo concurſu, dicitur veriſſimè ex nihilo fieri: ſic vt animæ brutorum veriſſimè dicantur ex aliquo fieri, ſatis eſt neceſſitate naturæ indigere materiæ concurſu ad ſui productionem. Quotieſcunque igitur aliqua forma ad ſui productionem, & conſeruationem indiget neceſſaria aſſiſtentia, ſiue concurſu cauſæ materialis, dicimus ipſam fieri ex aliquo principio, tamquam ex materia: ex illo ſcilicet potentiali, quod per quandam naturalem neceſſitatem habet talis forma in ipſa materia.

Formarum materialiū conſeruatio pēdet à materia.

Quod autem formæ materiales, ſiue accidentales, ſiue ſubſtantiales ſint, nec fieri, nec conſeruari ſine materia poſſint, probat Ariſtot. 2. *de gen. anim. cap.* 3. dicens, *quorum enim principiorum actio eſt corporalis, hac ſine corpore ineſſe certum eſt, vt verbi gratia, ambulare ſine pedibus. Itaque extrinſecus ea venire impoſſibile eſt, &c.* Si igitur ambulatio, quia merè materialis actio eſt, non poteſt fieri ſine pedibus, ergo nec eius efficiens principium poterit eſſe ſine materia, quia eſt ſimpliciter materiale, nec poterit per creationem fieri, hoc eſt ex nihilo. Hoc enim ſignificat, cum dixit, non poſſe venire ab extrinſeco.

Ex parte etiam agentium aduenit, vt id, quod creatur, non indigeat materiæ concurſu, id verò, quod generatur, neceſſariò indigeat materiæ concurſu. Maximum enim eſt diſcrimen inter agens finitum, & infinitū. Nam hoc ob ſuam omnipotentiam formā alicuius materiæ poteſt producere abſque præſentia, & naturali auxilio eiuſdem materiæ: agens vero finitum, quia terminis comprehenſam obtinet potentiam, non poteſt ſine naturali materiæ concurſu formam generare. Vnde illis aduenit perfectiſſima, ac incorruptibilis eſſentia. Hæ vero corruptibiles, ſicut ſua agentia, manent.

* Quapropter ad argumentū, quo Fernelius probat formam generari non poſſe, quia non præexiſtit generationis ſubiectum, hoc eſt, aliqua pars eiuſdem formæ: reſpondere oportet, ſatis eſſe, vt præexiſtat neceſſarius materię concurſus paſſiuus ad ſui generationem. 4

* Ad autoritatem Ariſtot. dicentis formam non generari, dicendum eſt formam non generari ſimpliciter, & abſolutè: ſed negandum eſt, non congenerari. Nam, quod ſimpliciter ab agente fit, eſt id quod ſimpliciter exiſtit: nempe totum compoſitum ex materia, & forma. Nam generatio leonis, verbi gratia, nō terminatur ſimpliciter ad formam leoninam, ſed ad formam leoninam vnitam cum propria materia. Vnde quamuis formæ non ſimpliciter generentur, congenerantur tamen ab agente ſimul cum toto per illarum eductionem ex materiæ poteſtate. Dicitur igitur generatio merè naturalis ex parte agentis, & ex parte materiæ patiētis, quia potentiæ actiuæ naturali agentis correſpondet in materia par potentia recepti- 5

Digitized by Google

ua naturalis, quæ duæ potentiæ tantam habent inter ſe connaturalitatem, vt vna ſine altera fieri non poſſit. Vnde oritur, vt hæ incompletæ ſubſtantiæ, forma ſcilicet, & materia diſpoſita, ita naturaliter ſint vnibiles, vt nullo indigeant medio ad ſui vnionem, ſi perſeuerauerit neceſſaria diſpoſitio. Quare Fernelius fallitur, cum inquit vniri medio ſpiritu. Quia verò in creatione infinita inuenitur diſtantia inter agens & materiam, propterea forma creata materiam ipſam ſuperat. Nec in artefactis ita pares ſunt illæ duæ potentię, vt in merè naturalibus. Nam in artefactis ſolum habet materia quandam obedientiam ad recipiendam figuram, cuius idea eſt in mente artificis.

Ex quibus omnibus concludimus aduerſus eos omnes, qui materiales animas ab extra venire aſſerunt, vt venit anima rationalis, falſiſſimas eſſe eorum ſententias, probatumque manet illas produci à ſimilibus agentibus, ob naturales, inſitaſque virtutes, quas à Deo in prima mundi creatione receperunt.

Sed quia vnum ex indicijs, quibus probat Fernelius omnes ſubſtãtiales formas creari, eſt, quòd formæ imperfectorum viuentium ab extra veniant, neceſſarium eſt hunc difficilem ſcrupulum enodare. In primis igitur ſupponere cõuenit veriſſimum eſſe id, quod Pater Suarez docet de principali agente imperfectorum animalium *diſp. 18. de cauſa proxima efficiente, ſectione 2.* cœlum ſcilicet, etiam ſi per ipſum intelligamus totũ aggregatum ex omnibus orbibus cęlorum, & intelligentia, nõ poſſe propria virtute illorum imperfectorum animalium animas producere. Impoſsibile enim videtur, vt forma, quæ non eſt anima, poſsit producere tanquam cauſa principalis aliquam animã, quantumuis ſit imperfecta, illãque eminẽter in ſuo gremio continere: efficere tamen eas poſſe cœlum non in propria virtute, ſed in virtute Dei generalis autoris, & prouiſoris totius naturæ, ad cuiuſque maiorem concurſum attinet ſupplere quidquid virtutis deeſt in proximis cauſis. Et in hoc ſolo ſenſu verum eſt, quod omnes philoſophi cũm Ariſtot. dicunt: cœlum ſcilicet cauſam vniuerſalem eſſe reſpectu horum inferiorum. Nam, vt cœlum verè dicatur cauſa vniu rſalis, ſatis eſt, vt aliquarum rerum generabilium, & corruptibilium debiles operãdi virtutes ſuo continuo influxu roboret, & ſuorum contrariorum vim cohibeat, vt continua illarum ſucceſſio in hoc inferiori mundo perſeueret, & aliarum ſit principalis cauſa. Vnde veriſsime colligit Pater Suarez ſolum Deum eſſe principalem cauſam imperfectorum viuentium, & cœlum eſſe illius inſtrumentum.

Patris Suarez dictũ notatu dignum de cœlo agẽte in hæc inferiora.

Cœlũ quo ſenſu cauſa vniuerſalis.

Quo ſuppoſito, reſpondemus ad obiectionem: non propterea concedendum eſſe animas illas fieri per creationem. Voluntarie enim Deus aliquid facit per veram creationem, & aliquid per veram generationem: applicando ſcilicet ſuum conatum eo modo, quo illum applicaret cauſa proxima, ſi vim ſibi ſimile generandi obtineret à principio mundi. Et ideo cum illorum imperfectorum formæ, ſiue animæ ex ſua propria natura ſint materiales, ex ſua etiam natura (quamuis à Deo fiant) fieri non poſſunt ſine actuali concurſu materiæ, quem, vt diximus, omnino excludit creatio. Vnde Deus ipſe educit animas eas ex materiæ poteſtate, non aliter, ac ſi eſſet cauſa ſecunda, & eodem modo concurrit materia ſuo paſſiuo concurſu. Vt animæ enim generabiles dicantur, & nulla ratione creabiles, ſatis eſt, vt neceſſario indigeant principio paſſiuo: propter huius enim carentiam anima rationalis dicitur, & eſt creabilis, & nullo modo generabilis.* Voluit igitur Deus perfectis viuentibus, propter maiorẽ ſuam perfectionem exhibere cauſam particularem, à qua fiãt, & cui aſsimilentur, & quẽadmodum cum horũ indiuiſibili actione concurrit etiam Deus, ſupplẽdo aliquem defectum earũdem cauſarum, & ipſas ſuſtentando:* ſic ad generationem animarũ imperfectorum concurrit ſupplẽdo totam vim ſecundi agentis, operãdo ſcilicet, ac ſi illud eſſet præſens: nempe in modũ naturæ, vt materiæ diſpoſitio expoſtulauerit: ita vt ſi materiæ diſpoſitio exegerit formam

Vt animæ dicãtur generabiles, & non creabiles quid requiratur. 6

7

nam ſcarabei, tali conatu tunc concurrat Deus, ac ſi eſſet ſcarabeus. Quod quidem dicere, tantum abeſt, vt ſit genus impietatis, vt dicebat Galen. quin potius Dei bonitatem, ac ſapientiā ſit declarare. Eſt etenim Deus prouiſor infinitæ bonitatis ſuarum omnium creaturarū, nullique negat auxilium ad ſui productionem, & conſeruationem. Nam, vt D. Tho. ex Auguſtino affirmat, in naturæ inſtitutione nō quæritur, quid Deus facere poſſit, ſed quid rerū natura poſcat, vt fiat.

Ex quibus conſtat nihil probare rationem Fernelij, & aliorū, qui dicunt materiales formas ſiue accidentales, ſiue ſubſtantiales creari, cōſtatque quo modo perfectorum animæ, vna rationali excepta, vi naturalium agentium efficiātur: reſtat tamen nunc explicare, vtrùm facultas formatrix creetur, vel non. Nam præcedentis dubitationis inſtitutionem ideo ſuſcepimus, vt aditum aperiret inquiſitioni de origine, & natura formatricis.

Archiatri Autor, & modus eſſentiales formas procreandi exentiuntur, ventoſi Vento committuntur.

SEXTÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall., tac. 1. Pariſan. cont. 1.

QVapropter etiamſi cōcedamus, &c. Multos in ſuperioribus huiuſce tertij libri capitibus de formatrice facultate, eiuſque laudibus & eſſentia, munere, atque operibus ſermones habuit. Plurimas ſcilicet Antiquorum & Recentiorum ſententias & ſimul eorum autoritates ex proprijs etiā verbis & ſenſis Gallego recenſuit, Hippocratis, Triſmegiſti, Ariſtotelis, Galeni, Auicennæ, S. Thomæ, Scoti, Fernellij & aliorum. Ex quibus alia, ac alia, varia & diuerſa, & quinetiam contraria colliguntur nihilque veri attingentia, verùm perobſcura phantaſtica & commenta omnia.

Vt quòd nimirum ſit Temperamentū: Calidum Inſitum: Spiritus. Quid à Coelis & Syderibus, ab Ideis, ab Intelligentijs, à Cholchodeis, formarum datoribus: à Spiritibus: à Mundi Anima. Quid à Patre, à Semine oriens, ſubſtantia, facultas, Accidens, &c. Vnde nihil boni, nihil veri, veroue ſimile colligitur. Propterea de ijſdem purè ac merè relatis, nihilque concludentibus, pura confuſione, & Chao nunc nos ne verbum quidem.

Nos de Formatrice, Commutatrice, Generatrice facultate, inquam, noſtris in de Subtilitate libris nihil egimus: Præterquàm quòd in prima parte, aſſeruimus facultates omnes idem eſſe cum anima, cuius ſunt facultates: proindeque magis minuſque vigere & agere pro tempore & corporis diſpoſitionibus docente ſenſu, experientia, & ratione ipſa. Vocari tamen ſic facilioris doctrinæ gratia, adiſcentis ad intelligentiam. Ita vt facultas formatrix, generatrix, attractrix, retentrix, cōcotrix, expultrix: Vegetatrix, ſenſitrix, viſiua, auditiua, memoratiua, intellectiua, ſint ipſa anima informans cooperās, quatenus format, procreat, nutrit, auget, videt, audit, intelligit, & quoquo modo mouet.

Propterea nos hoſce ſi ſcopulos euitare, haſceque nenias, nugas, & Antiquorū tenebras aufugere vellemus, Veritati vt eſſemus, ac Dei ſimul mandata ſeruaremus, Dei lumine luculentiùs hiſce de rebus ſecus philoſophari & ſcribere debuimus, quàm antiqui & moderni etiā Chriſtiani ex eorum libris nauigantes fecerūt; & profiteri ſemen animatum fore. Non cum quibuſdam, à, & in teſtibus animari: Si ſimilitudines ad parentes (vt alias præſtitimus) ſeruare & tueri velimus, quemadmodum ſtigmata, affectus, & ſimiles defectus. Si Dei præceptum, quod non fallit recipiamus. Si maxima perfectio à Deo inferioribus animantibus tributa & conceſſa, perfectis ineſſe velimus, & admittamus: qualis videlicet Plantis tradita cōſpicitur, quæ in toto, ac à toto animantur, creſcunt, & multiplicantur Dei Mandato, Creſcite & multiplicamini, quia valde bona: aliæ per ſemina: aliæ per radices, ſurculos, ramos: aliæ per bulbos creſcunt & multiplicantur. Quæ inficiari, aut non admittere non eſt philoſophi, tantum abeſt

Digitized by Google

eſt Chriſtiani Sapientis Dei præceptis ſtãtis. Præterquam quòd res ipſa loquitur, ſi à rei natura philoſophemur, & ſenſibus credamus; quicquid Ariſtoteles ad fundendas tenebras excogitauerit, ſeu vt Atticus & Picus Mirandulanus aiunt, vt ſepia ad ſpargendam attramentum, dixerit, Quicquidue alij Antiqui & Recentiores à Deo Via & Veritate amoti falſis innixi principijs finxerint; quoniam vt Veſpertiliones in ſolidis tenebris aſſueti, à rerum natura non philoſophantes, eiuſdem & Dei luci auerſantur. Quoniam Principiũ verè principium, quia à principio, & principiò principium veriſſimũ poſitum, Creſcite & multiplicamini. Gallego hic ſiſte pedem, & tu Lector ſta: quoniam hic initium eſt huius ſapientiæ.

Propterea inquam, nos ſemen animatum, ac in toto, atque à toto, vt in plantis certò pronaſci, & ſibi domicilium fabricare ſtatuimus; vt meritò de formatrice facultate ſeorſim, ſeorſim dico ſic (ſecus vt animæ facultas) neſcientium aſylo pertractare renuimus.

Quibus relatis & ſic poſitis, in præſentia de Autore & modo procreandi formas ſubſtantiales loqui Gallego aggrediamur.

Pariſan. cont. 1. Quapropter & nos tametſi credamus, & concedamus materiam primam ſimpliciſſimam creatam à Deo & materiales formas ſimplices, ſeu ſimplicium & compoſitorum poſt creationem è materiæ potentia educi, non tamen ex ſimpliciſſima materia prima; ſed ex ſecunda ſemper & compoſita. Veluti exempli gratia, ſi de ſimplici procreatione loquamur, ex qua aer, aut ex aëre ignis: Ignis agit in aerem, in quem ſuas introducit qualitates, ac demum in eodem inſtanti corruptionis aëris forma ignis ingreditur: Et ita ignis forma non è ſimpliciſſimæ primæ materiæ potentia educitur: ad quam nec aëris materia, nec ignis forma peruenere; ſed ex ſecũdæ materiæ, ſeu compoſitæ potẽtia: quoniam in eodem inſtãti, inquam, corruptionis, ignis ortus ſit ſuis primum qualitatibus introductis in materiam dico ſecundam, compoſitam, aëris: & ita non è ſimpliciſſimæ materiæ primæ potentia: eo maximè ſi primæ elemẽtorum qualitates eorum formæ ſtatuantur. Eodem modo, & eo magis ſemper, ſemper compoſitorum materialium materiales formæ de ſecundæ materiæ potentia proximè educuntur, vt mineralia, &c. quæ non ex ſimplici primæ materiæ potentia fiunt, eorum formæ educuntur; ſed ex ſecundis materiebus, elementis, miſtis ſcilicet educuntur Solis & Aſtrorum virtute calore. Et ita in hiſce ad viuum reuocatis, & reſecatis, nec Ariſtotelem, nec Peripateticos, neque Gallego bene ſentire conſtabit.

„ Ita enim agens generationis continet „ in ſua virtute actiua formam producendi fœtus, &c. *Gall. ta. 2.*

Ex hiſce imperfectis & vita deſtitutis, & ex mutua elementorum actione & paſſione, vnde proximè ortus & interitus, nõ eſt ſic tranſeundum ad viuentia, quoniam fallacia committitur ab Archiatro. Quandoquidem extrinſecum agens procreandi fœtus non continet eo modo formam, vt è materiæ potentia educat, nec in ex cœnoſa materia ortis, nec per propagationem natis, vt Gallego infra exiſtimat & probare contendit. Non in ex putri ortis: quoniam tametſi è ſecundæ (non primæ ſimplicis) materiæ potentia animæ educantur, proinde materiales & corruptibiles; non propterea continentur, & in extrinſeco agente particulari ſunt, in Sole, in quo non ranæ, muris, locuſtæ, ſcarabæi formæ; ſed ab ipſo, vniuerſali cauſa ſimul indifferenter ſecundas materias diſponente ad formarum inde egreſſum. Eo minus & minimè in ex propagatione ortis ab extrinſeco, & in extrinſeco formæ continentur & producuntur, vt infra diſcutietur. *Pariſan. cont. 2.*

„ Vnde quamuis materia prima ſit capax „ animæ rationalis, vt aſſerit Suarez, &c. *Gall. ta. 3.*

Ego ſanè non video, nec mẽte aſſequor, quo modo materia prima ſimpliciſſima animæ rationalis ſit capax, parcat Doctiſſimus Suarez: Quoniam in primis ab hiſce ſtatuitur, quòd rationalis anima in ſemen infundi non poſſit: propterea quod ni fallor, credant ſemen corrumpi, & ita informato corrupto ſubiecto, anima abiret: *Pariſan. cont. 3.*

ret:

ret? Quo circà ſi è materia prima ſimplici, ad compoſitas elementorum, ab hiſce ad ſanguinem, à ſanguine ad ſemen, à ſemine & ſanguine ad ſemineas, & ſanguineas partes, & tot membra, tranſitus plures & eſſẽtiales illis mutationes neceſſario, (plurimæ ſaltem, & certò) quo modo rationalis anima informabit, ſtabit, conſeruabitur in eodem corpore pluribus abſque receſſibus?

Gall. ta. 4. Quapropter ad argumentum, quo Fernelius probat formam generari non poſſe, &c.

Pariſan. cont. 4. Ad Fernelium noſtris certis, & veris ex principijs (minimè ex Ariſtotelis tenebricoſis receptis) dicimus: Quia generationis ſubiectum elaboratum perfectum & proximum exiſtit, formas ingredi, eidem adgenerari: Semen nimirum in generante diſpoſitum ad recipiendam animam, eadem particeps fieri; modo quo implicuimus: propterea in inſtanti à præſentibus procreantium parentum animabus (modo inquam à nobis declarato) præſentia ſubiecta ſemina animari. Non è materia prima (è tenebris ſcilicet) educi; neque è ſecunda elementorum, aliaue animam educi inquam; ſed perfecta optimè diſpoſita ſemina anima ingreditur & animat: quod ſemen animans, ſemine principiò, poſt ſanguine nutritur & augetur, vt Galenus docuit, & nos pluribus.

Gall. ta. 5. Ad Autoritatem Ariſtotelis dicentis formam non generari, dicendum eſt, &c.

Pariſan. cont. 5. Nos ſecus Ariſtoteli, eius principijs nõ ſtantes; reſpondemus, Formas procreari, inquam, immo & compoſitum, non quidam materia prima, ſed animę proximum ſubiectum, quod eſt ſemen à Leone ex alimenti & proximè ex ſanguine genitum ſuperueniente poſtea dicto modò anima: non è materiæ potentia dico (vt Ariſtoteles) educta egreſſa; ſed a leonis (ſeu à leonum maris & fœminæ) anima communicata: quo modo bruta creſcunt & multiplicantur, ſicuti & plantæ iuxta Dei præceptum peranimata ſemina, germina, ramos, radices, bulbos. Quæ præter certa Dei verba, Ipſa Veritas, à natura rei ſenſata ſunt, quicquid cœteri garriant.

Voluit igitur Deus perfectis viuentibus propter maiorem ſuam perfectionem, &c. Gall. tac. 6.

Voluit profectò Deus animalia perfecta, & imperfecta etiam, quæ per propagationem fiunt, vtpote à ſumma ſua Sapientia creata; ita propagari creſcere, multiplicari, & progignentibus ſimilia fieri ſuum iuxta mandatum: quia valde bona, propterea & omnibus certò aſſidere: ſecus nec vita, nec quinetiam eſſe dantur. Aſt increatis, & ex putri ortis vt cauſa particularis aſſiſtat & præſto ſit, ac ſi parens & naturalis progenitor eſſet, nullo modo credimus: quemadmodum, quod, nec id Doctiſſimus Pater Suarez dixerit. Pariſan. cont. 6.

Nos credimus, quod Scarabeus ex putri ortus oriatur Dei permiſſu & Vniuerſarum Cauſarum ope & opera, vt cetera ex putri concurrente vniuerſali cauſa Cœlo, quod ex cœnoſa illa materia, ita à Solis & aſtrorum calore diſpoſita, apta, & prompta ad formam & animam Scarabei, locuſtæ, ranæ, muris, &c. anima exurgat, è ſecundæ materiæ potentia educatur: Quæ ſic diſpoſitam materiam Cœlorum vi & calore agente & conſeruante, talem ſibi fabricam progignat, & tales à propria tẽperie & inſtrumentorum diſpoſitiones & qualitates: tales proprietates & virtutes obtineat, & aſſequatur, quales ſcarabeus, cicada, rana, locuſta, pirauſta, muſca requirunt; Non primò & immediatè à Deo, ac ſi ipſe progigneret abſque creatione pirauſtam, in qua, in quibusue è putredine ortis non eſt eius ope tale opus; ſed ſat, quòd à ſecundis Cauſis, quæ (Cœli) nos, & perfecta creata animalia conſeruantes ſunt: Eorum ex cœnoſa inquam materia ſint procreantes, & ſeruantes quoque. Quoniam putidum, putridumque id nobis dicta videtur; Deum ſic ad ſcarabei ortum concurrere, quod omnibus malè olet, ac non parum aures lædit, niſi etiam impietatem ſapere Eth̃nico cum Galeno dicere velimus: quoniam de maximè immundis nimis immundus de Deo ſermo eſt.

Gallega lib. 3. ca. 17. pag. 134.

Quod facultatis formatricis communis origo non ſit ab extra, ſed à principio intrinſeco oriatur. Gallega.

CVm iam ſit abunde probatum nullã materialium formarum extra materiam poſſe fieri, nec concurrente materia ipſa per creationem oriri, ſed omnes congenerari ſimul cum toto, vel ab agēte pro-
1 ximo ſimul cum concurſu Dei,* vel ab ipſo ſolo Deo in modum agentis naturalis operantis, ſimul cum concurſu materiæ: reſtat nunc explicare id, quod potiſſimè in
2 hac diſputatione intendimus: * an ſcilicet facultas formatrix producatur à Deo, aut ab aliqua intelligentia, aut è cœlo in quacumque formanda materia: an verò à nullo agente creetur externo, ſed internum habeat in vnoquoque viuente naturale principium.

Ad cuius dubitationis explicationem ſupponere oportet omnia fundamenta, quibus probatum fuit in ſuperiori cap. nullam formam materialem ab extra venire poſſe, quod explicuimus ex Ariſt. exemplo facultatis ambulatricis. Sic etiam animaduertendum eſt, quemadmodũ in vnoquoque compoſito naturali materia eſt principium cuiuſcunque tranſmutationis, ac paſſionis,* ſic formam ſubſtantialem eſſe originem, ac fontem cuiuſcunque actionis. Eſt etenim forma principium, & origo omnium perfectionum attinentium ad
3 conſeruationem ſpeciei, & eſt actus determinans, & perficiens materiam, principiumque principale cuiuſcunque operationis compoſiti. Vnde ipſa ſola eſt etiam origo omnium facultatum, medijs quibus operatur.

Materia eſt principiũ tranſmutationum omnium, forma verò actionum.

4 * Cum igitur facultas formatrix ſit forma accidentalis actiua, orietur etiam per ſimplicem emanationem à naturali origine omnium formarum accidentalium actiuarum exiſtente in quocunque viuenti,
5 ſiue planta, ſiue animal ſit. * Et minime repugnat hanc ſapientiſſimam, prudentiſſimam, & iuſtiſſimam facultatem eſſe, & à principio, quod caret intellectu immedia-
6 tè oriri. * Nam, vt in ſuperiori, cap. dicebamus, ſatis eſt ad illius prudentiſſimum modum operandi primum ſuum ortũ habuiſſe ab infinita ſapientia. * Omnipotēs 7
enim Deus, cui omnia ſunt poſſibilia, naturalem dedit huic virtuti inclinationem omnes deſtinatos ſibi fines, non ſolum in ſenſitiuis, ſed etiam in vegetatiuis, ſine errore conſequendi. Nam, vt Plato in Timeo aſſerit, optimus, non niſi pulchrum, facere poteſt. Sic etiam dicebat, Deus multa in vnum colligere, rurſuſque vnum in multa producere ſufficiens eſt. Scit enim ſimul, & poteſt. Vnde nos verè credimus formis ſubſtantialibus, præſertim animabus, reliquiſſe Deum vim generandi ſibi ſimile, vt diximus, quia ſcit, & potuit, * ſic 8
etiam reliquiſſe eiſdem animabus virtutem habentem naturalem inclinationem, & potentiam faciendi neceſſariam materiæ extenſionem, id eſt integram, ac neceſſariam formationem ad animæ introductionem, & conſeruationem. * Solus 9
enim autor naturæ cognoſcens cuiuſcumque naturalis rei proprias qualitates, numeros, menſuram, & vincula partium, potuit in creationis principio exhibere vnicuique viuentium ſpeciei inſitam virtutē; quæ talem habeat neceſſariarum rerum notitiam per naturalem inclinationem, vt ſine intellectuali notitia faciat omnia ſine errore.

Optimus non niſi pulchrũ facere poteſt ex Platonis

10 * De qua re ſtupefactus Ariſt. vt dicebamus, 1. de par. c. vlt. exhortatur omnes homines ad contemplationem admirabilis ſolertiæ, & inſiti naturæ ingenij, & eos homines, qui in vilioribus animalibus, aut plantis hoc viuentium naturale ingenium ſpreuerunt, puerilem intellectum habere affirmat. Vnde nos puerile ingenium eos autores habere affirmamus, qui propter admirabilia opera facultatis formatricis, non audent dicere, ita naturalem, ac congenitam eſſe vnicuique ſpeciei, ac eam facultatem, quæ ſimpliciter ab omnibus dicitur generatrix, ſiue commutatrix ab Auicenna. Quare nos dicimus vnamquamque animarum ſpeciem talem recepiſſe virtutem, quæ ſine diſcurſu, ſed per ſimplicem quandam tendentiam, rectius formet omnia neceſſaria organa, quã ſi rationali diſcurſu duceretur. Nam artifices, qui hoc

Digitized by Google

hoc modo ſua conficiunt opera, ſæpiſſime errant: facultas verò formatrix, hec errat, nec obliuiſcitur. * Habent etenim facultates naturales ferè eundem ſcientiæ modum, quem aliqua bruta in ſuis operibus ſeruare videmus. Aliqua namque animantia admirabilia conficiunt opera ad ſui conſeruationem inſtituta, ſola naturali inclinatione ducta. Quis enim non admiratur conſiderans quãta cura, ratione, & prudentia apes gubernentur, vt ſua reſpublica conſeruetur? Admirabilis enim eſt modus fundandi ſuas veluti ciuitates tanta ſcilicet fortitudine innumeris cauitatibus ad euacuationem excrementorum, ad introductionem alimentorum, ad eorũdem repoſitionem, & ad prolis generationem præditæ, ad cuius conſeruationem indicibilia etiam machinantur. Quod ſi ipſarum gubernandi modus obſeruetur, quem ſeruant in regenda turba, ſtuporem profectò inducit. Ita enim Regi obediunt, vt nulla àb eius ordine recedere audeat, omneſque eius vitam maxima cura tueãtur, eiuſdem habitaculum in tutiſſimo loco fixum habeant. Inferiores verò duces ſequuntur, dũ iuſtè gubernant: ſi verò iniuſtè faciant, vel plures ſint, quam par eſt, eoſdem perdunt. Quæ quidem omnia, & alia quamplurima multo rectius præſtant apes à naturalibus inclinationibus ductæ, quàm ſi per acutiſſimum diſcurſum id facerent. Eſt autem ſcientia illa operandi ita illis congenita, ac propria, recepta ſcilicet in prima mundi creatione, vt ſi non eſſet neceſſaria dependentia ipſarum, & ſuarum actionum ad eſſe, & conſeruari, à primo Autore, poſſent ſuis congenitis viribus eadem ſine ipſo præſtare.

11

Apum prudentia, & regimen.

12 * Vnde non ita acuratè, vt debent, conſiderant opera Dei, qui negãt viribus naturæ congenitum admirabilem operandi modum. Quapropter facultatem formatricem aſſerimus eſſe naturalem facultatẽ dimanantem ab eſſentia ſpecifica cuiuſcumque rei viuentis, vegetabilis, aut ſenſibilis, vt cum ſententiam Galeni explicuimus, dicebamus.

Facultas formatrix vnde oriatur.

Et fortaſſe, vt tunc diximus, non aſſeruit Galen. hanc facultatem eſſe diuinioris originis, quia exiſtimauit ſeparatam à toto à Deo creari, atque poſtea infundere ipſam in ſingulari quocunque conceptu: ſed potius quia videbat eius operandi modum excellentiorem, ac multo certiorem eſſe rationali operandi arte. Nam, vt ſuperiùs dicebamus ex Ariſt. 4. de part. cap. 10. officium diuini eſt ſapere: quapropter cum iſta facultas, in ſuis operibus nunquã ſimilitudine veritatis fallatur, ſed ſemper id, quod reuera eſt verum, aſſequatur, non mirum eſt, quod ipſam diuinam appellet Galen. quẽadmodum Plato noſtram intelligentiam appellat in Timeo diuiniſſimam, atque ſacratiſſimam, propter ſolam ſapientiam: vnde aſſerit caput eſſe habitaculum diuini, atque ſacratiſſimi. Et Galen. quoque, quamuis neget animam creari, fatetur tamen 3. de vſu part. cap. 10. diuinam eſſe facultatem eam, qua veritatem contemplamur.

Intelligẽtia noſtræ elogium ex Platone.

Anima, diuina facultas.

Quapropter non mirum eſt, ſi facultates naturales, præſertim hanc, quam formatricem appellamus, nominet diuinas ſolum propter ſua opera, vt Ariſt. apes diuinas appellat, etiamſi ſciat naturæ congenitas eſſe. Imò congenitã eſſe viuẽtium ſpeciebus facultatem formatricem, præter eas rationes, quas ſuperius diximus, videtur ipſe ſentire quibuſdam exemplis, quibus explicare videtur, quomodo viuentia ſua naturalia opera conſequantur. In primis enim 4. de vſu part. cap. 2. Homeri fabula de Vulcano, cuius inſtrumẽta, folles, & ancillæ promptiſſime, vt in ſua mente volebat dominus, opera ſibi commiſſa exequebantur, abſque expreſſo ſcilicet, nouoque mandato. Quod quidem omnibus facultatibus contingere dixit Gal. vt ſcilicet abſque nouo ordine ſupremi Creatoris, ſua munia conficere ſciant.

Apes diuinæ Ariſt. dicũtur.

Allud verò accommodatiſſimum exemplum refert 14. de vſu part. cap. 5. quo infallibilem conſequendi finis artem huius, & aliarum facultatum naturalium, earundemque originem, explicat. Aſſerit enim naturalia organa non conficere ſua admirabilia opera mente, ac prudentia: nam ſi hoc modo operarentur, non corporis humani partes, ſed integri homines eſſent.

Digitized by Google

Ab hominibus enim ſolis occaſiones, & modus operandi cognoſcitur. Vnde concludit organa ita facere ſua opera propter neceſſitatem agendi ortam à ſuis propriis intrinſecis naturis, vt poſita debita materia, impoſſibile ſit, vt aliter operentur. Quã naturalem operandi neceſsitatem, facultatemque recipiſſe à Deo organa affirmat, eo modo, quo rotæ eæ, quæ conficiuntur ab his artificibus, qui errantium aſtrorum periodos imitari conantur. Nam ſimul, atque illi, per quædam inſtrumenta quoddam initium motus totis præbent, talem in eiſdem inſtrumentis manet vis, ac diſpoſitio, vt poſtea non ceſsent à ſuis motibus, donec deſtinatos à primo artifice fines conſequantur: eodem igitur modo, inquit Galen. naturalia corporis organa tales habent à primo Conditore inſitas facultates, taleſque diſpoſitiones, vt ſine actuali doctore, ſineque intellectu omnia ſibi concinnata opera perficiant. Vnde in citato loco non laudat facultatem, ſed ſummam ac ſupremam potentiam primi Conditoris, qui tanta ſcientia prædita fecerit inſtrumenta.

Organa poſita debita materia non poſſunt non operari.

Quod ſolum intelligere oportet de prima illa virtute, quam in prima creatione

13 dedit viuentium ſpeciebus. * Nam quamuis omnium ſpecierum conſeruatio perpetuo indigeat auxilio primæ cauſæ: non tamen peculiaris virtutis formatiuæ productio fit de nouo ab ipſo Deo in ſingulo indiuiduo, ſed à propria natura eiuſdem indiuidui fouente Deo: propterea enim vulgariter dicitur opus naturæ eſſe opus intelligentiæ. Quia ſcilicet tanto ordine efficiuntur, ac ſi immediate à prima efficerentur cauſa. Et in hoc ſenſu intelligẽdus eſt Ariſt. cum lib. de mundo, inquit, *vetus ſermo eſt, à maioribuſque proditus, vniuerſa, tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe, atque coagmentata*. Et Empedocles quoque dicebat,

Opus naturæ opus intelligentiæ.

Omnia quotquot erunt, quot ſunt præſentia, quotque
Orta fuere antehac, ſtirpes, hominesſque feraque,
Inde etiam volucres, piſceſque humoris alumni,
Sunt figmenta Dei.

Potiſſima verò ratio, propter quam Gal. dubitat de origine facultatis formatricis, eſt. Quia ipſe temperamentum primarum qualitatum conſtituit originem omnium naturalium facultatum; per quędam verò ſigna colligebat formatricem facultatem hanc non ſequi temperamentum. Nam male formati plerunque bonum habent temperamentum, & econtra.

Sed iſta inferendi ratio nullam habet vim iuxta veriſſimam, quam ſequimur, ſententiam. Diximus enim facultatem formatricem, ſimul cum reliquis omnibus virtutibus dimanare à ſubſtantiali forma.
* Nam forma ſubſtantialis in vnoquoque 14
corpore compoſito aſſimilatur primæ cauſæ vniuerſi. Quemadmodum enim ab hac non ſolum omnes ſecundæ actiuę cauſæ dependent, ſed etiam cuncta creata: ſic à forma ſubſtantiali dependent omnes corporis particulares virtutes conſeruatrices, & in ea, tanquam in ſubſtantiali principio agendi radicantur, & nullo modo in temperamento, quod quidem ab eadem ſubſtantiali forma conſeruatur, tanquam diſpoſitio neceſſaria ad actiones eliciendas, & ad ſui conſeruationem. Vnde conſtat non eſſe neceſſarium, vt, qui verbi gratia, bene temperatum habet cerebrum, obtineat caput bene formatum; reliquumque corpus. Non enim formatio deprauatur ſolum propter malam temperiem. Nam facultas formatrix alijs etiam multis indiget, vt perfectam edat actionem. Imo, vt docet Ariſt. 5. *de gen. an.* multa accidere poſſunt in generatione, propter quæ peruertitur conformatio. Facile enim, vt inquit, deprauatur, quod paruum eſt, ſiue, quod tenerrimum eſt: tale autem eſt, quod gignitur. Principium enim in ijs, quæ gignuntur in paruo conſiſtit, proptereaque facile deprauatur. Deprauatur itaque cõformatio à quam plurimis internis, & externis cauſis, quæ nulla ratione euertere poſſunt temperiem, vt dicemus. Vnde facile eſt, vt malè formatus in exterioribus optimas habeat principum partium temperaturas: frequentius tamen bene tem-

Formationis deprauatio vnde fit.

Digitized by Google

temperatus, ob animam quoque habeat formationem.

15 * Potiſſima verò ratio, quæ probat facultatem formatricem non oriri ab extrinſeca cauſa, eſt ea, qua probatum eſt animas materiales non poſſe creari, propter neceſſariam dependentiam, & inſeparabilem vnionem, quam obtinẽt cum materia. Nam quemadmodum animæ materiales, neceſſariò debent educi ab agentibus ex poteſtate materiæ primæ: ſic formæ accidentales, quæ ſunt materiales, debent educi ab ipſa anima ex poteſtate materiæ compoſitæ, vt facultas pulſifica ex poteſtate cordis, & ſic de cæteris: ſed facultas formatrix eſt facultas materialis, ergo debet educi ex poteſtate alicuius particularis organi, & non generari à cauſa extrinſeca.

Facultas formatrix non oritur ab extrinſeca cauſa.

16 * Ex quibus omnibus probatum etiam manet facultatem formatricem non poſſe oriri à ſeminis forma: præſertim in eorum opinione, qui dicunt ſemen non viuere. Sed de his poſtea magis ex inſtituto agemus. Nunc verò, vt maiori cum claritate in re difficillima procedamus, explicare volumus, quibus dicatur à philoſophis modis organizatio.

Gallego cuncta exprompta expenduntur, exploduntur omnia à Pariſano.

SEPTIMÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall. tex. 1. „ Vel ab ipſo ſolo Deo in modum agentis, &c. „

Pariſan. cont. 1. Omnes materiales formas & animas ſimul cum toto & ab agente proximo per propagationem cum Dei concurſu congenerari aſſentimur. Nequaquam verò ab ipſo ſolo Deo in modum agentis naturalis operantis cum materiæ ſimul concurſu, vt ſupra Gallego ſtatuit: quod (erroneum diximus) & nunc aſſerit: quodque ſimiliter nullatenus admittere poſſumus. Non in creatis à Deo, quibus Deus progignendi vim reliquit, vt Gallego ſupra & infra fatetur, & nos ex Dei præcepto, creſcere & multiplicari oſtendimus, & pluribus rationibus, ac à natura rei, pluribuſque modis à ſe ipſis procreari vniuerſalibus conſeruantibus cauſis.

Reliqua verò, quæ à Deo Opt. Max. non ſunt creata, nec creantur, (vt rationalis anima) & proinde nec ijs relicta vis, & deſiderium procreandi: nec iuſſum eſt creſcere & multiplicari: quoniam tũc nondum in rerum natura erant: Quæ nec à Deo progigni vt ab Vniuerſali naturali cauſa, vt à Sole, Cœlo: quia ſic Deus concurreret calore diſponente, aut motu & lumine Ariſtoteles diceret: quod nobis erroneum, ac impium eſſet dictu. Neque per propagationem progignuntur ab ipſo ſolo Deo in modum agẽtis naturalis operantis ſimul cum materiæ concurſu generari nos dicere auderemus vnquam: quãdo id erroneam quoque credamus, ne maximè impium dictu aſſeramus. Quod in quacunque perfecti animalis etiam procreatione naturali aſſeueramus, ſi daretur (quoniam per propagationem in ijs omnibus creatis, inquam, generatio fit) talis immunda actio & procreatio, tantum abeſt, quòd Deus ſic, vt Scarabeus, Vermis, pediculus, pulex, generaret, vt Gallego aſſerere audet. Adde præterea, quòd neque ſic Deus (erroneo impioue poſito) agere poſſet ſuis poſitis ſummis ordinibus & legibus (eorum abſque reuocatione) ſecundarum cauſarum concurſu, quo ex putri, ijs diſponentibus immunda illa procreantur, eorum animæ è ſic diſpoſita materia educuntur: à quibus animabus ſumma Dei Sapientia elucet mirabilibus eorum ex fabricis & operationibus, nequaquam ab extrinſeca accidentali ficta formatrice, quæ in hiſce nec à ſemine, nec à parentibus; quia nec per propagationem generantur; ſed ex cœnoſa materia producuntur, & tamen admirabiles corporum fabricæ, & admirabiles animalium (vt de Araneo diximus) operationes: Vnde purum Archiatri figmentum ruit, & præcipitat.

„ An ſcilicet facultas formatrix producatur *Gall. tex. 2.*

catur à Deo, aut ab aliqua Intelligentia, aut &c.

Pariſan. cont. 2. Nos formatricem facultatem idem cum anima dicimus, rationeque ſolummodo diſtingui, vt alias, aſſeruimus; Vt quemadmodum anima format, nutrit, auget, mouet, ſentit, videt, audit, intelligit, &c. facilioris doctrinæ gratia, formatrix, auctrix, motrix, &c. facultas dicitur eadem anima talibus muneribus inſito medio calore, ſpiritibus, & alijs corporeis & compoſitis inſtrumentis, agendi, ſentiendi, mouendi, &c. dum vtitur fruitur: quemadmodum ijſdem, fabricato ſibi mirabili domicilio, eadem anima mirabilia (nequaquam extrinſeca formatrix facultas, aliaue) operatur, vt alia alius ſpeciei Dei & Naturæ dono, homini incomprehenſibilia: quia Mirabilis Deus omnibus ſuis in operibus: quæ non extrinſecus, ſeu ab extrinſeca formatrice facultate, vt Gallego commentatur; ſed intrinſecus fiunt ab ipſa anima medio inſtrumentali ſuo inſito calore: Quam ob rem eadem ſpecie anima idem ſibi ſemper domicilium fabricat: eoſdem mores, eaſdem & intus & extra operationes exercet: Quæ ex animato ſemine in ex propagatione ortis colliges: necnon in ex cœnoſa materia procreatis experieris: in quibus Gallego formatricis facultatis figmentum locum non habet, & manifeſtum ſomnium colligitur. Quemadmodum dein in hac veritate confirmaberis ſi eorumdem vilium animalium admirabilia artificia conſiderabis: quæ niſi à Summa Natura communicarentur, eorum non crederentur opera; Vt de Apum artificijs Gallego infra dicet, nos mirabiliora aliàs de Araneo recenſuimus, non ſolùm de admirabili eius tela, quam ſic homo conſtruere neſciret; ſed quo modo (præter conficiendæ telæ finem, & in medio reſidentium, ad quod omnia ſtamina reſpondent) duos inter diſtantes altos parietes prima hinc inde ſtamina ducat reducatque nendo pro totius alterius parietis deſcenſum, à ſummo ad imam plantam, alterius deinde ad cacumen aſcendendo filum colligendo, [illegible] poſito, ſupra & infra tanta ac tali, propter firmet, atque maxima arte, admirabilique artificio, ſtamina ac telam proprio ex pectore eductam componat & citiſſimè abſque alis, & cimba aduolet, & tranet, ſolo ſapientiſſimæ Naturæ inſtinctu a nobis vix comprehenſibile. Quæ non à Sole, Cœlis, Cholchodea, Intelligentijs, Mundi anima, accidentali extrinſeca formatrice, alijſue fictis & commentis phātaſticis; ſed ab Anima & Naturæ, animæ, inquam, proprio ſpecifico inſtinctu vt primùm ratione, mox ſenſu ipſo colliges.

Sic formam ſubſtantialem eſſe originem, ac fontem cuiuſcunque actionis, &c. „ *Gall. „ ta. 3.*

Subſtantialem formam & animam cuiuſcunque actionis principium, originem & cauſam eſſe, quemadmodū & omnium perfectionum ad ſpeciei conſeruationem attinentium, actuſque determinās, ac perficiens materiam, principiumque præcipuum cuiuſcunque operationis compoſiti eſt, ſicuti Gallego ſcribit: & conſequenter addimus nos, & principium erit, origo, & cauſa determinans & perficiens in animato à parentibus ſemine ſuam fabricam, quemadmodū in ex putri ortis certò conſtat hac abſque formatrici accidentali facultate à ſemine dependente: Et hîc Archiatrum gradum ſiſtere volumus, & egredi aufugereque ſuis hiſce commentis ſi poteſt. *Pariſan. cont. 3.*

Aſt quòd facultatem ſit origo, eo quo Gallego modo fingit, inficiamur, tametſi non ſibi conſtet, quum dicit, quòd forma, id eſt anima ſit origo, & fons cuiuſcunque actionis, vt potè principium atque origo omnium functionum attinentium ad perfectionem ſpeciei, (nos indiuidui quoque) quoniam eſt actus determinans & perficiens materiam (ergo hanc materiam, indiuidui, & huius ſcilicet) principaleque principium cuiuſcūque operationis compoſiti: Igitur forma, Anima domiciliū ſibi fabricat, Quà forma, quà principale, quatenus Origo, quatenus fons huius riuuli, cōpoſiti immediatè & proxima Cauſa:

Ergo

Ergò ſemen animatum, ſi Archiatro ſic placet.

Gall. „ *ta.c.4.* „ Cum igitur facultas formatrix ſit forma accidentalis actiua, orietur &c.

Pariſan. tont.4. Huius Archiatri ſententiæ Vanitas ſatis luculentè ex dictis colligitur: Hanc accidentalem videlicet formatricem facultatem, ſimplicem per emanationem ab anima arbitratu ſuo non naſci, vt abſque anima formet & fabricet: quando in ex putri ortis eadem mirabilia, eædem mirabiles fabricæ, ijdem effectus, eædem operationes extent, & ſub ſenſum cadant, abſque tali Archiatri inuento & figmento: quare fruſtra fit per plura, quod per pauciora, fieri poteſt, ac æquè bene. Ea propter anima ipſa ſibi conſulit, fabricam ſibi fabricat: & ſubinde ſemen animatum; ſicuti ex putri materia diſpoſita, & deinde in & ex ea emerſa domicilium ſibi fabricat, ac per varia, quanta, & tali diſpoſita materia generatur mus, rana, locuſta, cicada, pirauſta, araneus, &c. In quibus omnibus Naturę mirabilia abſque extrinſeca accidentali extrinſecus emanante facultate obſeruantur; ſed à ſole diſpoſita materia, atque è materiæ potentiâ educta emerſa anima ſibi propriam fabricam, proprias poſt & peculiares mirabiles operationes exercet, vt de Araneo ; diximus.

Quam ob rem, inquam, anima principiò inſito ſibi cōgenito calido domicilium & propria adamuſimque inſtrumenta ſibi fabricat: quibus tales ſibi proprias operationes exercet. Proindeque ipſa anima medio materiali inſtrumēto ſentit & agit, non accidentalis forma facultas, niſi id, & ſic facilioris doctrinæ gratia, & intelligentia dicamus. Propterea anima ſentiens in oculo (facilioris doctrinæ & intelligentiæ gratia, facultas viſiua dicitur) in neruo expanſo, in amphyliſtroide, retina: non in chryſtallino, vt fabulantur, videt. In aure, in Chocleæ neruo, non in aëre, ſeu aer, vt commenti ſunt, audit. Sic in mamillaribus narium proceſſibus anima, ſeu facultas odoratrix facilioris intelligentiæ gratia, odoratur: in ore guſtat: & in neruis, nerueiſque partibus ſentit & nouit, non fictæ accidentales facultates.

Ita pariter alijs in animæ actionibus, tum in fabricæ initio: tum in indiuidui actionibus poſtea vſu venit, & reapſe Anima agat: non autem ſic excogitatæ accidentales facultates; ſecus omnia figmenta.

Quandoquidem formatrix hæc accidentalis facultas ſic alias continebit ſub ſe formas accidentales formatrices, & formatricum ſpecies, atque harum aliæ alias: quoniam alia formatrix ſeminifica nō omnium ſeminearum; ſed alia cerebrifica, alia teſtifica, vterifica, neruifica, vterifica, venifica, arterifica, membranifica, oſſifica, cartilaginifica, dentifica: alia ex hiſce miſtis, tendifica, cutifica, vnguifica. Sic alia Carnifica diuerſas habebit, & continebit carnificarum facultatum ſpecies: quoniam Cordifica non erit Hepatifica, Splenifica, Pulmonifica, Renifica, Linguifica, muſculifica, gengiuifica, glandifica. Sed vna Anima Natura ſapiens in omnibus perfectè perficit omnia.

Sic in alijs facultatum actionibus contingit; quoniam formatrix quà talis, alia à propria, operationes præſtare non habet.

Quamobrem formatrix iſta accidentalis forma non erit abſque generica Concoctrice, & cōſequenter abſque pluribus concotricum ſpeciebus; quoniam alia in ventriculo concoctio celebratur, alia in cerebro, in teſtibus, Veſica, neruis, venis, arterijs, tendinibus, oſſibus, membranis, &c. Aliæ in carnibus, Hepate, Corde, Splene, pulmonibus, Renibus, Mammis, glandulis. Sic de Tractrice, Retentrice. Et ſic de ſingulis nugarum Nugæ colliguntur.

Sed vt vna & eadem Anima prout varijs & alijs innatis calidis, diuerſis ac alijs in corporis partibus, & inſtrumentis agit & operatur, ſuo vt in campo ſtatuimus; Ita alia molitur & præſtat tot abſque nenijs.

Et Minimè repugnat hanc Sapientiſſimam, prudentiſſimam, & iuſtiſſimam „ *Gall.* „ *tac.5.*

H 2 ac

facultatem eſſe, &cæt.

Pariſan. cont.5. O Bone Deus, quo modo non repugnat ac maximè reclamat, accidens, accidentalemque fictam facultatem ſapientiſſimam, prudētiſſimam, iuſtiſſimam appellari? quo modo non maximè reclamat accidentalem animæ facultatem abſque anima: alterum abſque altero relatiuo, ſuo ſine fonte, fundamentoque riuulum, & fabricam exiſtere, agere, quinimo mirabilia præſtare?

Gall. tac.6. „ Nam vt in ſuperiori capite dicebamus, „ ſatis eſt ad illius prudentiſſimum modum, &c.

Pariſan. cont.6. Et nos diximus & dicimus ſatisfuiſſe à Deo Op. Max. primùm creata prudentiſſimum procreandi modum ab Infinita Sapiētia recepiſſe cum præcepto creatis, creatis dico, Archiatre doctiſſime, non accidentali facultati, vt creſcerent & multiplicarentur, non facultati replico, vt facultates creſcerent & multiplicarentur; ſed animatæ ſubſtantiæ, viuentia indiuidua, ſeminibus animatis, animatis germinibus, intellige & nota, ramis, bulbis; Vt omnia à Deo creata creſcunt & multiplicantur abſque accidentali formatrice tibi forma ſapientiſſima ab anima ſeparata, & ſine anima. Quod admirandum Archiatrum falſiſſimum colligitur: quando eadem mirabilia inex cœnoſa materia genitis mirabilia huiuſmodi in fabricæ procreatione, & poſt in ex eorum operationibus ſimiliter mirabilibus ex Naturæ ſapientia, non ex tua ficta formatrice accidentali forma manuducitur.

Gall. tac.7. „ Omnipotens enim Deus, cui omnia ſunt „ poſſibilia, &c.

Pariſan. cont.7. En ecce nos de naturalibus viuentibus & naturaliter genitis agimus: tu à Socco ad Coturnum tranſiens, ad Dei Omnipotentiam te recipis. Scimus profectò Poetis Pegaſum in Cœlum euolaſſe, & mirabilia calce præſtitiſſe, vt tibi accidentalis facultas ſine anima, cuius facultas eſt, mirabilia præſtare; & fatemur Deum dubio procul, Pegaſum creare poſſe, & ea fabuloſa, ac longè mirabilia alia vera & germana præſtare poſſe, ac etiam aſinos ſine alis volare, ad Cœlos aſcendere ſic poſſe; ſed an naturaliter volabunt aſini? Nobis eſſe, & exiſtere animæ facultas ſine anima nequit, tantum abeſt ea mirabilia præſtare poſſe, quæ Animæ Naturæ propria ſunt.

Sic etiam reliquiſſe eiſdem animalibus „ *Gall.* virtutem habentem naturalem inclinationem, &c. „ *tact.8.*

Et ſic etiam iiſdem animalibus naturalem virtutem dediſſe & reliquiſſe, naturalem dico, à ſui Anima, ſui Natura, vt ſibi ſimilia procrearent aſſero: immo iiſdem præcepiſſe & mandaſſe, vt creſcerent & multiplicarentur, perfecta ſcilicet per animata ſemina: imperfectiora per germina, ramos, & bulbos, & ſecundum totum, & omnes ſecundum ſui partes, vt diximus, atque conſtat: quod à Deo præcipi, & à viuentibus exequi potuit mandatum, vt re præſtitum eſt, & nos oſtendimus: quod tibi ſtultum viſum eſt, quoniam nec Dei Præceptum aſſequeris, nec à natura rei ratiocinaris: quemadmodum nec hiſce de Naturæ, non fictæ facultatis, mirabilibus, ſi iam noſti. *Pariſan. cont.8.*

Solus enim Autor Naturæ cognoſcens „ *Gall.* cuiuſcunque naturalis rei proprias qualitates, &c. „ *tact.9.*

Ita Gallego, ſolus Naturæ Autor, naturalem inclinationem, Naturalem, inquam, inclinationem, dedit naturæ, non facultati accidentali, ſed ſubſtantiali, & nobiliori parti, Animæ. Itidem in Creationis initio eam exibuit, vt diximus & expreſsè, quando viuentibus præcepit, (non facultatibus, ſicuti tu commentaris) creſcite & multiplicamini. Hæc ſunt Dei verba, ſicque ſonant Archiatre doctiſſime. *Pariſan. cont.9.*

De qua re ſtupefactus Ariſtoteles, vt „ *Gall.* dicebamus primo de part. &c. „ *tac.10.*

Meritò Ariſtoteles puerile ingenium Naturæ vires ignorantibus & ſpernentibus tribuit. Et iure ac meritò quin etiam nunc ſtupefactus eo magis & maximè tale puerile ingenium Gallego Archiatro tribueret talia Naturæ mirabilia neganti, & fictæ formatrici acciden- *Pariſan. cont.10.*

Digitized by Google

cidentali formæ abſque natura, ſine anima exiſtenti impertiret. Et eo quin etiam per quam maximè, quod Archiater puerile ingenium ijs ſtatuat, qui ſecum non faciunt, & ſecus ſentiunt, quòd tale accidēs, ſeu accidentalis forma, formatrix dicta, cuius eſt facultas, mirabilia pariat, & præſtet.

Proh Deus, quod Naturæ & formæ Antiqui Sapientes omnes, tribuere auſi non ſunt mirabiles propter effectus, à tali forma exoriri nullatenus poſſe credentes, ad Vniuerſales Cauſas confugierunt, nec vſquam, vnquam, vlibiue conuenerunt, quin alij Cœlis, ſyderibus, alij Mundi animæ, alij ſpiritibus, Cholchodeæ & Intelligentijs alij, alij quin etiam Ipſi Deo tribuerunt: non intelligentes, menteue capientes, quo modo Natura & anima id exequi poſſet. Et Achiater hîc noſter, ijs omnibus ſapientibus ſpretis, mirabilia, quæ re vera à brutorum forma ab immunda & cœnoſa ex materia orta anima fieri non poſſe, aliterue intelligi, niſi quia à Natura, à Deo eidem talia impertiantur: Et Archiater tantum audeat, vt quòd alij celebres Philoſophi naturæ, formæ negant, ipſe accidenti, formatrici accidentali formæ ab anima pendenti, ceu ab origine fonte, & cauſa, abſque natura, ſine anima impertiatur. Et nihilominus noſtram ſententiam de animato ſemine, ac à toto ex Antiquorum ſententia ab effectibus & à rei natura deſumptam & probatam. Ex Dei præcepto, meridiana etiam luce comprobatam, ſtultam dicere auſus eſt. Qua de re Modeſtè, more noſtro vt agamus, dicemus: Cuium puerile ingenium: Vtra ſtulta animationis ſententia: vterue noſtri arrogans ſit, aliorum eſto iudicium. Quando Dei admirabilium per creationē, per propagationem, & abſque, per ſecundarum cauſarum ex cœnoſa materia diſpoſitionē eius ex Bonitate & Sapientia animationis modum & ortum, ac poſt admirabilia, niſi veluti, & vix ſub nube videre, & intelligere poſſumus, niſi aliter delirantes velimus.

Gall. ta. 11. Pariſan. cont. III. „ Habent etenim facultates naturales fe„rè eumdem ſcientiæ modum, quem &c.

Si ſubſtantialis forma eſt origo, fons, & principium omnium actionum, vt (re vera eſt) Gallego in tertio tactu docet, & affirmat, quo modo quæſo facultates naturales abſque anima cauſa principio, fonte, & origine eumdem ſciētiæ modum obtinerent, quem bruta ſuis in operibus ſeruant? Siquidem aliud eſt eſſe facultas, accidens & dependens, aliud eſt eſſe ſubſtantia, anima, animatum corpus, brutum, à quibus facultates ſeu melius accidentia, operationes omnes, & mirabilia omnia opera à principio, origine, fonte, & cauſa emanant; Vt colligere nequeā puerili meo ingenio Archiatri ex arbitratu: quo modo hæc conueniant, & in vna ſede morentur; Et quod præterea litem, inquā dirimit, atque de medio omnem difficultatem tollit, eſt, quòd quæ non per propagationem, & Dei præcepto progignuntur, creſcunt & multiplicantur; ſed per ſecundarum cauſarum, ſyderum, ſolis præparationem, putri ex materia ortum ducentes, à parentibus, ex ſemine mirabiles Archiatri facultates ex ſemine per propagationē ab vniuociſque non recipiunt: & tamen & mirabilem fabricam poſſidēt; necnon mirabiliores operationes exercent, vti de Araneo diximus, quæ non ab accidentibus Gallego nugis; ſed à propria forma, anima fabricam ſibi conſtruente, & mirabiles actiones præſtante, obtinent: quoniā mirabilis Deus ſuis omnibus in operibus; vt imperfectioribus in plantis per bulbos potiſſimum creſcentibus, pulcherrimi liliorum flores: Atque in ex putri ortis omnibus dilucidiſſimè videre eſt ex Dei Sapientia vniuerſalibus medijs cauſis. quid quod doctiſſime Archiatre?

Vnde non ita accuratè, vt debent, conſiderant opera Dei, qui &c. „ *Gall.* „ *ta. 12.*

Profectò Naturæ viribus admirabilem operandi modum in animalibus congenitum fore, & formatricem facultatem à cuiuſcumque viuentis rei ſpecifica eſſentia dimanare cum Gallego aſſerimus; non propterea accidentalem formam extrinſecam eſſe & operari, ac eo, quo aſſerit modo admittimus; ſed operationes omnes ab intrinſeca Natura ortum ducere aſſeueramus. *Pariſan. cont. 12.*

Gall. „ *ta.13.*„ Nam quamuis omnium ſpecierũ conſeruatio,&c.

Pariſan. cont.13. En ecce, quòd tandem Archiater ſua ſponte ſuopteque iudicio noſtram in ſententiam venit,quod in noua animalis formatione primæ Cauſæ auxilio quidem opus ſit,à propria nihilominus Natura eiuſdem indiuidui animal produci fouente Deo fatetur; propterea enim vulgariter dicitur Naturæ opus, Intelligentiæ opus eſſe; Non igitur animalis fabrica à facultate formatrice accidentali extrinſeca forma producitur.

Gall. „ *ta.14.*„ Nam forma ſubſtantialis in vno quoque corpore,&c.

Pariſan. cont.14. Si igitur quemadmodum omnes ſecundæ cauſæ actiuæ,& omnia creata à prima cauſa dependent:ita à ſubſtantiali forma omnes corporis particulares virtutes conſeruatrices, & in ea tamquam in ſubſtantiali principio agendi radicantur: Ergo formatrix & ceteræ facultates in ipſa radicatæ,non erunt abſque ipſa: Non igitur extrinſecæ: non igitur extrinſecùs agent; Non igitur ſic mirabilia formabunt: Non igitur puerilis ingenij erit ab Archiatro recedere. Et deinceps Naturam,Animam talia præſtare dictis modis, vt Deus præcepit,vt à rei natura collegimus, vt ab ipſo ſenſu edocemur in plantis per germina,per ramos,per bulbos; atque per orta cœnoſa ex materia certò profitemur, & aſſerimus, Archiatro ſi placebit. *Gallego orationẽ retexit.*

Gall. „ *ta.15.*„ Potiſſima verò ratio quæ probat facultatem formatricem, &c.

Pariſan. cont.15. Noſtra ex ſententia animalium animantiumque animæ in ijs,quæ per propagationem producuntur, non è materiæ potentia educuntur, quoniam ſemina animata: Eo minus illorum iuxta ſententiam,qui elementa in mixto remanere exiſtimant. Neque ex putri orta è materiæ primæ potentia educentur, ſed è materia ſecunda, hoc eſt compoſita: quoniam ex cœnoſa materia ortum ducunt: quæ ſi vnius ortus alterius eſt interitus: ſummùm interiet cœnoſa materia, & minimùm remanebunt elementa, & ſic non è prima, ſed ex ſecunda & compoſita materia, formis nimirũ iuncta,& alijs temperamentis.

Sed his etiam ſic miſſis, Dicemus animam ſiue in ſemine, ſiue illico ex cœnoſa materia educta,habere in ſe facultates potentias omnes: hoc eſt,domicilium initiò ſibi fabricandi:alimentum trahendi, retinendi,concoquendi,apponendi,augendi, perficiendi. ſicque hiſce poſtpoſitis & ſibi à ſe ſe debitis fabricatis inſtrumentis, mouendi,ſentiendi,audiendi,videndi, intelligendi, vt etiam denuo, & poſt dentes, cornua procreandi: Et proinde Animam facultates in ſe ſe continere, hoc eſt exercere,ipſamque agere, mouere, ſentire intelligere: non autem è materiæ primæ, ſecundæue potentia educi.

At eſto Archiatri ex ſententia(admiſſis in eius gratiam fabulis) animas neceſſario ex materiæ primæ potentia educi: Et formæ accidentales,poteſtates,inquam, materiales iure ſuo ab ipſa anima educantur, & ex materia compoſita, ac ex poteſtate alicuius particulares organi, & ita iure ac meritò ex eius mente inferremus: Ergo anima eſt ante facultates:quoniam ab ipſa educuntur,& proinde anima ſibi domicilium fabricat, & mirabilia illa præſtat, non facultas. Ergo ſemen eſt animatum, & ſic anima etiã eo magis ac potiſſimum in ex putri ortis cum Gallego,inuito Gallego, eſt facultatibus prior: (nobis ſimul eo, quo diximus modo, quippe eſt; qua viuimus,mouemur, & agimus) & ſic omnia noſtra ex ſententia: quoniam cum veritate eueniunt omnia.

Ex quibus omnibus probatum etiam manet facultatem formatricem non poſſe oriri à ſeminis forma,&c. *Gall.* „ *ta.16.*„

Ex quibus omnibus,omnibus inquam, ab Archiatro nihil probatum eſt. Immo eius omnia improbata ſunt: quinimo ex ipſomet etiam Gallego totum oppoſitum ex dictis probatum & comprobatum eſt. Nimirum formatricem,& ceteras facultates abſque anima exiſtere non poſſe ex aſſeuerante inuito Gallego: quia ſcilicet ab ipſa tamquã à præcipuo & proximo principio, origine, & cauſa pendent,& in ipſa ipſi Gallego radicantur:& nobis ſunt ipſa anima nutriente, fabricante, volente, intelligente,vidente,ſentiente: quæ partim *Pariſan. cont.16.*

in

in homine ſunt, ſeu agunt; quod ab accidentali extrinſeca forma pendere, vt cetera quoque, erroneum ducimus: quemadmodum mirabili de fabrica, & ceteris mirabilibus illius effectibus diximus. Et ſic in reliquis ex ſentienti materiali, & vegetali anima dictum rationi maximè conſentaneum eſt.

Gallego lib. 3. c. 17. pag. 137.

De tribus organizationis ſpeciebus Gallego.

QVoniam Philoſophi, ac quidam medici in quoſdam gradus diuidere ſolent organizationem, à differentibuſque agẽtibus perfici dicũt, declarare nos oportet, qui de agente organizationis agere inſtituimus, quo modo dicti autores diſtinguant organizationem, ne ambiguo laboremus inquirentes, quod ſit organizationis agens.

Organizationis gradus. Tres igitur organizationis gradus, ſiue tempora à doctioribus Philoſophis, ac Medicis ſtatuuntur: alij verò non ita organizationem diuidunt, ſed totam ipſam vnam eſſe actionem, ab vnoque fieri agente aſſerunt.

Prima organizatio accidentalis eſt. Prima igitur organizatio ſecundum illos eſt, quando generationis materia, præter corporis phyſici diſpoſitionem, recipit ab agente commutationem eam, per quam mutatur in partes ſimilares, & organicas fœtus. Per hanc organizationem, ſiue materiæ extẽſionem, capax animæ redditur talis materia: nondum tamen
1 informata eſt. * Propterea enim talis organizatio dicitur accidentalis: quia ſcilicet adhuc nondum acceſſerit forma ſubſtantialis, quæ conſtituat talem materiam ſub certa viuentis ſpecie, ſed ſolum ſit medijs, imperfectiſſimiſque formis informata, & ab accidentibus agentis principalis facta. Vnde, vt dicemus, hic organizationis gradus eſt diſpoſitio ad animæ perfectæ introductionem. Nam, vt oſtendere conabimur, ante cuiuſcunque animæ perfectæ productionem, non ſolùm requiritur diuerſarum partium temperies, aut diuerſa temperies in diuerſis partibus, quod idem eſt; ſed etiam ex earũdem partium ſimilarium compoſitione, varia organorum conformatio. Licet enim omnes iſtæ antecedentes diſpoſitiones materiæ nullam habeant ad introductionem animæ actiuitatem: contrahitur tamen ipſa materia ab illis, ac veluti determinatur, vt huius animæ, & non illius ſubſtantiale fiat receptaculum. Nam quamuis reſpectu formæ venturæ habeant ſe merè paſſiuè: reſpectu tamen ipſius materiæ ſunt formæ cõtrahentes illam, ad talem, & non talem recipiendam animam. Quod ſatis eſt, vt iſte primus formationis gradus dicatur accidentalis.

* Secundus organizationis gradus dicitur ſubſtantialis, quia eſt formalis effectus introductæ animæ. In eodem enim inſtanti, in quo anima introducitur, acquiritur iſte organizationis gradus. Nam tunc omnes eæ diuerſis accidentibus diſtinctæ partes, quæ nondum erant actu partes alicuius totius ſimpliciter viuentis, redduntur partes ac propria organa alicuius totius iam cõſtituti ſub certa, ac cognita ſpecie. * Omnibus enim varijs illis organis ſuas anima diffundit facultates, vt omnes efficiantur actiones, quibus ipſa indiget ad ſuam conſeruationem. Quælibet namque anima ad conſeruandam vnionem cum propria materia indiget concentu quodam, ac rithmo diuerſarum actionum, vt cuilibet accidit exercitui, aut ordinatæ reipublicæ. Ante informationem igitur nondum erãt partes organicę, abſoluta talis viuentis organa, niſi per analogiam, ac ſimilitudinem. * Propter hoc enim Ariſt. 2. *de gen. an. cap.* 1. dicebat: *Non eſt etenim facies, niſi animam habeat, & cap.* 3. *eiuſdem libri: Quemadadmodum,* inquit, *anima, cuius actiones ſunt corporales, non poſſunt eſſe ſine inſtrumentis: ſic nec propria inſtrumenta ſine ipſa anima, &c.* Quare etiamſi inſtrumenta facta ſint ab agente generationis; non dicuntur vera organa quouſque anima, ad quam inſtituta fuerant à natura, informentur: quemadmodum non dicũtur propriè organa, cum ſeparatur anima, etiamſi eandem magnitudinem, figuram, ſitum, & reliqua ſeruent. Hunc formationis gradum

2 Secunda organizatio ſubſtantialis eſt. 3 4

dum expreſſam formationem nominare ſolet Galenus, vt *libro de fœtus formatione cap.* 1. cum dixit: *Non enim fœtibus, neque expreſſæ formationis, neque motionis, neque abſolutionis, neque egreſſus in lucem vnus præfinitus terminus eſt.* Et rurſus *cap.* 3. dixit, probabilius ſibi videri fœtum vſque ad expreſſam formationem plantæ modo diſpenſari. Ex quibus conſtat voluiſſe Gal. tunc fœtum acquirere expreſſam, ſiue abſolutam formationem, cum animam acquirit: ante verò eadem habuiſ-
5 ſe obſcuram, ſiue imperfectam. * Nam vt poſtea dicetur, perfectio organorum eſt vltima diſpoſitio ad animæ receptionem.

Tertia organizatio.

Et quemadmodum per primum animæ actum conſtituunt Philoſophi ſecundum organizationis gradum; ſic per ſecundum actũ eiuſdem animæ naſci dicunt tertium organizationis gradum. Hic enim reſultat ab anima, non vt informat, ſed vt aliquid operatur in productione ſuarum facul-
6 tatum. * Nam vltimum perfectionis complementum recipiunt organa, quãdo proprijs facultatibus informantur. Quemadmodum enim, inquit Ariſtoteles 2 *de anima, cap.* 1. *ab anima & corpore efficitur animal: ſic à facultate videndi, & pupilla efficitur oculus.* Quibus verbis aſſerit, nec pupillam ſine facultate, nec facultatem videndi ſine pupilla mereri nomen inſtrumenti, quouſque tanquam ex forma, & materia efficiatur vnum inſtrumentum ex facultate, & pupilla: quam doctrinam repetit 4. *de gen. an. cap.* 1. vbi aſſerit naturam cuiuis ſimul exhibere facultatem, & inſtrumentum: ſic nec viſum perfici poſſe ſine oculo, nec oculum ſine viſu. Connaturalis enim, ac vltima perfectio oculi eſt facultas videndi. Et quod dicitur de oculo, idem dicendum eſt de reliquis omnibus organis. Et cum dixit naturam ſimul dare facultatem, & inſtrumentum, ſignificat id, quod diximus, non deberi ſcilicet nomen inſtrumenti ei parti, cui facultas deeſt, licet talis pars ſit anima informata. Inſtrumentum enim, & facultas ſunt correlatiua. Vnde quamuis Ariſtoteles 1. *de par.* talpam quodammodo oculos habere dicat: rectè tamen dixiſſe aſſerit eos, qui illam oculis carere dicebant: cum omnino non videat. Nam, vt idem inquit 4. *de par. cap.* 8. natura non dedit talpis, niſi inchoamenta quædam oculorum, omnino inepta ad facultatem viſiuam recipiẽdam.

* Ex his, quæ diximus, colligere licet, vt 7
aduertit Pater Suarez, partes organicas duobus accidentium generibus debere eſſe ornatas: vno ſcilicet, quod receperunt ante animæ introductionem: quibus ſcilicet diſponuntur ipſa organa ad illius receptionem. Huius generis eſt qualitatum temperamentum, & partium omnium ſimilarium optima compoſitio, figuratio, ſituatio, debitus numerus, magnitudo, & ſimilia. Nam ſine his, nec poteſt introduci anima, nec introducta conſeruari, vt ſumus dicturi.

Partes organicæ requirunt duo accidentium genera.

Secundum accidentium genus, quo ornãtur organa, ſunt illa accidentia, quibus diximus eadem organa vltimam acquirere perfectionem. Sunt etenim operandi facultates dimanantes ab anima ſecundum diſpoſitionem eorũdem inſtrumentorum, vt à gradu vegetatiuo ſecundum ventriculi diſpoſitionem dimanat ab anima virtus chilifica, à gradu ſenſitiuo, facultas videndi in oculo, & ſic de cæteris. Conueniũt verò omnia dicta accidentia, quòd vtraque ſint à natura inſtrumentis tributa in beneficium perſeuerantiæ vnionis, vel ſpeciei: quamuis aliqua illorum ſimpliciter ſint neceſſaria ad conſeruationem eiuſdem vnionis: alia verò ſolum ſint neceſſaria ad tutiorem perſeuerantiam eiuſdem vnionis, & ad perfectiores actiones edendas.

Cum igitur noſtrum ſit inſtitutum inquirere, quod ſit formationis agens, conſtat ex dictis nullam eſſe dubitationem, de agente ſecundi, & tertij gradus organizationis. Nam cum iſti duo organizationis gradus adueniant cõpoſito poſtquam anima eſt vnita, certũ eſt ab eadem compleri anima. Quare ſolum manet dubitatio de agente primi gradus organizationis, illius ſcilicet, quæ dicitur accidentalis. Variæ enim ſunt autorum opiniones de accidentalis organizationis agente. Nam relicta opinione eorum, qui dixerũt

facul-

facultatem formatricem ab aliqua cauſa externa creari, & omiſſa communiſſima opinione, Ariſtot. ſcilicet, S. Thom. & multorum, quam ſuperius cum Scoto falſiſſimam eſſe probatum reliquimus, virtutem ſcilicet parentum tranſmiſſam in ſemen eſſe agens immediatum conformationis: ſunt tamen aliæ duæ opiniones, quarum prima aſſerit formationem fieri ab anima matris, ſecunda eſt, quæ defendit fieri ab anima formandi fœtus. Quas opiniones ſigillatim examinare oportet.

Gallego tres organizationis ſpecies à Pariſano expenduntur, & vtpote commentitia exploduntur.

OCTAVÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall., cont. I. Pariſan. „PRopterea enim talis organizatio, &c. „Etſi à nobis aliàs ſcriptis, vtque ex nuper dictis ſatis ſuperque explicatum ſit, ſicuti infra; & vbique repetere cogimur, quæ ad introducendas animas: cum in ex propagatione ortis: tum in ex cœnoſa materia eductis præparationes, & diſpoſitiones, requirantur. Nihilominus in ſententia permanentes reliqua huiuſmodi leuia à Gallego collecta, & ex illius ſententia expoſita ventilabimus, periculum facturi, num huiuſmodi Palabras el Viento ſe las lleua.

Pariſan. cont. I. Idem iſdem Archiater omni nixu ſuo phantaſtico conatu ſyſiphium ſaxum ad cacumen vertere conatur, vt impetuoſius ruat & præcipitet. Etenim quis vnquam vidit, obſeruauitque in ex putri materia animanda, ex qua anima educenda fuerat, talis animalis, ranæ, muris, locuſtæ, &c. inſtrumenta, aut inſtrumentorum veſtigia ante animationem, ante vitam? Certò nemo vnquam id aſſere audebit, quin mentiatur, ac pugnantia dicat. Quippe Gallego phantaſticum, formatrix accidentalis & forma hîc locum non habet à parentum ſcilicet virtute: quoniam hęc ex putri: præter quam quòd id purũ eſt ſomnium, eo magis in ex cœnoſa materia mirabile artificium ſine anima, & nondum educta anima, ſic ſtatuere, quòd nos maximè phantaſticum capere nequimus.

Aſt Bone Deus ad perfectam animalium procreationem & ſenſatam accedamus. Non ne ſcripſimus nos ex occulata fide receptum, in oui fabrica rem ſecus ſe ſe habere? Hanc Gallego vidit, experiri potuit, & inde ſua ſomnia colligere debuit. Ibidem enim prima pulli ſtamina & veſtigia apparent, & ſub ſenſum cum motu cadunt. *In prima parte.*

Enimuerò quid magis præ manibus, ob oculos, & quotidie eſt, quàm oua, quæ & cruda fracta videmus, & cocta edimus, purum ſcilicet albumen, puriſſimum vitellum ſuis cum chalazis, & membranis pura ſimilia & eiuſdem rationis corpora: nullis delineatis initiatisue inſtrumentis: nullis penitus exiſtentibus inſtrumentorum veſtigijs, nec initio, nec poſt dies, hebdomadas, ac menſes; niſi ex cubatu eo, quo diximus modo: quam ob rem Lydio Lapidi credendum fuit, & ſtandum eſt.

At Deus optime, non ne ibidem (vt hîc parum ſupra) Galeni clara & manifeſtiſſima autoritate comprobauimus, animalis videlicet ſemen, ſemen, dico, nutriri, augeri, & perfici? Semen, inquam, primùm ſemine nutriri, poſtmodum ſanguine ali, augeri & perfici?

Aſt Deus pluſquam Optime nonne eadem Ariſtotelis ibidem autoritate confirmauimus & comprobauimus, quod nutritur animam habet? &c. Quis ſanæ mentis Oui ſenſatam fabricam priuſquam ſuum, & noſtrum periculum faciat, inficiari audebit. Nos enim non nugis, nec autoritati ſtamus, niſi cum ratione prolatæ. Quæ ſcripſimus à natura rei deſumpſimus, & ex oculata fide, quæ recepimus talia fore, & non ſecus multis rationibus confirmauimus, Lydioque Lapidi commiſimus.

Quam ob rem inſtrumenta & animalis fabricam abſque anima conſtituere, ab accidentali forma facultate formatrice externa fabricari, & merè fantaſticum: propterea valeat iſta accidentalis Archiatria organizatio ſine anima, verè & minus quã accidentalis, ac niſi in, & ab Archiatri imaginatione, ex potentia educta.

Secun-

Digitized by Google

Gall. ta. 2. „ Secundus organizationis gradus dici- „ tur ſubſtantialis, quia eſt formalis, &c.

Pariſan. cont. 3. Si corporis inſtrumenta Archiatro ante animę ingreſſum facta ſunt, & verè ſubſtantialia extant, non video, quo modo dicatur accidentalis organizatio: quemadmodum paulò poſt animæ ingreſſum, nullis organizationi additis (proinde nō formalis effectus) eidē ab accidentali ad ſubſtantiale tranſitus detur, alijs etiam poſitis falſitatibus. Quandoquidem ſerra, malleus, clauis, ſemper ſunt ſubſtantialia, & perpetuò inſtrumenta, tametſi non in operatione. Quòd prius viuentes partes & inſtrumenta (poſito figmento) nō fuerint, eſto, niſi ſimilitudine & analogia; At hinc non ſequitur, prius non fuiſſe ſubſtantialia, & inſtrumenta, etſi inquam non viuentia, & ad aliquid, & generantis inſtrumenta etiam arbitratu ſuo; quoniam vt ſæpius diximus, anima ſibi domicilium fabricat & inſtrumenta; quę inſtrumenta ſine animabus eſſe nequeunt, vt infra ex Ariſtotele Gallego confirmat.

Quam ob rem inſtrumenta facta eſſe, & mirabilia ante animationem, per quam nihil acquirunt in admirabili inſtrumenti fabrica ſane mirum: quam Antiqui fabricam tanti fecerunt, vt ad vniuerſales Cauſas, Cœlos, Intelligentias, ad ipſumque Deum confugerint meritò, vnde maximè miram. Quòd modò Gallego è conuerſo prorſus à ſumma omnium Cauſa, Deo recedat, & ad nihil ferè, dummodò quin etiā ad purum omnino nihil, ad accidentalem commentam cauſam, accidentalem externam formam, admirabilia Dei opera efficientem recurrat, è conuerſo ſummam parit admirationem. Quippe quod in, & de Cordis, & Auditus organi fabrica, exempli gratia (hactenus & iam nunc non prorſus notis & cognitis, à nobis inuentis & oſtenſis, abſit verbo inuidia) omnes Dei ſapientiam admirentur: Et hæc admirabilia munera & opera accidentali externæ formæ committantur, & tribuantur, me judice non bene ſapit: præterquam quòd de more phantaſticum ſit, quēadmodum ex dictis patet, & dicendis conſtabit.

Etenim animalis corporis talia inſtrumenta ſunt perinde eadem quo ad opus, fabricam (tibi) ante animationem ac poſt Gallego. At talia ſi ſunt effectus & opera naturalia, quod ſanæ mētis nemo inficiabitur: Ergo Naturæ opera; ergo Animæ: quæ verè, propriè, & primò eſt Natura. At Archiatro hæc fiunt, fabricantur perficiuntur priuſquam natura particularis, anima in rerum natura ſit: Et proinde Archiatri imaginationis opus, & purè fictitium merèque phantaſticum. Quod nos obtuſioris imaginationis, niſi qualia ſunt fictitia, non aſſequimur, vt infra.

„ Omnibus enim varijs illis organis ſuas anima diffundit facultates, vt &c. Gall. „ ta. 3.

Pariſan. cont. 3. Etſi hoc præter inſtitutum ſit, de animationis videlicet modo: quoniam nihilominus Archiater in medium Affert, & communiter aſſeritur noſtram, & nos in medium ſententiam afferemus; non admittentes animam ſuis organis facultates diffundere: quando anima in toto ſit tota, & in qualubet corporis parte, & proinde in omnibus corporis partibus & inſtrumentis ſuas operationes exerceet: & ita facultates non diffundit, vt Gallego inquit: quia ſcilicet præſens illis & præſto ſit. Certo confirmetur exemplo & experimento. Seniorum penis non erigitur, nō quia erigēdi facultas deſit, ſed medium, quia ſpirituum copia præſto non ſit. Ita pari paſſu, in & ex obſtructionibus partes motu & ſenſu quinetiam priuantur: quia ſcilicet ſpiritus animales affluenter non percurrant, & eo non perueniant ad conſeruandos concentum & rithmum temperierum & actionum. Non quia cerebri & ſpinalis medullæ nerui partes & ſurculi ſentiendi & mouendi facultatibus orbati ſint. Quod de Cordis & arteriarum motu (qui idem eſt) dictum velim. Non à parenchimate, quicquid Ariſtoteles, Peripatetici & cōmunis opinio ſuſtineat; ſed à cordis ſpermaticis partibus & arterijs, quemadmodum ex oculata fide aſſequimur, & nos in oui fabrica experti explicuimus. Cordis motus vnde.

Gall. ta. 4. Propter hoc enim Ariſtoteles 2. de generat. an. c. 1. dicebat: Non &c.

Pariſan. cont. 4. Neque aductæ autoritates quicquam officiūt: quippe nō datur facies (niſi æquiuocè

uocè

uocè mortui) ſine anima quando anima nobis fabricatrix: Neque vt diximus inſtrumentum corporeum vllum videre eſt vnquam ſine anima. Sed bene contra, Galeni etiam autoritate ſumma cum ratione firmata animatum corpus ſenſilibus abſque inſtrumentis: Quoniam inquit ſemen ſemine nutritur, poſtea ſemen ſanguine alitur, & augetur: & quod nutritur animatum eſt: quoniam nutritio prima eſt animæ operatio inquit Ariſtoteles locis ſupra allatis, & nos in oui mirabili fabrica ex oculata fide oſtendimus, quibus ſtandum eſt. Sicque hic à Gallego loco citato, Ariſtotelis propria inſtrumenta non dantur ſine anima. Galeni autoritas vera, quòd vnus dictis expreſſæ formationis, motionis, abſolutionis, & egreſſus non ſit præfinitus terminus: ſicque fœtum, nobis Initio ſemen (quod Galeno nutritur & augetur) formationem acquirere, quum animam acquirit, etſi principio obſcuram & imperfectam fabricam, perfectam deinde ſibi parare & perficere, vt videre eſt in oui fabrica, quæ non fallit. Vbi obſeruabis priuſquam cordis affuſio fiat, ſpermaticarum cordis & arteriæ motum: Igitur non vegetalis tantummodò, ſed ſentiens quoque anima aderit & operabitur ſi ſenſui credendum, & proinde ab anima cetera, immo omnia corporis inſtrumenta: & conſequenter anima ante inſtrumenta. Ita Lapis Lydius tactu, & quinetiam pondere & menſura: hoc eſt ſenſu, autoritate, & ratione, ſi Archiatro placebit: quoniam non phantaſtica, nec ex libro, niſi Naturæ horum mirabilium matris.

Gall. tac. 5. „ Nam vt poſtea dicetur perfectio organorum eſt vltima diſpoſitio ad animæ receptionem, &c.

Pariſan. cont. 5. Quam ob rem manifeſtè falſum eſt perfectis organis animam in corpore recipi, vt ſatis ſuperque ex dictis dilucidè patet, & infra conſtabit: quoniã non accidentalis organizatio, & deinceps nõ ab eo gradu (vt Gallego ait) ad ſubſtantialem tranſitum; ſed anima ſiue per propagationem, ſemen, & humorem illum infelicibus in plantis (vt diximus) per germina, bulboſque ingreſſa: ſiue in ex putri è materiæ potentia educta, inſtrumẽta ſibi fabricat, & conſequenter ijs non perfectis ingreditur: & conſequenter omnes tales organizationis gradus phantaſtici & purè fictitij ſunt. Archiatri & adhærentium pace dictum ſit.

„ Nam vltimũ perfectionis complementum recipiunt organa, quando &c. *Gall. ta. 6.*

Falſum itidem eſt, vltimum perfectionis complementum organa recipere, quũ proprijs facultatibus informantur, & pluribus nominibus. Tum quia facultates (Archiatro accidentia) non informãt; ſed anima, quæ dat eſſe, & operari: tum quia adhuc initiata, & imperfecta informat, vt ſenſus docet, & Galenus ſimiliter, quum ſemen principio ſemine, poſtea ſanguine nutriri ait. Vnde vt rectè ab Ariſtotele eo loco 2. de anim. cap. 1. primò dicitur, ab anima & corpore efficitur animal: ita perperàm poſtea additur, à videndi facultate & pupilla efficitur oculus: quoniã non ex pupilla & facultate oculus fit; ſed ex anima (animante & vidente) & oculi partibus potiſſimũ retina, cui præcipuæ parti (non cryſtallino, vt communiter malè ſentiunt, non pupillæ partibus ſine quibus non, vt doctiores norunt.) actio debetur, oculus conſtituitur & viſus fit. Adde quòd dabitur pupilla immo totus oculus ſphericus perfectus, atque facultas, & viſio non fiet, vt in gutta ſerena accidit, quod nemo iã num nouit, infra in proprio tractatu innoteſcet, & proinde inſtrumentis quibuſque bene diſpoſitis ſemper fit actio mediis inſito calido, & cuiuſcumque ſpeciei ſpiritibus prout opus fuerit, vt ſupra dicebamus: quoniam anima ipſa intelligit, ſentit, mouet vbique proprijs inſtrumentis, non facultates Archiatro accidentia: quæ ſic aſſerta non paruam nobis admirationem afferunt, ſua quod pace dixerim.

„ Ex his quæ diximus colligere licet, &c. *Gall. ta. 7.*

Ex à nobis ſupradictis dilucidiùs colligere eſt, ſemen, materiam, corpus animandum per propagationem debere quidem diſponi à particularium procreantiũ (ſicuti à Solis calore ex cœnoſa materia oriundum animal) ab inſitis caloribus, temperiebus,

riebus, & propriis qualitatibus ad talem naturam, animam recipiendam; Non autem inſtrumenta diſponi, initiari, tantum abeſt perfici, vtpote animæ opus & effectus: Et proinde non ante animam, antequę deinceps poſitionem, compoſitionẽ, figurationem, numerum, magnitudinem, & ſimilia reperire eſt, niſi fictitia. Et conſequenter falſum ſine his animam introduci non poſſe; Vt ratione, autoritate, & ſenſu ipſo oſtendimus: & ita Archiatri omnia ruere in apertum eſt.

Enimuerò in materia ad recipiendam animam aptitudo, diſpoſitio, & præparatio requiritur: quam ob rem purè materialia, vti ſimplicia elemẽta ſuam priuſquam formam introducant, in contrarium agũt, vt diſponant præparent & ſibi aſſimilent, ſicque è veſtigio ſuam aliis abſque neniis & figmentis formam introducunt: ſicuti in ignis actione & illius formæ introductione obſeruamus, & manuducimur. Pari paſſu ex hiſce compoſita animantia & animalia per propagationem ſibi ſimilia procreantia ſuo inſito calido agunt, concoquunt, diſponunt, & aſſimilando formam ſeu animam (aliàs dicto modo) in ſemen introducunt ſementifera. In materiam ſibi coniunctam poſt immediatè extra erũpentem, & exploſam, ſicuti infelices dictæ plantæ per germina ſurculos, bulbos progignentes, & ita creſcunt, & multiplicantur. In ex putri verò ortis res ſecus ſeſe habet: quoniam extrinſecus à Cœlorum, ſyderum, Solis potiſſimum vi & calore diſpoſitio aptitudo & tẽperies materiæ accidit ad talem, & talem animam ex ipſa diſpoſita educendam, & recipiendam.

Quam ob rem vt in ex propagatione ortis anima in ſemen, in liquorẽue alimentoſum elaboratum à procreante introducitur. Ita in ex putri ortis è materiæ potentia, nullis exiſtentibus organis anima educitur. Quid enim hiſce in ex cœnoſa materia fingere & commentari erit? Quis inquam, organa generabit? An Archiatro generatrix facultas extrinſeca accidentalis forma Cœli, Intelligentiæ, Cholchodeæ, ſpiritus? An verò parentum? An Mundi anima? An Deus ipſe vt cauſa purè naturalis, vt Scarabeus ex Archiatro? referre liceat, aſſerere pudeat.

Vtrum anima fœtus ſit verum efficiens conſirmationis ſui corporis: pluribus denegatur Gallego. Gallego lib. 3. c. 18. pag. 139.

PArtem affirmatiuam huius dubitationis veram eſſe aliqui probare nituntur. In primis conformatio, nutritio, & auctio, quibus neceſſariò indiget fœtus materia, ſunt actiones vitales, ergo debẽt earum facultates immediatè dimanare ab aliqua anima exiſtente in ſemine, ſed hoc non poteſt eſſe, quia ſemen eſt inanimatum: erit igitur anima fœtus, quæ informans illam ſubſtantiam, quæ antea erat ſemen, valeat debitam ſibi conformationem efficere.

Tum præterea hanc opinionem veram eſſe nos ſuperius confirmauimus: probatum enim à nobis fuit ouorum pullos, & plantarum animas debitas ſibi parare cõformationes: perfectorum igitur animalium animæ, imo, & rationalis ipſa anima ſibi parat conformationes. Cuius ſententiæ fuit Philippus Ingraſſia, & eandem, vt ſuperiùs vidimus, amplecti videtur Galenus.

His tamen non obſtantibus falſiſſima, & ab omni ratione aliena hæc ſententia nobis videtur. Multa enim phyſica principia frangit: qui primum gradum organizationis, eam ſcilicet organizationem, quæ dicitur accidentalis, ab anima fœtus fieri dicere audent. Quod veriſſimum eſſe multis confirmari poteſt rationibus.

Prima igitur ratio deſumitur ex doctrina S.Tho. in quæſtionibus de anima. Et ex Ariſtotele, vt inferius dicemus; nam, vt ibi probat, quidquid à natura, vel ab arte ita fit propter aliud, vt hoc ſine illo exiſtere non poſſit, neceſſarium eſt, vt id, quod fit propter alterius neceſſitatem, tempore illud præcedat: ſed materia, & omnes eius diſpoſitiones ſunt in dicto ſenſu propter formam: ergo tempore debent ipſam præcedere, forma enim nunquam vniretur materiæ, niſi propter inſtrumẽtales actiones: igitur organa, ſiue inſtrumenta neceſ-

ſario

Organa debēt præcedere formæ introductionē. ſario præcedere debent formæ introductionem: ergo tota præparatio materiæ neceſſaria ad animæ actiones, nullo modo fieri poteſt ab eadem forma, cuius ſunt actiones, ſed ab eodem agente, cui commiſſum eſt totū generationis opus. Nam ad idem agens ad quod attinet introducere formam in nouam materiam, attinet etiam ante eius introductionem ita illi præparare materiam, vt nullo modo in alia poſſit recipi, nec ipſa materia aliam formam poſſit recipere: ſed nulla eſt conditio, quæ valeat communiſſimam materiæ poteſtatem, ad animæ competentem indiuiduationem contrahere, præter accidentalem organizationem, & alias accidentales diſpoſitiones, quæ ſunt agentis accidentia: ergo iſta omnia debent fieri ab agente generationes. Per iſtas enim diſpoſitiones facit agens, vt materia mereatur animam. Præſtant etenim diſpoſitiones, quæ inducuntur ab agente generationis, ipſi materiæ peculiarem quendam modum cauſandi, & naturalem quādam inclinationem vniendi ſe cum tali forma; quam nullo modo obtinebat ante receptionem earundem diſpoſitionum ab agente introductarum. Immo talem cauſant amorem dictæ diſpoſitiones inter materiam, & formam, vt propter eaſdem vehementiſſimus etiam veniat formæ appetitus vniendi ſe cum materia ipſas habente. Adeo, vt dicant Conimbricenſ. 1. *phyſ.* quòd ſi aliqua anima ſeparetur à ſuo corpore, propter indiſpoſitionem organorum, poſteaque à Deo idem corpus diſponatur conuenienter, eandem animam redituram eſſe ad idem corpus informandum naturali inclinatione motam, propter appetitum diſpoſitionum. Vnde fit, vt non ſolùm natura, ſed etiam ars eiuſdem naturæ æmulatrix, quotieſcunque vult aliquam materiam informare, perpetuò incipiat ab introductione neceſſariarum diſpoſitionum. Quotieſcunque enim ignis ſuam in lignum introducere formam tentat, experimur, ſuas prius qualitates eidem ligno communicare, ac tandem formam introducere, & ſic reliquis omnibus agentibus naturalibus accidere certiſſimum, ac neceſſarium eſt. Idem contingit arti. Nam, vt adueniat ferro forma gladij, neceſſarium eſt, vt artifex extraordinariam duritiem, & acutiem eidem prius communicet. Et vt forma anchoræ non fruſtretur in morſu, non ſolùm ferrum debet habere duritiem, ſed & curuam figuram cum acutiſſima cuſpide. Aliter enim nunquam adueniet ferro forma anchoræ. Vnde in prouerbium erat apud antiquos, *non licere facere Mercurium ex quouis ligno.* Quapropter Ariſtot. 8. *meth. cap.* 2. ex inſtituto probat anteponendam eſſe materiæ diſpoſitionem iuxta introducendæ formæ conditiones, ſiue actiones. Et poſt longam ſeriem diuerſarum formarum exigentium diuerſam materiæ diſpoſitionem ad ſui introductionem, inquit: *manifeſtum itaque ex his eſt, quod actus alius, ac ratio alterius materiæ eſt, &c.* Quaſi vniuerſaliter concludat ad formæ cuiuſcunque introductionem, neceſſariò antecedere debere accidētales diſpoſitiones agentis determinantes materiam ad formæ introductionem. *Materiæ diſpoſitio prærequiritur ad introductionē formæ.*

Quam doctrinam multis alijs in locis neceſſarijs probat argumentis Ariſtot. In primis igitur, cum 2. *lib. de gen. anim.* ſoli ſemini tribuat generationem omniū partium animalis, probetque animam rationalem ab extrinſeco aduenire: certe colligitur credidiſſe Ariſtot. ante illius aduentum ſemen generata iam habuiſſe fœtus organa ex ſanguine menſtruo. Nam non ad ſanguinem mēſtruum, ſed ad conceptum informatum antea, vt dicemus, anima vegetatiua, & ſenſitiua venire dixit. Vnde creationem animæ rationalis fieri exiſtimat in conceptu iam formato ab agente generationis. Aſſerit enim ſemen multum operatum fuiſſe ante conſequutionem finis. Nam finem nō ſtatim aduenire inquit. Edificat namque prius ſemen quātitatiuas materiæ partes, tāquā media ad cōſequutionē finis. Vnde 1. *de par. an.* deſtruens Empedoclis, & aliorum falſam opinionem, qui dicebant formationē non fieri ex naturæ inſtituto, ſed caſu, ac fortuito, inquit, id falſum eſſe, & probat cor- *Anima rationalis quando creetur.*

Digitized by Google

poris formationem fieri à ſemine, quia ortum duxit ab anima generantis vnita materiæ obtinenti talium partium ordinem.

Idem etiam probat, quia anima ventura poſtulat ex ſua natura vniri materiæ habenti talem partium compoſitionem. Imò hæc formæ neceſſitas facit, vt agens generationis habeat vim ſic diſponendi materiam ante formæ introductionem. Ordo enim cauſarum naturalium ſemper expoſtulat, vt finis prius moueat, ac cogat cauſam efficientem, quæ in generatione vniuoca eiuſdem ſpeciei debet eſſe, vt poſſit taliter materiam diſponere, qualiter finis ipſe illam diſpoſitam exigit ad ſui vnionem. Vnde quamuis anima fœtus ſit prior natura, ideſt prior ſine ſuis organis: ſunt tamen organa priora tẽpore ſua anima via generationis, ac cõſequutionis. Quod verum eſſe probat euidenter 2. *de par. c.* 1. dicẽs: *ſed cũ cõtra in generatione, atque in eſſentia fiat. Quæ.n. poſteriora ſunt in generatione, hæc natura priora ſunt; quod primũ natura eſt, id vltimum eſt generatione, &c.*

Anima fœtus prior natura organis.

Ex quibus manifeſtè infertur naturaliũ cauſarum ordinem eſſe contrarium ordini generationis. Nam finis, qui poſteriùs cõſequitur ordine generationis, eſt tempore poſterior reliquis, & omnibus dignitate, ac natura prior. Vt verbi gratia in productione ædium eſt prior natura earundem forma ipſis lateribus: at lateres priores tempore debent eſſe, cum ſint gratia formæ venturæ. Sic etiam in generatione ſubſtantiali, quia accidẽtalis organizatio eodem modo, ac temperamentũ, eſt propter animam, debet neceſſario eſſe prior tempore ipſa anima, vt à principio dicebamus. Quemadmodũ enim forma domus ideo conſequitur, atque àduenit, quia ſcilicet lateres rectè priùs ſunt diſpoſiti, ac conformati cum reliquibus omnibus ſimilaribus partibus eiuſdem domus: ſic anima rectè conſequitur, quando accidentalis conformatio, quæ propter ipſam fieri debet, fuerit ab agente abſoluta. Nam, vt Ariſt. ibi inquit, *omne quod gignitur ex aliquo, tanquam ex propria, & adæquata materia, progreditur ad aliquid, tanquam ad propriam formam.* Quemadmodum enim ædificatio incipit à confectione laterum, fundamentorum, parietum, & ab ſtructura trabum, & cæterarum rerum neceſſariarum ad aduentum formæ domus: ſicque progreditur artifex, quouſque ipſam conſequatur: ſic, inquit, Ariſt. progrediuntur cauſæ naturales, donec formã in fine omnium neceſſariarum diſpoſitionum conſequantur. Nam ita impoſſibile eſt ipſam ante legitimam præparationẽ adipiſci, vt eſt impoſſibile artifici formam domus cõſequi ante integrã præparationẽ ad ipſam.

Quod eſſe verũ confirmat Ariſt. dicẽs: *ſic in reliquarum, rerũ materijs fit: quemadmodum dictũ eſt de materia ædium.* Probat verò quãcunque materialẽ diſpoſitionem ædificationis, aut naturalis, generationis tẽpore priorẽ eſſe ventura forma ex vtriuſque motionis diffinitione. Nam quemadmodũ ædificatio eſt progreſſio artificis à materialibus diſpoſitionibus vſque ad formam domus: ſic generatio eſt progreſſio naturalis agentis ab accidentalibus quibuſcunque diſpoſitionibus vſque ad formæ ſubſtantialis conſequutionem.

Conſtat igitur ex dictis totam organizationem eſſe propter formam, & ex conſequenti debere neceſſariò tempore præcedere ipſam formam, & eſſe opus illius agentis, quod conatur educere formam ex poteſtate materiæ, & nullo modo eſſe opus venturæ formæ. Vnde Ariſt. 1. *de par. an. cap.* 1. dicebat generationem inſtitutam fuiſſe gratia ſubſtantiæ, non è contra: vbi nomine generationis ſolùm intellexit totam eam materiæ commutationem, quæ præcedit introductionem formæ. Et quod tota illa commutatio non fiat à forma fœtus, ſed potius ab agente generationis, probat Ariſt. quia cum tota ea mutatio ſit realis, & actualis actio, non poteſt fieri ab agente, quod ſolum mouet metaphoricè, qualis eſt finis, qui antequam exiſtat, valet hoc modo mouere, ſed potius fieri debet ab ente, quod actu habeat tam perfectam naturam, qualis eſt ea, quam alteri exhibere vult. Ad hoc etenim ſolum attinet omnibus neceſſarijs commutationibus diſponere materiam ante conſequutionem finis.

Vnde

Elementa priora partibus ſimilaribus, Organa actionibus.

Vnde Ariſt. elementa priora eſſe tempore probat partibus ſimilaribus, quia ſunt ipſarum materia, & propter eandem rationem aſſerit partes ſimilares organis priores eſſe, & organa ſuis actionibus. Quod eſt dicere organorum compoſitionem eſſe priorem animæ informatione, quia extenſio, ac ſeparatio partium materiæ generationis, quæ fit mediante formatrice facultate, ita eſt materia formæ ſubſtantialis, vt elementa ſunt materia formæ partium ſimilarium. Et quemadmodum quodlibet inſtrumentum, ſiue organum particulare eſt prius tempore ſua facultate, & actione, quia eſt propter illam illiuſque ſubiectum, & non è contra, vt docet Ariſt. *4. de par. an. cap. 14.* & Gal. *plurimis in locis:* ſic tota organorum diſpoſitio, ſiue confectio debet eſſe prior tempore ſua forma ſubſtantiali, quia eſt propter illam, illiuſque materiam, & non è contra.

Vnde Ariſt. 2. *de anima, cap. 2.* probat ex inſtituto animam non poſſe recipi, niſi in corpore iam organizato, dicens: *idcirco rectè putant ij, quibus anima, neque eſſe ſine corpore, neque eſſe corpus aliquod videtur.* Etenim *ipſa corpus quidem non eſt, eſt autem corporis aliquid, & ineſt ab hoc in corpore, atque in corpore tali, non in quouis ſine diſcrimine vllo; quemadmodum veteres ad corpus ipſam accommodabãt. Atque nõ rectè putãt: quippe cũ non videatur, quoduis ſine vllo diſcrimine, quodcunque ſuſcipere, &c.*

Anima neque eſt corpus neque eſſe poteſt ſine corpore, iuxta quoſdam.

Quibus verbis laudat quorundã veterũ ſententiam, qui dicebant animam, neque eſſe corpus, neque eſſe poſſe ſine corpore: quia ſcilicet eſt aliquid corporis: nempe altera ſubſtantialis pars compoſiti, & corporis organizati. Hinc erat, quod hi veteres dicerent animam non poſſe eſſe in quouis corpore, ſed in corpore tali, hoc eſt organizato. Non enim anima recipi poteſt in corpore mathematico, neque in artificiali, neque in quouis naturali, ſed ſolum in eo, quod habet accommodata ad eiuſdem animæ actiones organa conſtructa ab alio ſuppoſito iam organizato.

Quapropter alios reprehendit veteres: præſertim Pythagoricos, quorũ meminerat lib. 1. de anim. Nam quamuis hi concedebant animam non eſſe corpus, corporeque indigere ad ſua obeunda munia: non tamen determinabant, vt priores, quibus conditionibus præditum deberet eſſe corpus animam recepturum: ſed indeterminatè dicebant, quodcunque corpus, quamcunque animam recipere poſſe. Cuius opinionis falſitatem comprobare experientiam inquit. Nam, vt experimur, quoduis non eſt aptum quodcunque recipere. Naturalis enim lex vnionis id non patitur. Concludit igitur in eodem lib. cap. 1. talem debere eſſe antecedentem corporis perfectionem ad receptionem cuiuſcunque formæ, qualis actus fuerit perfectio. Nam, vt dicebamus, cuiuſcunque agentis actus non recipitur, niſi in patiente rectè diſpoſito.

Nõ quoduis recipit quodcunque.

Explicat autem Ariſt. neceſſitatẽ quam quælibet anima habet organorum ad vnionem, & conſeruationem exemplo plantarum. Nam quamuis in his ſolum ſit anima vegetatiua, quæ pauca, & inartificioſa organorum varietate contenta eſt: ſi tamen omnino ea deficiant, ſtatim perit anima, vt experimur. Nam cum quælibet anima, quantumuis ſit imperfectiſſima, ſit ſubſtantialis vita, indiget ad ſui vnionem, & conſeruationem inſtrumentis vitæ. Alioqui anima prius tempore erit ſuis organis, quod eſt contra generationis naturalem ordinem, vt ſuperius dicebamus.

Anima quælibet eſt ſubſtãtialis vita.

Sed cum ſatis probatum ſit in hoc capite propterea organizationem accidentalem præcedere debere animæ introductionem, ideoque proprium opus generantis eſſe, & minimè poſſe fieri ab anima fœtus, quia ſcilicet inſtituta à natura fuit propter animam ipſius fœtus: probare oportet eandem concluſionem in ſequenti cap. propterea quod naturaliter animæ repugnat vniri ante debitam materiæ extenſionem.

Digitized by Google

Fœtus Anima verum ſui corporis conformationis efficiens oſtenditur: Et Archiatri Gallego rationes, & ſolutiones vtpotè vana & caſſæ omnes à Pariſano abiguntur.

NONÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall. fac. 1. n. PArtem affirmatiuam huius dubitationis veram eſſe, &c.

Pariſan. cont. 1. Medicorum Principis Hippocratis Opinio fuit, ſemina animata fore: Proinde teſtatum reliquit, Si quis Animam animæ miſceri non crediderit, demens eſt. Et Medicorũ nemini Secundus Galenus protulit, & aſſeruit, Semen quà ſemen nutriri, & primum ſemine, mox ſanguine, &c. Quibus ducibus; ſed ratione & ſenſu potiſſimum ſtatuimus, ſemen animatum eſſe, vt quampluribus rationibus aliàs ſuſtinuimus: quas validas Gallego vidit, non tamen reiecit, quod debuit: quinimo ad illas negri quidem.

In hoc capite ſua poſt multa commenta probare aggreditur, fœtus animam ſui corporis efficiens haud eſſe.

Propterea nos, qui ſemen animatum ſibi domicilium, nedum fœtus dum perficitur, fabricare voluimus, & ſcripſimus: Archiatrum ſic perperam ſentire & ſcribere admiramur: Quoniam non ſolùm Sapientum autoritati credere renuit, rationi nuntiũ remittere ſtudet; ſed ſenſui quinetiam contradicere audet, vt ex à nobis dictis pluries in prima & ſecunda parte noſtrarum de Subtilit. Exercit. atque ex ſupradictis innoteſcit; miſſo interim quod Gallego ſæpe ſæpius principium petat.

Tanta eſt cuiuſcunque animalis etiam vilioris fabricæ perfectio & excellentia; Vt perpetuò omnes homines in ſui admirationem adeò duxerit, vt omnes, inquam, Sapientiores Philoſophi ſimul crediderint, & vno ore dixerint, id Dei opus eſſe, & tandem conuenerint in vnum excogitatum & Sanctum, Id Naturæ opus fore, atque proinde alij tales mirabiles effectus, & ſummas perfectiones in Cœlorum & Syderum effectrices cauſas: alij Intelligentiarum, Cholchodeanum & alij in ſpirituum efficientiam (Archiatri Gallego Dei Sapientiam arbitratu ſuo, concurſu naturali in Scarabei generatione conſultò mittimus, quia etiam referre pudet) admirabiliſſimas ob fabricas confugerint: Quas etiam minimas, & vilioris animalis, non ſolùm Cœlos & Aſtra, vt nec etiam Intelligentias fabricare poſſe crediderint, adeo admirabilis eſt Dei Sapientia ſuis in operibus omnibus. Quæ omnia admirabilia, manu propria (vt ita dicam) ſuis Creatis dono dedit, & ſic creſcere & multiplicari præcepto conceſſit.

Non à ſe Deo creatis: nec per propagationem & ab vniuoco procreatis ſibi ſimile Dei præcepto, & dono progignentibus; ſed ex putri ab æquiuoco ortis Naturæ mirabilia conceſſit, & eſt, quod dicimus, Naturæ ſpecificæ admirabile Opus: Animæ diuinum ex Natura artificium. Secus dicere, & audere, ſtultitiam puto maximam: Quoniam Dei opera, ex Dei Sapientia, quæ perſcrutari nequeunt, propterea ſilentio veneremur.

Quod ſi verum eſt, idque à nobis imperſcrutabile, vt ſciamus, nos de modo Creationis: immo, & per ſecundas cauſas procreationis à Deo communicatæ nihil ſcire, nec ſcire poſſe à priori; (vt aiunt) ſed à poſteriori & effectibus neque id à ſumma Sapientia conceſſum eſt, quòd euagemur errantes, omnes, vt hactenus & iamnunc magnos Philoſophos cęcorum more baculo tentantes obſeruamus; à poſteriori, inquam, & ex effectibus inquiramus, Quid, Quæue cauſa admirabilem Aranei, Apis, Cicadæ, Pirauſtæ, Scarabei, &c. fabricam fabricauit: quod ni fallimur (vt nos credimus) nil inuentu facilius; vt nil dictu, nil obſeruatu, & confirmatu certius erit, ſi quæramus quid ſimile à ſimili. Exempli gratia, & gradum ſuſtine.

Quid ſummam artem docuit: maximum ingenium, aut inſtinctum, ſi mauis, Araneo telam texendi tali mirabili artificio tribuit, vt ſupra dicebamus vix credibile, & niſi videremus non crederemus.

mus. Quid Api autem maximam, vt Gallego ſupra dicebat, Et ſic de alijs ex putri etiam ortis. Dices, Natura, rectè; ſed quid eſt iſta Natura? Dices Aranei, Apis, &c. communi omnium opinione nomine (vnùm præter Archiatrum) excepto, Anima, rectiſſimè: Ergo ſi Aranei, & apis anima talia ſenſata nobis admirabilia certa præſtat, vt, quid non ſibi artificioſum domicilium? Nonne cetera hominum excogitata, vanitas vanitatum omnia?

Admirabile Aranei Opus. Deus optime, quis non maxime de Aranei arte (noſtro vt in exemplo permaneamus) admiretur, qui abſque alis duos diſtantes altos inter parietes, in ſummitate, inquam, telam fabricet & texat: quod ſenſatum abſque ſpeculatione & diſcurſu non capies, minimeque credes. Quoniam in primis multa requiritur materia, quam ex proprio educit corpore: vix credibile, ni ſenſus doceret. Secundo modus mirabilis extrahendi. Admirabilior deinde nendi modus: Et nendi adhuc imperceptibilis & admirabilior modus. Fili & ſtaminis ſubtilitas, atque æqualitas: tactu non tactilis perceptibiliſue: ſub obtutum vix cadens: tantæ fortitudinis, vt nec nendo, nec fabricando vnquam ſtamina rumpantur. Ita ſtamina bellè coniungantur abſque acu & ligamine, ac nodo, vt nullibi principium, medium, finemue videre percipereue poſſis. Ita accuratè & ſumma arte ducta ſtamina omnia, ordine firmata, ac adamuſſim contexta, & vbique ligata videas ac experiaris, vt totus in admiratione, attento & præſenti animo ſi perpendas, confundaris: nec intellectu id melius fieri potuiſſe: Vt credas Araneum Pamphylam Platis texere docuiſſe: potiſſimè ſi animaduertas, ſtamina omnia adeò bellè, rectè, & ſapienter ita ducta fore, vt quodlubet etiam ſtamen remotum tangas, perinde ſupra, ac infra, æque ad latera, ad Centrum, ad Aranei ſedem exquiſitè motus perſentiatur, finis gratia.

At quod omnem admirationem ſuperat, illud eſt, quòd ſupra dicebamus, nimirum, quòd audeat, & ſciat telam texere in ſummitate duorum ab inuicem diſtãtium parietum: & conſequenter ab alterius parietis cacumine ſtamen educendo, & nendo à parietis ſummitate ad imam baſim deſcendendo, alium aſcendendo parietem ſtaminis tantam quantitatem & molem, quanta eſt alterius parietis altitudo, colligendo, quo modo, vbi, inuoluendoque (vix capi poteſt) ad rectitudinem primi iacti & firmati ſtaminis è regione, quo ducto, tracto, rectà tenſo, ac firmato hinc inde, iſtinc illincque percurrendo, ducendo, reducendo, rectà, in gyrum ſummo artificio vix tactile, vix viſile: vixque intelligibilem Naturæ ſapientiam oſtendit. Quãdo de modo, deque ratione ratio non ſuppetit, vt ratione maximum artificium, nullo fortaſſe modo capere, nedum explicare poſſis.

Quod à poſteriori ac à ſimili argumento Aranei Naturæ Animæ eius corporis fabricæ admirabilem artem & artificium ni tribuas ex Dei Naturæ Sapientia, tota via, totoque Cœlo te certiſſimè aberrare ſcias.

Ex propter ſi ad deſtruendum ſufficit vnum, habes ex Dictatoribus animas miſceri ex Hippocrate, (proinde ſemina miſceri & animata eſſe) quod qui non credit, demens eſt, inquit. *Cont. 1.* Habes ſecundo ex Galeno, ſemen primò ex ſemine nutriri, mox ex ſanguine: Igitur animatum. *Cont. 2.* Habes tertiò ex oculata fide, in, & ex oui fabrica, vbi motus ſpermaticarum cordis, & arteriæ viſitur, & proinde (priuſquàm cor, &c. fiant, etſi ſpontaneus non ſit motus) ſentienti anima præditus eſt fœtus, quæ fabricam ſibi fabricat. *Cont. 3.* Habes quarto, à ſimili efficaciſſimo argumẽto admirabilium effectuum animæ Aranei, & deinceps ſui domicilij fabricantis: Quoniam in Scarabæo, cicindelis, araneis, ranis, & ceteris in ex putri ortis tua ficta facultas (quemadmodum nec in alijs) locum non habet. *Cont. 4.* Quibus niſi contentus ſis, & acquieſcas, quintum præſto erit, quæ ſi ſoluas Archiatre doctiſſime nobis profectò pluſquam Apollo fueris.

Quibus, inquam, ni perſuaſus fueris, quod fieri nequit, quin orationem retexas: quinto nihilominus pedem & gradum ſiſte, vt certo argumento à priori ac

Digitized by Google

à poſteriori, à cauſa & effectu certus fias, & recantes.

Cont. 5. Certum profectò eſt, quòd inſecta animalia, quorum plura ſunt genera & ſpecies ex putri, ex fimo, ex lignis ex rore, &c. oriuntur: de quibus Plinius lib. 2. c. 22. & 23. Ariſtoteles 5. de hiſt. an. c. 19. Vbi habes multa ex putri ſine coitu naſci in plantarum virentibus folijs, in lignis aridis, in pilis, &c. ex quibus vermes, in quibus erucula intra folliculum, panniculum, araneã telam incluſæ ad tactum mobiles, quia viuunt, etſi nec cibum capiant, nec quicquã excernant; ſed coercitæ & contractæ quieſcunt, qua ſub facie Cryſalides, Aureliæ, & Nymphæ Ariſtoteli dicuntur. Quas ſi frangas, materiam lacteam viſu eiuſdem rationis, & homogeneam totam reperies: quæ tamen viuens mutataque forma & perfecta folliculum rumpit, pennatum & papilio euolat. Ita vt abſque ſemine ex putri materia educta Scarabæi tauri, id eſt, corni geri & papilionum mirabiles fabricæ fiant, non à generantis ficta accidentali forma formatrice facultate; ſed ex putri fimo, ex rore, ex arrido ligno anima, vermis: deinde nympha, aurelia, poſt papilio, pennigera, tuus Scarabæus: qui nõ à Scarabæo ſi noſti, & proinde ex nympha, quam Deus, aut ex qua Deo iure tuo naturali via, & modo, referre liceat, fieret: quod Galeno etiam Etnico impiũ dictum meritò fuit, me iudice.

Ea propter efficere nequeo, meque continere non poſſum, quin abſque fuco de more loquar maxima cum admiratione, Tui quod proceres Hiſpani, quos ad pompam in libri principio appoſuiſti, el Licentiado Velaſco, y Aceuado: el Doctor Celidon: Ioannes Baptiſta Poza: Doctor Ioannes Guttierez Solorcano, & alij multi hæcce tua ita probauerint, & hoc potiſſimum de Scarabæi ortu, Galeno Etnico impium viſum & declaratum admiſerint, immo laudauerint: quod Venetijs omnino damnaretur.

Quare ſi ex rore vermis, ex verme folliculo induto nympha, è nympha anima à verme alia papilio, cicindela: ex ligno arido tuus ſcarabæus pẽnigera & papiliones innumeri progignuntur. Ergo & alia ab ipſis Animabus per propagationem procreabuntur, aliæ fabricæ & admirabiles fabricabuntur, vt rationi maximè conſentaneum eſt, & minimè ab accidentali forma ficta tua formatrice facultate.

Neque dicendum, quòd ex arido ligno, cœno, rore, fimo genitus vermis erucula corrumpantur; & facultas procreatrix generet inſtrumenta ſubſequendæ formæ: quoniam ex verme aranea tela obducto, chryſalis, aurelia, nympha viuit inquit Ariſtoteles, & tactu perſentitur: quia reſiſtit: & tamen ſi frangas nympham, materiam homogeneam viſu, eiuſdem, inquã, rationis reperies, quemadmodum eſt animalis ſemen, viſu homogeneum dico & animatum, quod argumẽto nobis eſt maximo. Cont. 6.

Quam obrem ab eadem vermis anima nympha procreatur. In nympha ſeu Chryſalide, aurelia, ſcarabæi anima pennigerũ animal, papilio quid perfectius. Quî verò talis animę perfectiores tranſitus fiant capere nos non poſſumus, quia Naturæ abſcõdita ſunt opera. Sat nihilominus quòd non à phantaſtica facultate, ſed ab anima. Quoniam vt meridiana luce clarius eſt, ex cœnoſa materia, rore, ligno arido, &c. talis ficta facultas ortum non ducit; ſed ab anima, fabrica, & omnis operatio. Ergo & in progenitis ex propagatione. Cõfirmatur

Si in ex putri ortis generantis tua ficta facultas non adeſt, quoniam nec generãs extat, quod per quam certum eſt. Ergo certiſſimum quòd ex cœnoſa materia orti muris fabrica ab eius anima fabricata eſt: Ergo & muris per propagationẽ orti ſimillima & eadem fabrica: niſi quòd de ſcarabæo dixiſti, replices, (Galeno impium) nobis repetere abſit. Itaque ſi ex, & in putri ortis anima fabricam & omnia perinde perfectè præſtat, ac in ex propagatione ortis adamuſſim viſitur. In eiſdem ex propagatione (& eo faciliùs ac excellẽtius, quia ab eadem numero anima præparante & elaborante in parentum corporibus) etiam anima, æquè & ad vnguem præſtabit, ſi ſanus ſum. Secus ſi res ſeſe habeat, aliter tu Archiater docebis nos. Cont. 7.

Po-

Cont.8. Potiſſimum, quòd minimè dicendum vermem, eruculam corrũpi, interire Chryſalidem, Aureliam, nympham, ex qua papilio: quoniam tactui, inquàm, reſiſtit, & proinde viuit, vt ſenſu conſtat. Et ita Vermis anima vt os, pedes & cetera inſtrumẽta ſibi fabricat: poſt ignoto nobis modo illis deſtituitur, & ex præſtantiori materia lactea, & veluti ſeminea perfectius opus, pennigerum animal, papilionem procreat. Secus Naturam argueremus: quando ad papilionis ortum ex putri tot corruptiones opus fuiſſe ſtatueremus: quando ſi ex putri papilio oritur, tribus abſque primis corruptionibus naſci potuit, & natura debuit, vt mus ex cœno. Eapropter ex Naturæ ſapientia talibus mutationibus opus eſſe, (nobis ignotis) nec ſecus fieri poſſe ſtatuendum: & proinde materiam diſponi, inſtrumenta fabricari anima gubernante, operante, perficiente ijs materiæ mutationibus, nec ſecus rectè & ſapienter fieri poſſe: niſi Naturam bardam dixeris, aut Vos ea ſapientiores eſſe profiteamini. quod proſit.

Cont.9. Inſuper ex Chryſalide, aurelia, nympha Scarabæus generatur, papilio, pennigerum animal, verme, (ex quo nympha) perfectius, tamquam ex materia etherogenea, quæ ſenſui homogenea quaſi lactea apparet, vt ſemen (& ceu à toto ſemen, vt aliàs diximus, etherogeneum animatum viuens, nota Archiater, quia tibi dictum etherogeneum inquam, non æquiuocum vt tu ſupra nos aduerſus perperam) viuit tamen, vt tactu perſentitur: quia reſiſtit. etherogenea, quia ex verme animali motu prædito: ex materia diſpoſita præparata ad nobiliorem perfectiorem animam ipſius vermis, ad Scarabæi, papilionis animam ſibi propriam ſpecificam fabricam conſtructuram: Quis contradicere ſine erubeſcentia audeat? Sic aliàs etherogeneum ſemen animatum diximus, vt de Chryſalidis materia animata, anima inquam, Scarabæi prædita, quæ ſcarabæum, ſeu ſcarabæi inſtrumenta, & fabricam fabricat: vnde poſtea his peractis folliculum rumpit perforat, & Scarabæus, pennigerum euolat. Vt quod lubet (dicebamus per propagationem) ſemen tum plãtæ, tum animalis à toto prolabens animatum ſibi proprium domicilium fabricat.

Ea propter ex cœnoſa materia ab æquiuoco diſpoſita & præparata, non à phantaſtica formatrice facultate, ab accidentali materiali forma, quæ nihil nouit, in, ex putrique ortis ineſſe, imaginari nequit; ſed eductæ animæ mirabilis fabrica & perfectum diuinum opus, & poſt munera, acta, vt de araneo dicebamus tribuenda ſapientiſſimæ nimirum Naturæ, quæ per Vniuoca, & Æquiuoca ſapienter ſemper agit, & ſuam iuxta ſpeciem, fabricam & inſtrumenta ſibi conſtruit & fabricat ſine errore ſemper: quia ſibi & propria conficit: propterea nunquam in mure, ranæ inſtrumenta videris, neue è conuerſo, niſi monſtrum ex neceſſitate contingat, & ſic de ſingulis. Cont.10.

Ceterùm miſſis etiam procreationibus ab æquiuocis Cœlis, aſtris, Sole, ad Vniuocorum generationes deueniamus. Si tua iſta accidentalis forma formatrix facultas ante animæ aduentum inſtrumenta fabricat: Ergo quid agendum agnoſcit, magnum ſanè accidenti, & accidentis, agnoſcere & ſapere, & ſapienter. An agnoſcet (tibi) quod materiali formæ ſubſtantiali, animæ requiritur: quoniam materialis forma accidentalis? Verùm in homine priuſquam tibi rationalis anima ſuperueniat, manus, mirabile auditus inſtrumentum, cerebrum magnum, &c. hominis, ſeu rationalis animę propria inſtrumenta fabricat, quod ſui non eſt muneris, ſed ſuperioris intelligentiæ, non accidentalis, & phantaſticæ. Cont.11.

Amplius tibi fabricat, vt ſuperueniens anima illico agat: Sed rationalis anima in vtero, nec extra per menſes ratiocinatur: Ergo tibi poſt in lucem egreſſum fœtum, & poſt menſes etiam ingredietur: Aut tibi ſimul ingreſſa diſcurret, quæ parum ſubtilia, ne abſurda dicam omnia. Cont.12.

Vlteriùs tibi ſubodorandum pluribus & ſubtilibus obijcitur, non primoribus naribus de more, vt etiam tibi ſimiliter ſimilibus alijs naſutis, vt Mundinio magna cum Medicorũ & Philoſophorum caterua Cont.13.

con-

contigit: quorum diſcuſſa, ventillata, & quinetiam ſubtiliter cribrata videris: Nõ ſolum in prima parte,quæ oſcitanter legiſti: proinde me Ariſtotelis argumẽta non ſoluiſſe dixiſti; dixiſſes tamen quæ non ſoluta fuerint ſi adhibitam tibi fidem voluiſſes. Sed iterum omnia, plura,& ſubtiliora ruminabis in Pari & Saniori Iudicio noſtro,ac etiam quæ demum in (lucem edidimus) ſecundæ partis Lydio Lapide ad Mundinium & ſequaces (quorum tu vnus Archiater Malachenſis eris: alij Veneti) tibi perpendenda: quando tibi ad vnguem, ac adamuſſim dicta ſint. Quæ propterea non raptim, non fugis & nugis tranſeunti;ſed præſenti animo ſingula collato pede tibi aggredienda Archiatro. Nõ de animato tantummodo ſemine; ſed de ſeminis quin etiam à toto prouentu: Cuius noſtra argumenta priora, vt Hippocratis, & aliorum ne ſubobdorari quidem voluiſti bone Archiatre.

Cont.14. Ceterùm propius nunc ad rem, Iſta tua materialis forma formatrix accidentalis facultas, quo modo alijs membris & inſtrumentis antipathiam & ſympathiam imprimet? Quod ſuperueniens anima,(tibi à matre) quæ pater appetit, quærat? Quæ abnuit illa, æc abhorreat. Exempli gratia,quæ pater odit reſpuit, vinum, caſeum,&c. Filius quoque, ſeu eius Ventriculus abhorreat & reijciat?

Cont.15. Adhæc accidentalis iſta forma materialis,formatrix tua facultas indiuidualis, quo modo ſimilitudines & mores ab anima pendentes ſine anima, ſine natura imprimet? quo modo ſimilia inſtrumenta patris & matris agnoſcet? quo modo vtriuſque genitalia? quo nam pacto ſine Natura, ſine anima naſum aquilinum, ſimum aduncumue fabricabit: Cæſios, nigros, caprinos oculos: cum manco aut ſuperfluo membro aut claudo crure, vt pater eſt fabricabit? An phantaſtica hæc omnia? An verò maximè claudicans hæc tua eſt philoſophia?

Non propterea excogitatas ſano modo facultates damnamus; ſed laudamus ad intelligentiam, & facilioris doctrinæ gratia inuentas. Non autem quòd innumeræ facultates in animalis corpore dentur actu,& re ab anima diſtinctæ Archiatri arbitratu; quæ re apſe ſic mera ſunt figmẽta,& pura otioſorum ſomnia; Quoniam vt Aranei anima ſuis cum inſtrumẽtis potiſſimũ animatis, & quinetiam inanimatis: innatis calidis, influentibuſque caloribus ſuum penſum abſoluit, ſuaque munera exercet & præſtat. Exempli gratia ad externa munia ad telam araneam. Primum quatenus materiam proprio in corpore generat & perficit, poſt educit nendo,deinde colligit & inuoluit mirabilibus modis vix intelligibilibus. Poſtmodum ſummo ordine ſtamina enodando ducit & reducit, & tanta arte ac ſapientia texit, vt ſi ratione vteretur melius certò & exquiſitius non poſſe rearis: quia Naturæ opus.

Quam ob rem hîc ad rem, Admittimus materiæ ſtaminum generatricem, eductricem,nectricem, collectricem, inuoluitricem, diſſoluitricem, ductricẽ, reductricem, textricem, & innumeras huiuſmodi facultates; ſed ad faciliorem, inquam, intelligentiam,& clarioris doctrinæ gratia. Non quòd re vera accidentales ſint formæ ab anima ſeparatæ,quo modo pura phanſtica ſunt. Sed ipſa Aranei anima ſuis naturalibus inſtrumentis animatis,inquam, & inanimis inſitis calidis, & influentibus caloribus hæcce omnia agit,præſtat & abſoluit: quoniam ipſa videt (cum corpore, inſtrumentis) ſentit,agit, texit,&c. Et prout ſic agit, & quatenus ſic operatur, mouẽdo motrix: nendo nectrix: texẽdo textrix, &c. dicitur. Et quum tota ſit in toto,& in qualubet totius parte,in toto,& in quauis parte,proprium Archiatre ſuũ penſum abſoluit pro inſtrumenti & partis natura,& munere. Etenim,vt in animalis animantiſque procreatione per propagationem orti, ex ſemine inquam, de nouo id procreat: quia ſemina animata, & fabrica initiata,ac adumbrata (vt ita dicam) eo,quo aliàs modo diximus,etiam quo ad ſexum: quoniam animæ in ſeminibus miſcentur, quod qui non credit demens eſt inquit Hipp., & quia ſemina nutriuntur, quod ex Galeno liquet, atque à nobis ſa-

tis

Digitized by Google

tis ſuperque probatum eſt dictis in libris; ſed ſibi fabricam perficit & inſtrumenta abſoluit.

In ex putri verò ortis, vtpote quæ anima ex præparata & diſpoſita ab æquiuoco materia educitur, fabricam & inſtrumenta ſibi propria producit: Vt nemo dicere audeat, nec Gallego quidem, ſe vidiſſe vnquam initiatam ex cœnoſa materia fabricam & inſtrumenta abſque anima; ſed bene talia animalia viuentia nondum cuius ſpeciei fuerint, Nota, vt de Scarabæo initiato; vtque de rana, nondum viſu rana, (vulgo ranabottolo) ſed natans animalculum ignotum, ſupra in ſecunda parte dicebamus: poſt experientia & obſeruatione rana, vt in pluribus videre & obſeruare eſt.

Quam ob rem ſubſtantiæ eſt, Animæ eſt, Naturæ, Diuinique eſt talia præſtare, non fantaſticorum accidentium, accidentalium materialium fictarum formarum; ſed Animæ, inquam, quæ quatenus ſuis cum inſtrumentis in hiſce, & cœnoſa è materia format, generat (ad faciliorem intelligentiam, anima, inquam) dicitur formatrix, generatrix, cerebrifica, cordifica, oſſifica, membranifica, neruifica, venifica, arterifica, muſculifica, & ſic de ſingulis.

Sic quatenus in iam perfecto corpore operatur, verè dicimus animam in corpore ſuis inſtrumentis videre, audire, ſentire, mouere, attrahere, retinere, concoquere, apponere &c.

Vt de Rationali Anima certiùs: quæ verè recordatur, diſcurrit, ratiocinatur, &c. Hinc recordatrix, ratiocinatrix anima, non accidentalis materialis forma, phantaſtica facultas: quod vt falſum & ridiculum Chriſtiano Philoſopho dicere abſit, & Archiatri pace prolatum ſit.

Pariſani Ad rationes & argumēta Gallego, & ſolutiones.

Archiatri rationes. De primo ficto organizationis gradu ex dictis ruunt & præcipitant, atque purè merè phantaſticæ ſub obtutum cadunt: quando certiſſimum ſit in ex putri ortis generantis fictam illam facultatem non eſſe, nec poſſe, niſi quid chimericum addatur, vt de Scarabæi naturali ex Deo generatione malè ſentiens auſus eſt Gallego. Anima enim ab æquiuoca cauſa diſpoſita ex materia abſque ad ſenſum & motum inſtrumentis educta, requiſitis temperationibus ſibi domiciliũ conſtruit, vt in, & ex hiſce ſupradictis liquet: & ex pulli in, & ex oui fabrica oculata fide comprobauimus; vt miſſis nugis, Archiatro & cuique periculum faciendum eſt.

Semen in ex propagatione progenitis animatum, delineatum (etiam in plantis) ſibi fabricam in parentum corpore perficit, vt in qualubet ſpecie a c indiuiduo videre eſt: in recepta ſaltem matrice, ſicuti in ouis. Quam ob rẽ hominis ſemen materiali hominis animatum anima ſuam ſibi perficit fabricam, qua, rationalis anima in ſuo ingreſſu non eget, ad ſuas proprias, intellige, operationes, ad intelligendum, ad ratiocinandum, nec poſt dies, hebdomadas, ac menſes in vtero, necnon etiam poſt in lucem egreſſum; Vt nimis leues & friuolæ obiectiones & rationes Archiatri ſint. Propterea ad animæ introductionem perfecta fabrica, & inſtrumenta nõ requiruntur: neue ad rationalem animam: neue ad materiales animas, vt in oui fabrica videre eſt, vtque meridiana luce clarius, ſana mente, & oculis præditis, eſt.

Sat enim in ex putri ortis materiæ diſpoſitio, (in ex propagatione inſitis caloribus & aſſimilato partibus ſemine, quum anima introducitur) & temperies (quando anima educitur) propria, quæ ab aliis diuerſæ ſunt ſemper, vt etiam quantitas: adeò vt alia vermis, eruculæ, ſcarabæi, ranę, alia muris. Hinc inclinatio, & appetitus: amor Archiatri.

Vt permaximè mirum mihi videatur, quòd Doctores illi dicere id audeãt: quoniam rationalis anima poſt à corpore ſeparationem, & illius interitum, etiamſi illud conueniẽter diſponeretur ad illud informandum non rediret naturali inclinatione mota, propter appetitum diſpoſitionum, quæ leuitas & vanitas eſt: Propterea nos ex lege & fide id nõ credimus: tametſi ſæpius factum ſciamus, non inclinatione, naturæue virtute, & poteſtate: ſed Dei miraculo: idque tandem generatim futurum Dei ob gloriam finali in Iudicio, non

animæ

Digitized by Google

animæ appetitu, & amore. Quod ſi tandem appeteret regreſſum, id fieret, vt ageret, & mereret, vt de quibuſdam Sanctis certum legitur. Secus in carcerem rediret. Vnde Benedictus Sanctus, Cupio diſſolui. Quis liberabit me de carcere, &c.

Diſpoſitiones profectò præparationes & temperamenta ad introducendam, & educēdam animam requiruntur; ſed materiæ accidētales diſpoſitiones inquam, non perfecta fabrica & organa, admirādum & diuinum Naturæ opus: Quam ob rem artis exemplum non ad rem: Neque ignis ad propoſitū: quoniam artis & ignis violentia formæ accidunt. Animæ vero amore & ſuauitate, non vi ab vniuoco introducuntur: ab æquiuoco educuntur.

Prouerbium ſimiliter ad rem minimè facit: quoniam vt Mercurius non ex quoquo ligno; ſed ex nobiliori quo ad materiam duram firmam, puta ex cupreſſo &c. Non quo ad inſtrumēta; quoniam eadem Mercurij, ac baiuli.

Inſtrumenta ſunt quidem priora cuius gratia, fine ſcilicet, non efficiente cauſa, vtpote eiuſdem effectus animæ inquam; ſed actionis, vt auris ad audiendum: oculus ad videndum, &c. quæ inſtrumentorū animæ præditorum actio eſt: quæ anima inſtrumenti & actionis efficiens cauſa eſt; non facultas accidentalis materialis forma.

Quamobrem ſi inſtrumenta actionum gratia, & Anima actionum cauſa efficiēs; inſtrumēta ſibi tempore poſteriora: quoniam talia procreare apta & idonea ad proprias ſuas actiones debet; vt Araneus ad nendum, texendum ſui finis gratia, ad capiendas muſcas, ad cibum. Scarabæus pennas vt ceteri papaliones ad volandū, &c. quæ non à phantaſtica facultate, vt probatum eſt, ſed ab anima certum eſt.

Sic in ædium fabricatione: (in eius exemplo permanētes) Prior eſt architectus æde: laterarius lateribus: lignarius faber trabibus, portis, &c. (loquimur namque deﬃcienti cauſa) non è contra, ædes ante fabricatorem, trabes, portæ ante lignariū fabrum: lateres ante laterarium.

Ædificij materia apta & idonea quidē requiritur; ſed talis à viuente efficiente artefice reddita, & elaborata, ex qua domus. Semen ex quo primùm elaborato optimum partis & partium alimētum, mox animatum, animal. Cœnoſa materia optime præparata ab æquiuoco, ex qua Scarabæus generante & informante anima. Domus forma, accidentalis finis, habitatio Architecti, vel alius cuius gratia. Sic oculi, penniger alæ efficiens anima, efficientis animæ cuius gratia, ad videndum, ad volandum finis. Et ita omnia ex diſpoſita, propria adæquata materia à proprio artifice ad certumque finem. Eſtque progreſſio artificis à materialibus diſpoſitionibus ad domus formam finis gratia ad habitandum. Ita procreatio progreſſus (in ex putri potiſſimum, in ex ſeminis propagatione perfectiori modo) agentis & progignentis animæ ex diſpoſita materia ad perfectam fabricam ſui domicilium.

Conſtat igitur ex dictis totam organizationem & fabricam eſſe à propria anima; nequaquam à phantaſtica accidentali materiali forma, accidentali facultate, & ex conſequenti præcedere debere ipſam animam è materiæ potentia in ex cœnoſa materia ortis inſtrumentorum fabricatricem; In ex propagatione verò ortis ſimul cum delineatis inſtrumentis ipſum ſemen ingredi modo aliàs dicto: & auctoritate, ratione, ac ſenſu probato: Et proinde à fœtus, immo à ſeminis anima, & conſequenter realis, & actualis, non metaphorica actio, vt ex dictis liquido patet.

Elementa ſunt quidem ſimilaribus partibus priora; quoniam anima nunquam in elementa introducitur, ex ipſiſue educitur; ſed ſemper ex hac etherogenea materia putri: Vt ſimiliter in ex propagatione in ſemen etherogeneum ingreditur, in ijs inquam iam diſpoſitis, & dictis modis præparatis, ficta abſque accidentali formatrice forma; & conſequenter inſtrumenta eſſe quidem tempore priora ipſa actione, non autem ipſa verè efficiēti cauſa, quæ eſt anima.

Quam ob rem Ariſtotelis ſententiam non recipimus, (quamuis ex hoc 2. cap. 2.

de

de an. ex Ariſtotelis hiſce verbis à Gallego colligi nequeat) vt aliàs in prima parte: in Pari & San. Iudicio: ac in ſecunda parte confutauimus, quam noſtram in opinionem (fortaſſe noſtris ex auditis de plantarum ſeminibus rationibus) ſupra Archiater pedibus venit, de plantarum, inquam, animato ſemine: tametſi ſemina plãtas eſſe ignorauerit, vt inibi, &c. Quæ plantarũ ſemina, & fructus Ariſtoteles anima carere docuit. Quocirca animantium inſtrumenta, vt mirabilia & diuina diuinæ Naturæ, Animæ ſunt opus: & proinde anima poſteriora miſſis nugis: tempore verò actionibus priora, admittimus.

Et ita talis organorum ad animæ vnionem explicatio vana, & omnino caſſa eſt: quia ſemina animata ſunt, viuunt, nutriuntur, & augentur: quia in ex oui fabrica, oculata ex fide vita, & motus viſitur: & animam inſtrumenta ſibi propria fabricare certo colligitur. Quia Chryſalis, aurelia, nympha viſilibus ambſque inſtrumentis ſaltem viuit, & motui preſſioni reſiſtit, vt ſupra certò probatum eſt. Alioquin igitur Archiatre doctiſſime atque tu dicis, & ſuſtinere omni fallaci conatu contendis, Animam prius tempore ſuis organis erit: quòd eſt ſecundum generationis ordinẽ, & iuxta mirabilia, ac diuinum Naturæ opus, vt ſuperius dicebamus, & aliàs probauimus.

Et conſequenter ſatis reprobatum à nobis eſt, accidentalem organizationem animæ introductionem præcedere debere: ſed è contra organizationem, non phãtaſticum, ſed mirabile & diuinum opus ſapientiſſimæ Naturæ, Animæ, eſſe, vt ſupra & alibi noſtris in libris pluribus autoritatibus, rationibus, & ſenſatis probatum, & comprobatum extat.

Gallego lib. 3. c. 19. pag. 142.

Eadem ſententia, quæ tenet animam fœtus totam facere formationem, alijs rationibus reprobatur, & diſſoluuntur argumenta contrariorum. Gallego.

1 *Anima rationalis*

QVoniam, vt ſuperius vidimus, Argen. Philippus Ingraſſia, & alij adeo parui ſpendunt animam rationalem, eiuſque dignitatem, adeoque ignorant ordinem generationis, vt dicant, non ſolùm brutorum animas, ſed etiam animam ipſam rationalem in ſemineo liquore introduci; & quoniam noſtris quoque temporibus altera non minus falſa opinio diuulgata eſt, quæ aliarum abſurda fugiens, finxit animam non ſemini ſeparato, ſed mixto ſanguine aduenire: neceſſarium eſt probare id naturæ viribus fieri non poſſe, propter propriam animæ naturam, & propter alia inconuenientia. Et quoniam potiſſimum fundamentum omnium iſtorum eſt, quod ad primum actum nullo modo indigeant animæ debita materiæ extenſione, neceſſarium eſt probare hoc falſiſſimum eſſe: probare ſcilicet animam, quatenus eſt officina diuerſarum actionum, non poſſe informare materiam, quæ non habeat actu debitam ſuis potiſſimis actionibus materiæ, extenſionem, materiæque debitam extenſionem eſſe ſingularium partium cum reliquis circunſtantijs, conuenientem ad actiones ſituationẽ, factam ab agente ad menſuram partium introducendæ formæ, ſi anima fuerit diuiſibilis: ſin minus ad proportionem facultatum eiuſdem animæ.

à nonnullis parui æſtimata.

* In primis igitur nulla forma ſubſtantialis vnitur corpori propter ſolam vnionem, ſed propter exercitium ſuorum actuum, ergo anima nõ vnitur corpori propter primum actum, qui eſt vnio ſubſtantialis, ſed potius propter potiſſimum, ac vltimum finem qui ſolum debet vniri propter organicas ſcilicet actiones: non igitur erit corpus informabile, ac perfectibile, quouſque poſſit recipere completam animæ perfectionem, eiuſque vltimum finẽ, qui potiſſime dependet à ſecundo actu eiuſdem animæ. Tunc etenim ſimpliciter eſt perfectum, cum valet recipere ſuarum actionum agentem cauſam, ipſaſque exercere. 2

Forma ſubſtantialis propter quid vniatur corpori.

* Quapropter in informabile, & imperfectibile erit dum facultates animæ recipere non poteſt. Vnde quemadmodum repugnat ex parte corporis recipere completam animæ perfectionem ſine organis: ſic etiam repugnat ex parte animę, vt poſſit facere vnionem cum materia, quæ 3

non

Digitized by Google

non ſit debitè ſiue perfectè extenſa.

4 * Quapropter, vt anima poſſit informare aliquod corpus, ſecundum naturæ ordinem non ſatis eſt, vt ſit ſimpliciter quantum, ſed neceſſarium eſt, vt actu habeat eam quantitatis extenſionem, quæ fuerit neceſſaria ad ſecundum actum formæ. Quam extenſionem adeo neceſſariam eſſe ad animæ vnionem iudicat Henricus, vt refert Pater Suarez diſ. 15. de cauſa formali, ſectione 6. vt ſine ipſa, nec per diuinam Dei potentiam fieri poſſe aſſerat. Ipſe verò Suarez, & alij philoſophi ſine controuerſia concedunt ſimpliciter neceſſariã eſſe quantitatiuam, & qualitatiuam diſpoſitionem ad eductionem animæ, ſecũdum naturæ ordinem, ex poteſtate materiæ. Et quemadmodum non eſt ſufficiens quæcunque qualitatiua diſpoſitio ad animę vnionem, ſed neceſſariò debet adeſſe ea, quæ eſt neceſſaria ad actiones animæ efficiendas: ſic dicunt non ſatis eſſe ad animæ vnionem qualemcunque materiæ diſpoſitionem organicam, ſed eam, quæ ad numerum motuum animæ ſit neceſſaria. Quod etiam in formis non viuentibus fieri videmus ad vniuſcuiuſque enim introductionem antecedere videmus tantam partium extenſionem, quantam introducendæ formæ dignitas expoſtulauerit. Vnde forma elementi pauciores numero partes ad ſui introductionem requirit, quàm forma mixti inanimati. Propter quem naturalem ordinem neceſſariò ſequitur animam rationalem indigere ad ſui vnionem tanto maiori, ac delicatiori partium numero, quanto ipſa reliquis eſt excellẽtior.

5 * Quapropter non ſolum à naturali ratione alienum, ſed maximè temerarium videtur eſſe eorum decretum, qui ſcribere audent animam rationalem à Deo creari in ſolo ſemine, vel in maſſa quadam ex ſemine, & ſanguine facta antequam agens generationis ipſam ſubſtantialiter cõmunicet. Secundum enim horum hominum ſententiam fere eadem eſt partium extentio ad omnium animarum perfectorum animalium introductionem. Nam in omnibus eædem ſunt partes illius liquoris, vt conſtat ex communi diffinitione ſeminis, & ſanguinis. Ex illis enim patet ſemen, & ſanguinem non eſſe corpora organica, ſed ſolum ſimilaria, ac phyſica: ad animæ verò receptionem vtrumque requiritur, vt probatum eſt.

Animam rationalẽ creari in ſolo ſemine, temeraria opinio.

* Quod quidem alia ratione à priori probatur. In primis enim fieri non poteſt, vt animæ materiales recipiantur in corpore organis priuato: præſertim iuxta eorũ ſententiam, qui aſſerunt omnes animas materiales eſſe diuiſibiles; nam cum tales animæ educantur ab agente generationis ex poteſtate materiæ, impoſſibile eſt, vt tota anima educatur ex toto, & tota ex qualibet parte corporis, quia ſic vnica actione tot educerentur animæ, quot ſint corporis partes: Vnde tota educitur ex toto: educendo tamen quamlibet eius partem ex ea corporis parte ad quam dicit aptitudinẽ, propter conformem eiuſdem diſpoſitionem. Nam quemadmodum tota anima materialis dicit relationem ad totum corpus propter connaturalem diſpoſitionum varietatem: ſic quælibet eiuſdem formæ pars dicit relationem ad vnam ſingularem totius corporis partem, propter ſingularẽ diſpoſitionem, ac partialitatis diſtinctionem ab alia eiuſdẽ corporis parte, vt pars animæ, quæ capiti reſpondet, debet ex poteſtate capitis educi, & non ex poteſtate hepatis. Vnde, vt talis anima ex poteſtate materiæ educatur, eique vniatur, neceſſarium eſt vt præcedat organorum productio. 6

* Si verò anima immaterialis, ac indiuiſibilis ſit, qualis ſola rationalis eſt (hæc enim ſola non diuiditur ad materiæ diuiſionem, & eſt tota in toto, & tota in qualibet parte) excellentiori quodam modo indiget ad ſui vnionem antecedente corpore in varia organa diuiſo, propter præſtantiam diſtinctarũ eius actionũ, quas in ſua perfectiſſima natura eminenter continet. Quãuis enim perfectiſſimus iſte actus ſit totus in toto, & totus in qualibet corporis parte ſecundum ſuam perfectionem ſpecificam, vt inquit D. Tho. in quæſtionibus de anima: ſecundùm tamen potentiam, ac operandi virtutem, non eſt totus in quolibet corporis organo. Nam licet 7

Anima rationalis quali corpore indigeat ad ſui conſeruationẽ.

tota

Digitized by Google

tota virtus, & poteſtas ſit in anima rationali, tanquam in radice: non tamen in qua cumque corporis parte omnes eius facultates ab eadem dimanare poſſunt: quoniam diuerſæ corporis partes, diuerſo modo diſpoſitæ ſunt ab agente, vt quælibet ſcilicet correſpondẽtem ſibi recipiat eiuſ-
8 dem animæ facultatem. * Vnde ſecundum particularem potentiam ſolum vnitur rationalis anima ei corporis parti, quę propter receptam ab agente generationis diſpoſitionem, ita naturaliter reſpicit talem animæ facultatem, operationemque, vt nulli alteri ſit apta. Ex ſola namque talis partis, & animæ vnione reſultare poterit talis facultas.

9 * Iuxta quem ſenſum veriſſimè dicimus, quod quemadmodum tota anima rationalis, quo ad ſuam eſſentiã cuilibet corporis parti eſt vnita: ſic ſecundùm particulares potentias peculiari vnionis modo debere vniri particularibus eiuſdem corporis partibus. Nam quemadmodum ſe habet totum corpus organicum ſimul ſumptum ad vnionem totius animæ in ordinem ad ſuam conſeruationem mediis omnibus ſimul ſumptis operationibus: ſic ſe habet vnumquodquè ſingulare organum reſpectu particularis animæ potentiæ. Quia licet omnes potentiæ, vt dicebamus, radicentur in eſſentia indiuiſibili animæ: quælibet tamen corporis pars vnitur animæ ſecundum modum ſuæ potentiæ, animaque ipſa diuerſis iungitur corporis organis ſecundum diuerſitatem ſuarum potẽtiarum. Ex quibus ſequitur, neceſſario organa ea, quorũ actiones ſunt neceſſariæ ad conſeruationem vnionis, debere eſſe in rerum natura prius generatione, & tempore ipſa anima rationali. Aliter enim non poterit in eodem inſtanti, in quo corpori iungitur, diffundere facultates, ſine quarum actionibus impoſſibile eſt, vt conſeruetur vnio. Nam cum non poſſit anima ſuas diffundere potentias abſque actuali influxu, ſiue concurſu diſpoſiti ſubiecti; impoſſibile eſt, vt diffundantur, ſi organa non fuerint prius ab agente generationis producta.

10 * Quod autem non poſſit vnio ſine organis conſeruari, euidenter confirmat experimentum, quod in naturalibus facit manifeſtum, id, quod ratio non aſſequitur. Experimur enim in eodem tempore, in quo propter diſtemperiem, vel ablationem cordis, hepatis, aut cerebri deficit alicuius actio, ſuccedere animæ ſeparationem: manifeſtum igitur eſt indicium ſimpliciter neceſſaria eſſe ad vnionem illa organa. Vnde euidenti ſigno colligimus, confectionem organorum antecedere animæ vnionem. Nam quemadmodum illis ceſſantibus finitur vnio: ſic impoſſibile eſt, vt incipiat ſine illis.

Organorũ confectio antecedit animæ vnionem.

* Quod probat S. Thom. in dictis quæſtio- 11
nibus, licet per contrarium ſenſum. Inquit enim: *quod ſicut forma non aduenit materia, niſi ſit facta propria per debitas diſpoſitiones: ita ceſſantibus proprijs diſpoſitionibus in materia, remanere non poteſt forma, &c.* Nos verò contrario nunc colligimus modo: ſi corruptis, ſiue ablatis dictis organis finitur animæ vnio cum corpore, ergo eadem vnio non potuit habere principium ante illorum organorum generationem. Hunc verò modum inueſtigandi naturalium rerum veritates amplectuntur doctiſſimi Philoſophi, tanquam veriſſimum, & neceſſarium, & eo ſolo concludit Galen. *in lib. de ſemine* teſtes eſſe autores generationis, virilitatis, & perſeuerantiæ natiui caloris. E quibus omnibus rectè concluditur formationem non poſſe ab anima fieri.

* Quod ſi aliquis dicat plures requiri 12
diſpoſitiones, vt conſeruetur vnio, quam, vt fiat, falſiſſimam perfectò ſtatuet ſententiam. Nam cum actiones organorum ſolum fiant propter conſeruationem vnionis, tanquam propter potiſſimum finem, & non è contra, neceſſariò organa debent præcedere animæ vnionem. Nam perpetuò ea, per quæ itur ad finem, præcedunt ipſum finem: præſertim cum animæ rationalis vnioni nullum adueniat diſcrimen ratione ætatis, ſiue continuationis, ſed ſemper ſit eadem vnionis entitas, ideoque eiſdem diſpoſitionibus ſemper debeat conſeruari. Vnde à principio ad finem vſque ſemper indiget a-

Finẽ præcedũt ea per quæ itur ad finem.

ctionibus potiſſimorum organorum, vt
13 conſtat. * Nam ſemper indiget conſeruatione caloris, per reſpirationem aut tranſpirationem, vt in fœtibus, facta, & nutritione hoc vel illo modo à natura inſtituta, prout poſtulauerit viuentis ſtatus: ſemper tamen potiſſima expoſtulat organa, in quibus, tanquam in proprijs ſubiectis facultates, vt immediatum agẽs quo operentur, & ipſa organa, vt agens quod, ad quod non eſt neceſſari a perfectio magnitudinis, dummodo adſit perfectio eſſentialis inſtrumẽti. Nam etiamſi inſtrumentum aliquod, vt cor, intrinſecum ſuum magnitudinis terminum, id eſt, vltimam magnitudinem, quam habere natum eſt, nondum attigerit, ſed adhuc ſit in vltimo paruitatis intrinſeco termino, ita vt ſub minori conſeruari non poſſit: ſi tamen duos habeat ventriculos, quatuor vaſa, &c. poterit proculdubio anima in eo facere ſanguinem ſpirituoſum, & arterijs vim pulſandi exhibere. Quæ omnia facere ſine illo organo
14 impoſſibile eſt. * Vnde quamuis cor hominis in principio ſuæ cõformationis non excedat magnitudinem ſeminis coriandri, facere poterit omnium dictarum actionum entitates, facultatemque recipe-
15 re ab anima. * Quapropter impoſſibile videtur, quòd anima informans ſemen, illa poſſit præſtare.

16 * Præter iſtas probandi rationes adductas per cauſas, ſunt & alia argumenta à poſteriori deſumpta, ſiue ad incommoda ducentia, quibus idem, hoc eſt non poſſe animam fœtus ſuam facere materiæ formationem probare poſſumus. Quale eſt illud, quod adducit S. Thom. quòd ſcilicet idem ſeipſum generaret. Quod eſt abſurdum, vt multis in locis teſtatur Ariſt. in quibus inquit impoſſibile eſſe, quod idem ſe ipſum generet, quamuis ſe ipſum nutrire poſſit. Sic etiam, ſi anima ſuammet materiam diſponeret, ſimul eſſet cauſa efficiens, & formalis. Nam forma fœtus ipſum cauſaret informando, & eundem cauſaret, præbendo materiam organizatam, vt totum compoſitum reſultet. Quod eſt contra Ariſt. 2. phyſ. & contra rationem. Nam de natura agentis eſt alterum efficere ſibi ſimile, non ſeipſum. Vnde agens ſemper manet extra fœtum. Propria enim cauſalitas agentis completur diſponendo materiã, & ex eius poteſtate educendo formã.

Agẽs nõ ſeipſum ſed aliud ſibi ſimile efficit.

* Deinde quod anima rationalis non 17
ſit agens formationis patet, quia in ge- 18
neratione monſtrorum, & molarum, generantur aliquæ partes, quæ generantur in legitima generatione, vt mẽbranæ obuoluentes fœtum, vmbilicum, venas, &c. quæ quidem non fiunt ab anima, vt patet: ergo quærere oportet aliquod agens extrinſecum, quod in quibuſcunque generationibus ſit cauſa efficiens formationis, ſolumque erret propter materiæ vitium, non propter ſe. Nam quamuis prima intentio agentium naturalium ſemper ſit ſibi ſimilia in ſpecie generare, ſecunda tamen intentione generant id, quod puſitur diſpoſitio materiæ. Quæ quidem omnia ſatis probant non poſſe animam fœtus eſſe autorem extenſionis materiæ.

Anima rationalis non eſt agens formationis.

* Quapropter ad primã rationem, qua 19
autores illius ſententiæ ipſam confirmãt, reſpondebimus poſtea actiones omnes illas verè eſſe vitales, ab animaque oriri: non tamen eſſe animam fętus, ſed potius animam matris. * Ad id verò de plan- 20
tarum, & ouorum formatione, fateri etiam oportet non poſſe animas illas vniri materiæ, quæ non ſit ſufficienter extenſa: eſſe tamen maximum diſcrimen iuxta perfectionem, aut imperfectionem animarum, vt dictum eſt. Vnde aduenit, vt non omnes æqualem materiæ diſtinctionem ad ſui vnionem, & conſeruationem requirant. Quare tanta eſt imperfectio formæ plantæ, vt proximè accedat ad imperfectionem formarum non viuentium. Vnde prouenit, vt in qualibet parte plantæ ſufficientem ſibi inueniat materiæ extenſionem, ſiue organizationem. Satis enim illi eſt vias attractionis, & expulſionis habere. Nam poſteà mediantibus illis ductibus ſe perficit, non per generationem, ſed per nutritionem. Nam per hanc ſingulis diebus noui exoriuntur

Forma plantæ quã imperfecta.

ra-

rami, frondes, & radices. Sic etiam cum animæ piſcium, anguium, inſectorum, & pullorum ſimilem etiam habeant imperfectionem, ſatis eſt materiæ ea extenſio, quam oua recipiunt ab anima matrix mediante vteri temperamento, vt poſſint eidem materiæ vniri, & poſtea per nutritionem ſe perficere,

Archiatri Gallego ſententia in omnibus à Pariſano tollitur, & fœtus, (immo ſeminis) animam formationem facere, & Domicilium ſibi fabricare confirmatur.

DECIMÆ CRIBRATIONIS,

LAPIS LYDIVS.

Gall. ,, ta. 1. ,, Pariſan. cont. 1. QVoniam, vt ſuperius vidimus, &c. Etſi meum nō ſit, nec velim aliorum ſententias tueri, ac cauſas agere; Propterea nec Argēterij, nec Ingraſſiæ, aliorumque partes ſuſcipere in animo eſt. Nihilominus tamen, quia Archiatrū noſtrum magnos Viros immeritò parui facere videam, continere me nequeo, quin in Veritatis gratiā huiuſmodi illius prolata exiliter & raptim ſaltem attingam.

In primis non video, quòd Archiater aſſerit, & abhorret, Doctos (in communi loquor, nos vt excipiamus, vt mox infra) Viros animam rationalē, adeo parui pendant, ac eius dignitatem, & generationis ordinem ignorent; quia dicant, inquam, rationalem animam, nedum brutorum animas in ſemine introduci, ſi vera eſt Hippocratis ſententia animas ſcilicet miſceri, (materiales intellige) idque non credentes dementes fore. Et Galeni, ſemen videlicet ſemine initiò, poſt ſanguine nutriri. Quod ratio pluribus doceat & demonſtret. Denique ſenſus id ipſum in oui fabrica; in Ranabottolo, ſeu in imperfecta ſenſui rana, ac in Chryſalide, aurelia, & nympha dilucidiſſimè nobis non phantaſticè, nec chymericè loquentibus docent, In ſemine ſcilicet (non homogeneo, & eiuſdem rationis, quale teſtium eſt) à toto prouenien te etherogeneo, vt aliàs oſtendimus, autoritatibus, rationibus, & ſenſu comprobauimus in prima parte; in Par. & San. Iudicio, necnon in ſecunda parte in Lydio Lapide ad Mundin. & ſequaces.

In primis igitur nulla forma ſubſtantialis vnitur corpori, &c. ,, Gall. ,, tact. 2.

In primis, miſſo, Archiatrum ſæpius principium petere, dicimus, non, nullam, non, aliquam; ſed omnes ſubſtantiales viuentes formas, omnes animas primum corpori vniri perfectis abſque inſtrumentis, ſed tantummodo initiatis & delineatis in ex propagatione ortis. In ex putri naſcētibus ſola quadam ab æquiuoco diſpoſitione, & præparatione, vt autoritate, ratione, ſenſuque patet. In plantarum ſeminibus, quæ (nobis plantæ ſunt, Gallego ignota) per menſes & annos non ſata, plantataue vltimum finem ſtati incrementi, florum, fructuum, & ſeminum productionem non aſſequuntur. In oui fabrica, vt oſtendimus, ac in Chryſalide, aurelia, nympha, &c. atque animæ rationis participis in vtero, poſtque per menſes in lucem egreſſo fœtu non ratiocinari, neque diſcurrere; quæ Malachenſibus ignota miramur, & potiſſimum Archiatro. Pariſan. cont. 2.

Quapropter informabile, & imperfectibile erit dum facultates animæ recipere non poteſt, &c. ,, Gall. ,, tact. 3.

Ea propter & formabile, & perfectibile; Immo & formatum animatum, & perfectum dicimus; quoniam vtpote animatum facultates recipere non habet; quoniam actu habet; & quando, & quatenus inſtrumenta idonea conſequuta eſt, ſentit, mouet, &c. ſicuti prius ſemen ſemine nutritur primùm, mox ſanguine augetur quoque, vt Galenus docet & ratio ſubſcribit; Et conſequenter attrahit, retinet, concoquit, apponit, & expellit. Sic anima rationis compos in ſemine, in fœtu tot per menſes in vtero, & in lucem poſt egreſſum informat; Et ſic fœtus eſt tali anima animatus, & quin etiam perfectus ad reliqua quod attinet, etiam quo ad inſtrumentorū perfectionem, elaborationemque; quoniā manus, cerebrum rationalis animæ propria inſtrumenta ex parte fabricæ ſint perfecta: non tamen quo ad temperamētorum neceſſarios gra- Pariſan. cont. 3.

dus; quod etiam in ſeniorum & decrepitorum corporibus contingere obſeruamus; & tamen animæ inſtrumentis maximè prædita ſunt. Quæ Malachenſibus,& Archiatro potiſſimum ignota fore admiramur: & proinde nulla repugnantia; ſed omnis & maxima conuenientia.

Gall. tact.4. „ Quapropter vt anima poſſit informare aliquod corpus, ſecundum naturæ ordinem,&c.

Pariſan. cont.4. Ea propter, inquam, quum hæc noſtra rationabilia & ſenſata fuerint, quæ ſanæ mentis nemo inficiabitur, ad animationẽ talibus perfectis inſtrumentis minimè opus eſſe, quicquid dixerint doctiſſimi Viri Henricus, & Suarez, ſi modò ita voluerint, quod non credimus: quoniam in ex putri ortis, & in ex oui fabrica oculata ex fide, vt in Chryſalidibus, aurelijs, nymphis ſecus experimur.

Vltrò tamen concedimus & fatemur ad perfectas animalis exercẽdas operationes perfecta inſtrumẽta neceſſario requiri quo ad fabricam: quinimo nec id ſufficere, niſi optimo temperamento prædita fuerint, vt ægrotantium,& ſeniorum exemplo, ac experimento aſſeruimus. Ad animationem verò, perfecta inſtrumenta requiri falſum eſſe omnino patet.

Gall. ta.5. „ Quapropter non ſolum à naturali ratione alienum,&c.

Pariſan. cont.5. Ea propter repplico Gallego, Si oppoſitis ex iuxta ſe poſitis veritas eluceſcit, & ſana ab inſanis dignoſcuntur, ac colliguntur: ſi materiæ informandæ & animandæ diſpoſitiones & præparationes requiruntur, vt verè expoſtulantur, non inſtrumenta & perfecta, vt tu reris; ſed qualia in ex putri materia ſufficiunt, vt diximus; qualia in ex oui fabrica vidimus; qualia in nympha viuentibus experimur. Et in ſemen,& in ſanguinẽ homogenea ſimilaria & eiuſdem rationis corpora anima introduci, vel ingredi rationalis non poſſit; nec quin etiam materialis educi, plurimas ob à nobis dictas cauſas & rationes in prima parte; in Pari & San. Iudicio; inque ſecunda parte additas, rectè & facilè collegiſſes noſtram ſententiam rationi maximè conſentaneã extitiſſe; Semen videlicet animatũ, & à toto prouentũ fore, plurimas, inquam inibi dictas ob cauſas; Nõ ſtultã eſſe, quod perperã cum Mũdinio & Medicorũ ſequaci caterua te effutijſſe colliges,& recantabis. Quoniã quemadmodum re vera teſtiũ ſemen (vt multis de cauſis, ac plurimas ibidem dictas ob rationes) ſimilare corpus & eiuſdem rationis: ſicuti & ſanguis ſimiliter homogeneũ corpus animari non poſſunt: quia homogenea: quia diſpoſitio & præparatio, ac materiæ diuerſitas requiruntur, (non inſtrumenta, vt tu aſſeris) quemadmodum in ex putri ortis ab æquiuoco diſpoſita materia, ſicuti in Chryſalide viuente vllo abſque inſtrumento ſub obtutum cadente. Ita pariter, parique paſſu noſtrũ ſemen animatum à toto prolabens in ſingula quaque ſpermatica parte progenitum,& vniuſcuiuſque procreantis partis (non ſecus, quæ notanda) inſitum calidum, temperamentum, atque delineationem, ac adumbrationem obtinet: Hinc potiſſimum vera & certa ſimilitudo ad parentes, vt ibidem probauimus, & experimur,& eſt mera neceſſitas: ſicque in perfectorum animalium,& plantarum ſeminibus anima introducitur, non è materiæ potentia educitur; vt perperam Ariſtoteles, Archiater,& ſequaces exiſtimãt: cœnoſa verò ex materia educitur.

Quocirca vt Mundinium cum ſequacibus, teſtium ſemen animatum fore damnauerim (nedum ſanguinem) à nobis dictas ob cauſas: ſic hoſce erraſſe fateor. Noſtrum autem ſemen, vt aliud à teſtium ſemine, vtpote à toto, etherogeneum, diſpoſitum, præparatum, ac delineatum, vtque animatum, & vt ſupra Dei præcepto creſcens & multiplicans rationali anima animari poſſe maximè conſentaneum puto: quoniam ad animandum perfectis inſtrumentis non eſt opus, ſicut ſatis dilucide conſtat: quicquid Archiater abſque ratione dicat,& de phantaſtica facultate commentetur.

Quod quidem alia ratione a priori probatur. „ Gall. „ tact.6.

Ex falſis iactis principijs principia petit, & ex falſo libro Archiater nauigat ſemper. In ex propagatione ortis Pariſan. cont.6.

tis à generante anima in ſemen dicto à nobis modo introducitur,non educitur ab agente generationis. In ex cœnoſa materia; è materiæ potentia educitur quidem; ſed non ab agente generationis; ſed æqui uoco diſponente,& ita tota anima è tota materia ſic diſpoſita, non inſtrumentis prædita, non ſolùm quia generationis tuum agens,& fantaſtica facultas non adeſt; ſed quia ab æquiuoco diſponente, nõ fabricante, pro materiæ præparatione, & quantitate: Hinc alia patris pro mure, rana,alia ros pro cicada; aliud arridum lignum pro Scarabæo &c. Ex quibus alijs & varijs ſic putreſcentibus & diſpoſitis aliæ animæ educũtur,quæ omnes ſibi abſque errore fabricas;& inſtrumenta ſibi fabricant, quibus perfectis vtuntur, & ſibi propria ex natura conſulunt,

Sunt autem animæ totæ in toto: quoniam totum animal vnum,quia eadem anima animatur. Tota in qualubet parte:quoniam exempli gratia, in planta germen,& ramus,à toto diuiſa plantata ſunt eadem planta ſpecie,alia numero. Sic in animali eſt tota in vnaquaque parte verè, (vt in planta) non fictè, quoniam eſt eadem, idem præſtare valens in omnibus partibus ex ſui parte: ratione verò inſtrumenti,aliter,& variè operatur, pro inſtrumenti, inquam, varietate & diuerſitate non ſui ipſius: quoniam eadem tota, & ſecundum ſe totam & omnem virtutem eſt in toto vbique,& vbique apta,agere,mouere,ſentire,&c. Vt ſi oculus eſſet in pede, in pede videret. Si auris in manu, in manu audiret: quoniam anima mouet, ſentit, videt; non accidentalis facultas, vt ineptè fingunt,ſed anima in inſtrumento.

Quare non eſt opus, vt anima ex qua vis parte educatur, vt Archiater exiſtimat in ex propagatione ortis; quia à ſingula quaque ſpermatica ſimul in ſemen introducitur. Minimè in ex putri, in quo falſo ex ſuppoſito arguit; Videlicet corpus & eius partes ante animæ egreſſum,eductionem inſtrumentis prædita fore, quod falſiſſimum ex dictis liquido patet: quoniam anima ſibi conſulens fabricat: & proinde prius ex tota diſpoſita materia educitur; Vt in Chryſalidis corpore: quod ſimilare & homogeneum corpus ſub aſpectum cadit,videre eſt: Et tamen animatum eſſe, viuere,ſentire,& mouere certum eſt: quia motui reſiſtit. Vnde Archiatri tricæ,(vt ex alijs aliæ) quod animæ pars capiti reſpondens ex capitis poteſtate educi debeat, & non ex hepatis poteſtate, meræ ſomniatæ nugæ ſunt,Archiatri pace dixerim:& quia ex falſo quærit ſuppoſito,& quia non educitur, ſed introducitur,& ingreditur, & parti pars nõ efficitur; ſed tota toti,& cuilibet parti ineſt.

„ Si verò anima immaterialis, ac indiuiſibilis ſit &c. *„ Gall. „ tact.7.*

Vno poſito incõuenienti plura ſequuntur,hinc abiſſus abiſſum inuocat. *Pariſan. cont.7.* Numquid rationalis anima de foris aduentens ſemen ingrediatur materiali iam animatum anima arbitratu noſtro (non teſtium opus, vt alij exiſtimarunt, & nos reiecimus pluribus de cauſis)à toto prolapſum, etherogeneum & iam delineatum & adũbratum, vt diximus: ſiue aliquam ob fabricæ elaborationem: ſiue poſt omnimodam in vtero fabricę perfectionem ſtatuere noſtrum non eſt: quoniam noſtra non intereſt, ſicuti nec cuiuslibet Philoſophi referre ſit: tum quia Dei ſecretum: tum quia inde nihil colligitur: quando certum ſit animam rationis compotem in vtero, nec illico poſt egreſſum ratiocinari & diſcurrere: & deinceps eius præſtantias diſtinctarum actionum in ſua perfectiſſima materia natura eminenter contentas ad rem præſentem nihil facit.

Etenim perfectiſſimus iſte actus, anima,totus in toto, & in qualubet corporis parte eſt: & totus quinetiam in toto & quauis corporis parte & inſtrumento ſecundam potentiam & agendi virtutem,& ſecus dicere,vt Gallego audet, erratũ non paruum duco. Nec quicquam Archiatri leuis obiectio officit: quòd videlicet animæ rationalis in qualubet corporis parte facultates omnes dimanare non poſſint: quoniam id non ex parte animę contingit, quæ ibidem tota eſt;ſed ex parte partis,& organi, quod non eſt aptum tales animæ operationes exercere. Exempli gratia,

Homo totus ſuper equo, totus manibus, cruribus, ac totus equitat: ſuper nauim remigat: ſuper terram ambulat, currit: in aqua brachijs, cruribuſque natat.

Ergo quia ſuper equum non poteſt currere, remigare, natare, nō eſt ibidē eius ſecundā poteſtates omnes è ò nimis friuola obiectio. Certum eſt, ꝙ in oculo audire nequit, nec in aure videre: Ergo inibi non eſt, omnes ſecundum poteſtates? ex ſui parte falſiſſimum eſt, ex inſtrumenti parte verum: Quoniam videre aure, ſeu in aure, qua aure: audire in oculo qua oculo naturaliter repugnat: & ſic ſecundum naturam, Deum, in Deo repugnantibus non poſſe aliqua, fortaſſe dicere licet. At quòd Deus non ſit vbique omnipotens, dicere audeat nemo.

Gall. tac.8. „ Vnde ſecundum particularem potentiam ſolum vnitur rationalis anima eius corporis parti, quæ &c.

Pariſan. cont.8. Quam ob rem Abyſſus (vt dicebamus) etiam ſequitur, quod rationalis anima ſecundum particularem potentiam ei corporis parti ſolùm vniatur, cui talis diſpoſitio à generationis agēte eſt; quoniam primùm omnino negamus fabricam à phantaſtica facultate procreatam fore. Secundò, dicemus rationalem animam ſibi fabricam inſtrumenta conficere: non proinde eamdem vbique non eſſe; tametſi pro inſtrumentorum diuerſitate alibi aliter operetur: quoniam in toto corpore, & in qualubet eius parte eſt, & rationalis: & proinde quatenus talis apta ad ratiocinandum in manu, ac pede, vt in cerebro ratiocinatur, ſi inſtrumentum aptum foret, & expoſceret: non propterea alligata talis cerebro, ſed toti rationalis eſt.

Gall. tac.9. „ Iuxta quem ſenſum veriſſimè dicimus; quod quemadmodum tota anima rationalis, &c.

Pariſan. cont.9. Hinc alius Abyſſus, quòd rationalis anima iungatur diuerſis corporis organis ſuarum ſecundum potentiarum diuerſitatem: quoniam anima ipſa ratiocinatur, non facultas ratiocinatrix, ſic dicta facilioris doctrinæ gratia, ac ad intelligentiā. Sic ſentiat, moueat, aliaſque operationes exerceat, & medijs inſtrumentis accidentalibus & ſubſtantialibus præſtet: quoniā tota, inquam, vbique locorum eſt, & generatrix, formatrix, operatrix: ac proinde ſuæ fabricæ fabricatrix. Non vt hic etiam Gallego replicat, inſtrumenta animam præcedere, vt poſſit eadem poſtea (inquit) in eodem inſtanti in quo corpori iungitur facultates diffundere ſine quarum actionibus impoſſibile eſt vnionem conſeruari. Tū ex allatis auctoritatibus, pluribuſque noſtris rationibus, & quinetiam ſenſatis. Tum quia rationalis anima in eodem ab ingreſſu inſtanti non ratiocinatur, non ſentit, non mouet, nec longè poſt, ſiue etherogeneum animatum ſemen arbitratu noſtro, ſiue à materiali hominis anima, vlterius ſemi perfectam fabricam ingrediatur, & informet: & conſequenter eidem perfectis in vtero organis opus non eſſe, potiſſimum ad ſentiendum, eoque minus ad ratiocinandum: & deinceps, inquam, inſtrumenta animam non præcedere, nec phantaſtica, ſi ſcientibus credendum, atque rationibus & ſenſui ſtandum eſt.

Quod autem non poſſit vnio ſine organis conſeruari, &c. „ *Gall. tac. 10.*

Hactenus in phantaſticis verſati ſemper, modò ſenſata Archiatri argumenta audiamus nodis Gordijs ſolutu difficiliora. Primum eſt, *Pariſan. cont. 10.*

Experimur ex diſtempetie (eius vt verbis vtar) animæ ſeparationem ſequi: Ergo abſque temperie anima ingredi (educi dicet Archiater, nec ſic complete) non poterit. Nos bellum argumentum recipimus, etſi non ſic completè concludat: & ſeminis temperiem, atque vlteriorem præparationem, immo partium delineationē, & (vt diximus) adumbrationem admittimus. Quare argumentum neminem aduerſus vrgebit, nedum contra nos premet.

Secundum Archiatrium argumentum eſt. Ex Cordis, Hepatis, aut Cerebri ablatione animæ ſeparatio ſequitur: ergo hiſce abſque inſtrumentis anima in corpus (è corporè, ſeu è materiæ potentia dicet Gallego non educetur) non introducetur; quod eſt Archiatri pulchro pulchrius argumentum. De cuius veritate ambigendum non eſt.

O bo-

Digitized by Google

O bone Deus, quaſi velimus perfectũ, perfectum, inquam, corpus, & animã mouere ſine inſtrumentis, ſentire ſine organis, ratiocinari abſque cerebro, viuere abſque corde & Hepate; quum (perfectum replico animal) certum ſit abſque præcipuorum ablatione, ſed ſolo venæ, arteriæue inciſione totum ſanguinem effundi; vnde interitus. Ex ſola nerui punctione, conuulſio, vnde mors.

Nos non ſic Archiatre doctiſſime à Socco ad Coturnum, à perfecto corpore ad imperfectum, & è contra argumentamur, & tranſimus. Sed dicimus, & conſtanter affirmamus, aſſerimuſque, Animam ſemen temperatum & optimè diſpoſitum in ex propagatione ortis ingreſſam: In ex putri ortis ab æquiuoco diſpoſita è materia eductam, Viuere, & agere, & fabricam domiciliumque ſibi fabricare: vt poſtea perfecta fabrica, externa exequi & præſtare. Primo viuere, augeri abſque Corde, Hepate, non perfecta vita, vti in & ex perfecto corpore, vt iocatur Archiater: quo tempore illis abſque viuere nequit, quia perfectum trucidatur: & imperfectum non adeſt, ſemen, quod vegetat principiò, mox dum fabricat mouet, (vti in oui fabrica oſtendimus) poſtea perfecta fabrica, vt animal ſentit, homo ratiocinatur: non prius & initiò: Quemadmodum videre eſt in plantis, quæ in ſui ortus principio cuius ſint ſpeciei non agnoſcuntur; nec longe poſt florem, fructumue producunt. Sic nec bruta in vtero, abſoluta fabrica & inſtrumẽtis ſentiunt, homo non ratiocinatur: maximè decrepiti, & ſtulti non diſcurrunt, & tamen rationalis anima adeſt & animat: Sic itaque in ſemine anima quæuis animat, & operatur eo quo poteſt modo pro tempore & oportunitate. Quam ob rem indicium nullum, ſignum nullum: quoniam anima in perfecto corpore, bene valente iuuene perfectè operatur: in imperfecto, ſeniori, ſtulto imperfectè agit, aut non agit quo ad ſenſum, tamen animat & viuit, ſicuti in plantarum ſeminibus, & ouis viſitur, & per menſes & annum niſi prius plantentur, & cubentur certò experimur: quia viuunt: Ergo nutriuntur ſemine: ſemina neceſſario noſtram iuxta ſententiam.

Quod probat S. Thomas in dictis quæſtionibus, licet per cõtrarium ſenſum, &c. ,, *Gall.* ,,*ta.11.*

Diui Thomæ argumentum vtpote rationi conſentaneum recipimus: quoniam animanda materia in ex propagatione ortis, ſemen etherogeneum in procreantis corpore adamuſſim proprium factum eſt: Sicuti ab æquiuoco in ex cœnoſa materia diſpoſitum, vt experientia docet abſque Archiatri fantaſtica facultate. *Pariſan.* *cont.11.*

Archiatrium verò argumentum omninò ablegamus: quoniam rationi (vt fatetur) contrario modo procedens diſſonum: quia animal dum interit, & à Gallego occiditur, anima in corpore permanere nequit: quis ſanæ mentis id inficiabitur? Et quis ſanæ mentis negabit, quin animal ab Archiatro interimatur, dum illius Cor, Iecur, Cerebrum tolluntur? Quocirca nos à naturali ortus modo argumentamur: Archiater verò extra chorũ ſaltans, à violento interitu proſequitur.

Sic Ventriculus eſt abſolutè neceſſarius in perfecto abſoluto animali, in quo chylo opus eſt: non in procreationis initio, quando chylo non eſt opus, nec etiam ſanguine, quando fabricæ principiò animatum ſemen ſemine alitur, quod Galenus docuit, & ratio ſubſcribit; At in perfecto animali tolle ventriculum, vitam & animal tolles.

Archiatri ex Galeno confirmatio non eſt ad rem: quandoquidem ad procreationem, ad virilitatem, ad innatum calidum teſtes: non ſine illis: nec abſque oculis aſpectus, vt non ſine auribus auditio certo fiat. Aſt quòd anima ante hæc procreata inſito ſuo calido inſtrumento non animet, informet, & ea ſibi inſtrumenta fabricet; Sed illa mirabilia omnia ab accidentali materiali forma, à fantaſtica formatrice facultate fieri, eſt Diuinæ Naturæ nuntium remittere, & deinceps maximum erratum: & conſequenter continuò admiramur, tot Licentiados hæc Archiatria probaſſe, laudaſſe.

Quòd ſi aliquis dicat plures requiri diſpoſitiones, &c. ,, *Gall.* ,,*ta.12.*

Plu-

Digitized by Google

Pariſan. cont.12. Plures diſpoſitiones requiri in perfectiſſima ſeruanda fabrica in facto eſſe, quã in imperfecta & in fieri, rationi maximè conſentaneum eſt, vt talis, inquam, vnio conſeruetur: nec ſecus credi poſſit, imaginarique me iudice poſſimus: præcipuè ſi verum eſt, quod Archiater aſſerit: Videlicet organorum actiones vnionis ſolùm propter conſeruationem fieri, (quod non admittimus: quoniam viſio, auditio, ratiocinatio, &c. non vnionis & conſeruationis cauſa, vt in cęcis ſurdis, &c. colligere eſt; ſed ad fabricæ abſolutionem, & indiuidui perfectionem) potiſſimùm ob finem, non è contra: quoniam Cerebri, Cordis, Iocinoris, &c. diſpoſitiones conſeruari certò debent vnionis & conſeruationis gratia, in facto eſſe inquam, & in perfecto animali. At in imperfecto, & in fieri: quando nec cor, iecur, &c. fabricata ſunt, quis Archiatri in ſententiam abſque erubeſcentia ibit? quis neſcit, quòd abſque oculo non fit viſio, ſine aure non fit auditio, abſque cerebro non ratiocinatio, motus, ſenſuſue? Et ſit tali in perfecto ſtatu hæcce ad talia obeunda munia ſimpliciter neceſſaria fore; ſed priuſquam hęc fiant, & dum in fieri ſunt, ac ad perfectionem tendunt, vt dicebamus, corpori animam non ineſſe, non agere, non ſibi inſtrumenta fabricare, vanum eſt dictu; vt à generantis accidentali materiali forma, à phantaſtica formatrice facultate præſtari nobis ridiculum eſt; ſicuti auctoritatibus, rationibus, ac ſenſatis in ex oui fabrica, inque ex putri in Chryſalidibus, aurelijs & nymphis: in quibus ficta generantis formatrix locum non habet, nec ſomniari poteſt, probauimus.

Quocirca perfecta organa, cor, auris, oculus, tales ad obeundas actiones abſolutè exiſtere profectò debent: quia ſine illis tales operationes præſtari nequeunt; Sed quod talia inſtrumenta animam præcedant Archiatri arbitratu, merum phantaſticum eſt; Quandoquidem concedimus (vt omnis de medio Gallego ſcriptolus tollatur) etiam ea, per quæ ad finem itur, finem præcedere, vt oculus, nõ animam ſui procreatricem, ſed viſionem, cuius eſt finis: actus ſcilicet ſecundus, operatio, non primus, anima, per quam eſt vnio, &c. Sic auris auditionem, & cuiuslibet inſtrumenti actionem, cuiuslibet partis niſi actionem, ſaltem vſum, aut abuſum dictũ, vt Docti norunt: non animam, vt Archiater æquiuocat.

Amplius, ſubtilius, vt dicebamus, nec cor, Hepar, cerebrum ad vnionem & conſeruationem ſimpliciter neceſſario in facto eſſe, niſi & perfecto finem præcedere debent: videlicet vt cerebrum rationatricem, motum, ſenſum: Cor perfectam vitam, non vnionem, non vitam, nõ animationem, quæ cor præcedũt, vt oſtendimus. Hepar ſanguificationem, non animationem; quoniã in ouo, & in dictis ex putri, vt in ex propagatione ortis, ante hæc certò viuitur, & mirabilia præſtantur; quicquid Ariſtoteles de corde dixerit: eo potiſſimum in homine, de quo Archiatro ſermo eſt, & non bene diſcurritur: In quo omnibus etiam perfectis membris & inſtrumentis (non tamen quo ad cerebri temperationem) multos per menſes ratiocinatio non fit, ſicuti nec cordis, hepatiſque in vtero vlla actio officialis.

Nam ſemper indiget conſeruatione caloris per reſpirationem, aut tranſpirationem, vt in fœtibus, &c. *„Gall. „ta.13.*

Animal ſemper calore quidem indiget inſito, ſibi inquam innato principiò potiſſimum: non ex corde, ceterorumque influentium, teſtium, cerebri, in ſui initio & ortu, dum principiò ſemen ſemine nutritur: poſt illico ſanguine, in ſemen tamen verſo nutritur: nec poſtea aliquod per tẽpus, quando influentia membra non ſunt genita, nec ijs opus eſt, niſi ad meliorem, & perfectam vitam, ad externaque peragenda. Quinimo nec fœtus calore indiget per reſpirationem, aut tranſpirationem, vt Gallego autumat: quoniam in vtero non reſpirat, neque tranſpiratione opus eſt: quoniam ſanguis per venas àd nutritionem: per arterias ſanguis & aer à matre ad calfaciendum, refrigerandum, ad nutriendum, ad fuligines educendas adminiſtrantur, etiam per, & ad genita organa nondum vt officialia agentia. Ad cor *Pariſan. cont.13.*

inquam,

Digitized by Google

inquam, quod non mouetur, nec toti conſulit: & ad pulmones nondum reſpirantia: & per alia etiam vaſa & ductus ad hæcce tranſmittuntur ſanguis vterque & aer, vt docti Anatomici norunt; Vt Gallego etiam pateat tunc temporis, quòd anima agens vt quod, ijs etiam perfectis inſtrumentis non vtatur. Etſi dico Cor omnia vaſa & ſatis magna, & ſui corporis magnitudinem, qualem in ex vtero in lucem egreſſu obtineat & poſſideat. Quæ doctiſſimus Archiater ſciuiſſet. Et ita illis abſque organis iam factis & perfectis naturæ agere, & perfectè operari poſſibile eſt replico: Nedum in ortus principio, quando illis non opus eſt in ex propagatione ortis; vt vllo etiam abſque organo in ex cœnoſa materia omnia ſibi neceſſaria inſtrumenta fabricare, quæ (ſi ſanus ſum) figmenta de medio tollunt omnia; Et ita quod Archiatro etiam imaginatione impoſſibile, nobis factu facillimum autoritatibus, rationibus, atque ſenſatis à natura rei extat.

Gall. tac.14. „ Vnde quamuis Cor hominis in principio ſuæ conformationis non excedat magnitudinem &c.

Pariſan. cont.14. Vnde quamuis hominis cor in ſuæ conformationis principio, immo in fine, & poſtquam omnē magnitudinis terminum in vtero conſequutum eſt, non coriandri, inquam, ſed gallinacei oui granditatem & molem omnes ſecundum dimenſiones adeptum, nullam dictarum entitatem facere poterit: quoniam in vtero ſibi tantùm conſulit, non toti, vt Galenus & tota Anatomicorum Schola, & cordis fabrica docent; quæ Archiater ex Ariſtotelis libro nauta ignorat.

Gall. tac.15. „ Quapropter impoſſibile videtur, quòd anima informans ſemen, illa poſſit præſtare, &c.

Pariſan. cont.15. Ea propter & poſſibile & facillimum eſt, quòd anima ſemen informans etherogeneum arbitratu noſtro & delineatum, vt ſæpius diximus: immo cœnoſam materiam, illa mirabilia præſtare poſſit, & actu præſtet.

Gall. tac.16. „ Præter iſtas probandi rationes adductas per cauſas, ſunt alia argumenta à poſteriori deſumpta.

Neque ſequitur, quòd noſtra ex ſententia idem ſe ipſum generaret: quoniam animalis anima ſemen ingreſſa & animans ſe ipſam non generat, ſed ſibi fabricam perfectas ad pręſtandas operationes ſibi conſtruit: Et ſic Dei iuxta mandatum & præceptum omnia creata creſcunt & multiplicantur, etiam ſecundum totum, & omnes ſecundum ſui partes. *Pariſan. cont.16.*

Sic ex putri educta ſimiliter omnia ſibi & domicilium fabricat: & ita Scarabæi omnia, non ſe ipſam, ſed Scarabæi corpus ad ſcarabæi obeunda munia fabricat, & ſui Naturæ mirabilia conficit. Quare vt plantæ ſemen eſt planta, à planta, & à tota planta, nimirum à qualubet plantæ parte genitum ſemen: Ita animalis ſemen etherogeneum & delineatum à generãte eiuſdemque recepta anima eſt idem ſpecie, aliud numero animal non à ſeipſo, ſed à generante genitum: Et ita agens generans manet extra fœtum; Vt in ex putri æquiuoca cauſa Sol, vt animæ illud ſemen ingreſſæ: ita hac ex putri materia eductæ animæ inſtrumenta generare eſt, non æquiuoci, Solis; Non patris & matris in ſemine & ex ſemine cerebrum, arterias, venas, oſſa, &c. generare eſt; ſed animæ fabricantis. Niſi ad Solem, Cholchodeas, Intelligentiaſue, &c. confugias. Aut ad phantaſticam Archiatri ſimiliter externam accidentalem facultatem.

Deinde quòd anima rationalis non ſit agens formationis patet, quia &c. „ *Gall. tac.17. & 18.*

Quod rationalis anima fœtum non generet, quia monſtra generentur: hoc difficultatem nobis non facit: quoniam naturaliter nobis philoſophantibus (ſepoſitis nunc miraculis, nimirum rationalis animæ creatione, ingreſſu, informatione, actionibus, &c. quando Chriſtiani Philoſophi non plus ſit ſapere, quàm oporteat) æque agit materialis hominis anima, ac rationalis; quia diuina agit; immo addiderim quòd perinde perfectè agit, Acari, & formicę anima ad fabricam, adque ſuorum inſtrumentorum procreationē quod attinet ad materialia corporis, inquam, proginenda, ac hominis anima: quia vtraque Natura, & vtriuſque Naturæ opus, *Pariſan. cont.17. 18.*

mira-

Digitized by Google

mirabile opus materiale, de quo nobis ſermo eſt. Non de ijs quæ ab intellectu, & ratiocinio pendent.

Idem materialis animæ, ac rationalis agendi in monſtrorum procreatione modus eſt, ſi modò monſtrum (intellige) ſi homo, rationali, inquam, anima præditum: quoniam ex ſuperflua, imminutaue & māca materia: aut quo vis modo vitioſam materiam animat, fabricam & inſtrumenta ſibi fabricat. Certum tamen eſt, quòd Rationalis anima parentum ſemen (quod proles) non generat; ſed nouiter à Deo Benedicto creata informat: Prius nihilominus certò credēdum, quòd materialis parentum anima ſemen informans, in eorū corpore eo, quo diximus modo aſſimilet, præparet, diſponat, atque delineet priuſquam ingrediatur, informet animet: Deinde quando Deo placet (quod neſcimus, nec fortaſſe ſciri poteſt, quia Dei ſecretum & nos in Cœlum os non ponimus) de foris creata anima ingrediatur & informet. Et ita ad rem, inquam, monſtruoſa hominis pars non impedit, quin rationalis anima inſtrumenta ſibi procreet, ſi modo progignit: quia fortaſſe materialis parentum anima ad eorum corporum ſimilitudinem, vt viſitur generet; Aut vtraque ratione diſpoſitæ materiæ diuinitùs agit.

Alijs verò de monſtris naturalis animę agere eſt, & pro materierum diſpoſitionibus: & hæcce nihil hominis habent, vt molarum etiam generatio: in quibus vegetalis duntaxat viget, non parentum ſentiēs, vtpote quæ ex materno ſanguine (non ex etherogeneo ſemine) fiunt & augentur, ſicuti membranæ obuoluentes, quæ legitima ex generatione, inquit Gallego, progignuntur: ex teſtium ſemine verū eſto, quod Galenus aſſeruit, & nos ſuo in campo, & quo modo oſtendimus. Non etherogeneo ſemine iam delineato & animato noſtro arbitratu, quod eſt animal. Quòd ſi fortuitò aliqua pars huius delineati & animati ſeminis pereat: quoniam etherogeneum, natura poſtea addit, ex illaue tali corrupta, aliterque diſpoſita parte aliud quid procreat, vti in ex putri quod pro viribus poteſt, & monſtrum facit. Sic ſi maris & fœminæ etherogenea ſemina nō bene miſceantur, hinc diuerſa monſtra diuerſas ſecundum partes. Similiter ſi primo eiaculato ſemini membranis nondum veſtito inuoluto, aliud ſuperueniat & conceptio fiat, vnita monſtra naſcuntur, vel ſecundum ferè totum, aut ſecūdum aliquas geminatas partes.

Ex quibus omnibus vt dilucidè patet ab Archiatro hactenus nihil rationi conſentaneum dictum eſt: ita noſtram ſententiam de animato ſemine, ac à toto prolapſo dilucidiſſimè probatam, & comprobatam fore, ſatis ſuperque conſtat: & conſequenter totum omnino Archiatro cōtrarium contingit: quoniam anima, natura conſultò fabricat, & pro materiæ diſpoſitione in ex putri, & monſtris rectè conſulit: quæ fictam accidentalem materialem facultatem nullo modo aggredi, minimè præſtare poſſe liquet.

Quapropter ad primam rationem, qua autores illius ſententiæ ipſam confirmant, &c. „ *Gall. „tac. 19.*

Ad aliorum argumenta, adque Archiatri illa reſponſa non eſſet, quòd reſponderemus. Vt autem ipſe videat quanti ipſum faciamus, & ſimul experiatur nos promptos fore, vt illius omnia, vna cum puluiſculo verrere velimus & poſſimus, reſpondebimus. *Pariſan cont. 19.*

Ad primum Archiatri reſpōſum, Non poſſum interim non ſummopere eius audaciam admirari; quòd audeat, inquam, reſpondendo aſſerere actiones omnes in fœtu vitales eſſe, ab animaque naſci: non tamen fœtus animam eſſe, ſed potius matris: Quod quia infra ſe probaturum promittit, paululum tecum benigno Lectori ſuſtinebimus. *Solūtur Arch. argumenta & reſponſa.*

Ad id verò de plantarum, & ouorum formatione fateri etiam oportet non, &c. „ *Gall. „tac. 20.*

Non minori in hoc ſecundo reſponſo admiratione afficimur, quòd animaduerſa noſtra ſenſata oui fabrica, quam in prima parte vidit: vllo abſque reſponſo, vt vlla abſque obiectione; nullo facto periculo, quod potuit & debuit, ſic Doctis Archiater ſcribere audeat: Quando pullus ex ouo ortus, auis ita perfecta ſit in admirabili *Pariſan cont. 20.*

rabili ſua fabrica, vt quod iubet aliud perfectum animal canis, leo, equus, quoad omnia ſui membra: quoue ad ſuas operationes; vt gallus, pica, pſitacus, luſcinia philomela, & ſic proinde de ceteris omnibus patet. Et tamen Archiater dicere audeat, Auium formas maximè accedere ad imperfectionem formarum non viuentiũ. Vt à primò ad vltimum ſic collecta doctiſſimi Malachenſis ſubtilia, arbitratu ſuo, imaginata experiaris. Modò ad eius metam & finem, propter quem hæcce præmiſit ſubtiliter omnia, deſcendamus, vt tandem ex eius induſtria & conſultò à rei natura, vel extra naturam, aut præter naturam, aliquid adiſcamus.

Gallego lib. 3. c. 20. pag. 245.

Vtrum vterus ſit organum totius generationis, formationis ſcilicet & animationis affirmat Gallego.

CVm probatum ſit, nec ſemen, nec animam fœtus eſſe agens immediatum generationis, neceſſarium eſt examinare an anima fœminæ, vt cum Scoto ſuperius probauimus, ſit verum generationis agens: ſed quoniam ad hanc opinionẽ rectè confirmandam neceſſarium eſt prius explicare, an vterus ſit potiſſimum facultatis generatricis organum; propterea explanare in hoc capite decreuimus, quæ ſit principalis vteri actio, an ſcilicet ſolũ conferat ad generationem ſua cauitate: an verò ſimul etiam habeat vim commutatiuã ſiue vim commutandi, ac perficiendi & animandi materiam generationis.

Vteri vſus ad generationem quis ſit.

In primis igitur communis eſt ſententia omnium fere Philoſophorum, ac Medicorum, quod vterus nullam habeat vim formandi, aut animandi fœtum, ſed ſolum ipſum continendi, & ſuo calore fouendi, atque ab iniurijs externis muniendi.

Auicenna opinio de vtero.

Auicenna verò in libris de animalibus, & alibi adeo parui pendit vteri vſum ad generationem, vt probet minimè eſſe neceſſarium ad ipſam.

In primis enim ipſe exiſtimauit per diluuia ignis, aquæ, aut peſtilentiæ multoties deleri omnia viuentia, poſteaque omnes eorundem ſpecies fuiſſe reſtitutas ſine vtero, ſed potius à mixtione virtutum cœleſtium, & elementalium. Vnde colligit matricem ſolum eſſe vtilem, vt commodius efficiantur generationes. Nã quamuis in elementis concedat loca accommodata ad generationem animalium, rarò tamen ipſa inueniri poſſe aſſerit; per repentinas ſcilicet ipſorum elementorũ mutationes ſolum accommodata iſta generationis loca fieri exiſtimauit: ideoque, inquit, vterum inſtitutum fuiſſe à natura, vt frequentius poſſint fieri generationes. Videmus enim mures generari extra vterum in elementis, & poſtea in vteris alios de nouo produci, & idem accidere ait ſerpentibus ex pilis geniti. Et 15. de animalibus, ſe habuiſſe amicum inquit, qui propria induſtria faciebat ſcorpiones, & eoſdem poſtea alios genuiſſe in ſuis vteris. Et Auerroës 2. Meth. inquit: & Auicen. cum ſua famoſitate in philoſophia dixit eſſe poſſibile millia hominum generari ex terra. Eandem etiam probat cõcluſionem, quia experimur caput, verbi gratia, animalis vnius ſpeciei generari in vtero animalis alterius ſpeciei. Quod quidem non ſolum fit in ſpeciebus, quæ propinquitatem habent in naturis, vt cum caput muli generatur in vtero equæ, vel aſinæ, ſed etiam in valde diſtinctis, vt cũ caput canis generatur in vtero porcino, vel humano, quod dicitur monſtrũ. Ex quibus omnibus colligit Auicenna, nec vterum eſſe ſimpliciter deputatum ad generationem, nec ex ſua natura habere ſingularem virtutẽ ad generationem indiuiduorum vnius ſpeciei potius quam alterius, ſed potius eſſe veluti ollam, in qua poteſt quæcumque caro concoqui.

Matrix ſola vtilis, ex eodem, ad generationem.

Auerroes 2. colligit c. 10. inquit, dici nõ poſſe vuluam facere membra embrionis, ſed eius virtutem immutatiuam ſolùm eſſe loco cõſeruationis. Nam facere membra fœtus ſolum attinere ait ad facultatem formatiuam cum calore fixo in ſpermate. Ipſe vero exiſtimat facultatem formatiuam ab extra venire.

Petrus Garcia Carrerius lib. ſuper fen. 1. diſputatione 36. probat vterum non poſſe eſſe inſtrumentum generationis. In

primis,

Digitized by Google

primis, quia ſimilarem habet naturam, ideoque ineptam eſſe affirmat ad tantarũ rerũ fabricam, probatque animam matris non poſſe medio vtero eſſe cauſam efficiẽtem ſui fœtus, quia non poteſt in ipſum influere. Tum præterea obiicit Careriꝰ aduerſus dictam Scoti opinionem idem, quod aduerſus D. Thom. obiiciebat Scotus; nempe fœminam, & marem eſſe eiuſdem infimæ ſpeciei, & ex conſequenti ambos eandem generandi potentiam obtinere debere; quod, vt ſuperius diximus, euidentius eſt in humana ſpecie: in qua, cũ animæ creentur à Deo ſine materiæ auxilio, non petunt ex ſua natura corpus maſculinum, aut fœmininum, ſed corpus humanum. Vnde ſufficiens eſt quæuis illatũ producere facultatem generatricem. Quapropter, ſi ſola mater eſſet cauſa efficiens generationis, ſemper maneret otioſa facultas generandi patris. His, & alijs argumẽtis, & doctorum virorum autoritatibus probant Doctores matrem non poſſe efficere generationem mediante vtero, & ex conſequenti vterum non eſſe à natura deputatum generationis organum.

Matris anima eſt cauſa prę cipua organizationis.

His tamen non obſtantibus falſiſſima dicta opinio nobis videtur. Veriſſimum namque iudicamus animam matris eſſe cauſam principalem organizationis, & animationis in animalibus perfectis habentibus animas materiales: in humana verò ſpecie agentem formationis, & vnionis, ad eaque omnia vti propria vteri natura. Nam quemádmodum anima eiuſdem fœminæ, non poteſt generare lac ad infantis alitionem, niſi mammis ſit vnita, neque fœtum ipſum alere niſi vtero ſit vnita: ſic nos exiſtimamus nulla ratione animam fœminæ poſſe fœtum ipſum formare, & animare, niſi vterum propria facultate generatrice informaret. Quod probare prius volumus ex doctrina Autorum hoc ipſum negantium. Salutem enim ex inimicis extrahere, maximum eſt iuſticiæ indicium. Veritas namque ipſa ſolet mentientibus obuiam exire, & ipſorum linguis ſeipſam præbere.

1 * In primis igitur, quamuis Ariſt. omnino neget fœminam præbere aliquam efficientiam in generatione, ſolùmque dicat, eius munus eſſe præbere generationis materiam, & fœtui alimentum, ſoliuſque maris munus eſſe organizare, & animare generationis materiam: adeò tamen magnifacit vteri actionem ad generationis complementum, vt expreſſis verbis particularem efficientiam ei tribuat. In primis enim 1. de gen. an. c. vlt. poſtquam confirmauit ad generationem fœtus neceſſariã eſſe materiam, ex qua omnium eiuſdem fœtus partium fiat formatio, & neceſſariã eſſe continuatam additionem alimenti, vt formatus fętus inceſſanter nutriatur, augmentumque accipiat, inquit: ita partum in fœmina continere neceſſe eſt; nam & faber adeſt ligno, & figulus limo, &c. Quibus verbis aſſerit neceſſarium eſſe vterum ad generationem propter primam, & ſecundam materiam fœtus.

* Sed præter iſtam vtilitatem, habere vterum virtutem commutandi materiam fœtus, declarat apertè eodem lib. c. 12. inquirẽs enim cauſam, propter quam in omnibus fęminis vterus ſit intus collocatus: teſtes verò in aliquibus maribus intus adhæreant, & in alijs extra pendeant, inquit: *cauſa eſt, quod cùm in vtero contineatur id, quod gignitur, idque cuſtodiam, operimentum, & coctionem deſideret, hinc vteri, aut vuluæ omnium intus ſunt. Locus enim exterior corporis, & frigidus eſt, & offenſioni expoſitus, &c.* Quibus verbis, non modò conſtituit vterum neceſſarium inſtrumentum ad continentiam, & tutelam materię fœtus, ſed etiam ad eiuſdem materiæ coctionem. Vbi nomine coctionis non potuit intelligere actionem eam, in qua per maiorem mixtionem partium rei, quæ coquitur, facta à calore natiuo, ſolum acquiritur accidentalis aliqua forma, vt vino, & fructibus contingit; ſed potius intelligere debuit actionem eam, per quam res, quæ mutatur, omnino depoſita veteri ſubſtantiali forma, aliam nouam acquirit, vt cum alimentum mutatur in chylum, & hic in ſanguinem, &c. ſic etenim per vteri actionem, atque calorem materiæ fœtus, & ipſius vteri accidere toti fœtus materiæ ſignificaſſe in hoc loco videtur Ariſt. nam 2

Coctionis nomẽ ex pęditur.

nomine

Digitized by Google

nomine coctionis nunc vtitur in ea ſigni-
ficatione, in qua eo vtitur 4. *meteo. cap.* 3.
vbi poſtquam dixit artem accepiſſe ab ip-
ſa natura modum conficiendi coctiones,
& aſſationes, inquit: *nam, & cibi coctio
aſſationi ſimilis eſt*. Et in eodem ſenſu
cap. 2. dixerat, firma valetudinis ſigna eſ-
ſe lotium, deiectiones, & cætera excremen
ta quæ cocta dicuntur; quia ſunt certa in-
dicia naturæ perfectæ coquentis alimen-
ta. In quo loco, etiamſi in alimentorum
mutationibus factis à natura, interitus v-
nius formæ, & alterius vera productio in-
ueniatur, coctiones tamen ipſas appellat.
Generationes enim harum mediarum for-
marum, illarumque materiæ perfectiones,
ac diſpoſitiones tendentes ad perfectam
aliquam formam beneficio natiui caloris
operantis in virtute cauſæ principalis fa-
ctam, coctionis, & cruditatis nomine cir-
cumferuntur apud Ariſt. Gal. & alios do-
ctiſſimos viros, & non nomine corruptio-
3 nis, aut generationis. * Vnde 3. *de gen. an.
c.* 3. aſſerit albumem oui concoqui à natu-
4 ra ad generationem pulli, * & 4. *de gen.
an. cap.* 1. inquit quando ſemen non po-
teſt concoquere, ac ſuperare menſtruum,
generari fœminas, & *in eodem lib.* cap. 6.
affirmat diſcretionem, ſiue formationem
membrorum fœtus eſſe coctionem. Qua-
propter, cum Ariſtot. dixit vterum in om-
nibus fœminis debere eſſe intus, vt ſuo ca-
lore poſſit concoquere id, quod in eo gi-
gnitur, neceſſario fatendum eſt inueniſſe
in vtero Ariſt. aliquam vim tranſmutandi
materiam fœtus, eo modò, quo reliqua or-
gana naturalia tranſmutãt ſuas materias,
ſiue propria obiecta: nam quemadmodũ
chylus eſt obiectum hepatis: ſic materia
generationis eſt vteri.

Fœminæ quãdo generẽtur

5 * Apertiùs tamen noſter Gal. tribuit v-
tero vim immutandi materiam fœtus lib.
enim 1. *de naturalibus facul.* manifeſtè aſ-
ſerit ſemen in vtero naturam fieri, hoc eſt
ſemen recipere ab vtero facultatem, ſiue
animam vegetatiuam * & *lib.* 3. *cap.* 3. di-
xit non temere, ac ſine ratione condidiſſe
6 naturam vterum. Nam nõ ſolum ad com-
plectendum, & retinẽdum fœtum vterum
ſufficientem feciſſe aſſerit, ſed idcirco, vt,

Vterus vim habet trãſmutandi fœtus materiã, ex Gal.

quod geſtatur ad debitam perueniret ma-
gnitudinem. * Et 14. *de vſu partium*, di- 7
xit officium vteri eſſe ſperma recipere, &
fœtum perficere, * & 6. inquit, partẽ eam, 8
quæ in viris foris exiſtens eſt ſcrotus, in
fęminis intus deliteſcens, reddi matricum
ſubſtãtiam, quã aſſerit eſſe inſtrumentum
natura productũ ad recipiendũ, & detinen
dũ ſemen, & ad alendũ, & perficiẽdum fę-
tum. In quo loco integrum generationis
munus vtero tribuit. * Et lib. de diſſectio- 9
ne vuluæ cap. 7. inquit: cum vero à vulua
abſoluitur fętus à parturiginibus adeo la-
xatur os vteri, &c. * Et lib. 1. de ſem. c. 9. 10
agens de formatione fętus, inquit: vbi per-
fecta, abſolutaque à vulua fuerit, illa ſcili-
cet planta, à loco in locum tranſituram eſ-
ſe, &c. * Atque propterea 1. de ſem. c. 14. 11
duplicem cõſtituit formatricem facultatẽ,
vnam ſcilicet, ac præcipuã in vtero, & mi-
nus præcipuam in cõceptu. Quod quidem
dixit concedens reuera propriam vim for-
mandi in ipſo vtero, quidquid dicant ij,
qui non aſſequentes autoris veram doctri-
nam ad alienum ſenſum eius verba redu-
cunt. * Lib. etiam an animal ſit, quod in 12
vtero eſt, cap. 5. dat cõſilium omnibus ho-
minibus, ne aliquis ſuperbia inflętur,
quod recordẽtur ſe à matrice fuiſſe forma-
tos, & radicem eſſentiæ à ſemine recepiſſe.

Formatrix poteſtas duplex.

* Inter eos, quos Barbaros ſolemus ap- 13
pellare, ſunt aliqui qui hãc vteri facultatẽ
manifeſtè concedunt. Nam Haliabas lib.
4. ſuæ theoricæ, cap. 4. probat in vtero dari
quatuor facultates ex proprijs vteri actio-
nibus, & inquit: virtutis autẽ immutantis,
quæ in vtero eſt, actio manifeſtans, eſt, &
patens retinentis tempore ex ipſius ſper-
matis immutatione in varias ſubſtantias
membrorum fœtus, qualitateſque, & eo-
rum figuras, &c. Quibus verbis grauiſſi-
mus, & antiquiſſimus iſte autor vtero tri-
buit vim commutãdi, ac diuidendi ſemen
in varia fœtus membra, habentiaque di-
ſtincta temperamenta, & diſtinctas figu-
ras, ex quibus completur tota organizatio.
Vnde dedit vtero facultatem generandi,
& conformandi partes ſimilares fœtus.

In vtero facultates quatuor, ex Haliaba.

* Ex quibus omnibus conſtat grauiſſi- 14
mos iſtos autores experientia, & ratione

Digitized by Google

ductos conceſſiſſe vtero virtutem commutandi materiam fœtus. Quod etiam antiquiſſimi medici, atque Philoſophi cognouerunt, vt conſtat ex diffinitionibus vteri
15 ab eiſdem adductis. * Andreas enim Laurẽtius ex antiquorum doctrina vterũ eſſe ait, veluti campum, & hortum fertiliſſimum ad ſobolis propagationem comparatum, & matrem prope diuinam producentem naturę theſauros.

Vterus veluti cãpus, & hortus.

16 * Et Areteus dixit vterum eſſe viſcus per ſe animatum, & quaſi animal per ſe exiſtens in animali. In quo ſenſu intelligẽdi ſunt Plato, & Pythagoras, quando dicunt vterũ eſſe quoddam animal. Nam, quia videbant antiqui vterum ex ſanguine, & ſemine animal facere, merito ipſum ſolum matrem appellarunt, propter eandem rationem, & quia vago quodam motu ſemen quærere, atque eiuſdem contactu vehementer delectari, ipſiuſque defectum ægrè ferre, animal eſſe dixerunt.

Eſt viſcus per ſe animatum & quaſi animal.

17 * Ex quibus omnibus affectibus maximè probabiles oriũtur rationes confirmãtes vterũ propriam, ac organicam habere potentiam commutandi materiam gene-
18 rationis. * Nam nullũ eſt in corpore organũ, quod ſua ſimilitudine & naturali inclinatione habeat vim attrahendi vtilem aliquam ſubſtantiam, ſolum propter illius attractionem, ſed potius propter fruitionem: & quamuis fruitiones variæ ſint: in corporibus tamen viuentibus, nunquam fiunt ſine cõmutatione rei attractæ à virtute eidem impreſſa rei attrahentis, vt apparet in ſingulis inſtrumentis habentibus vim attrahendi. Nam non ſolùm vẽtriculus, hepar, lien, cor, cerebrum, quæ ſunt partes habentes vim organicam, ideo attrahunt ſibi ſimiles ſubſtãtias, vt ipſis per commutationem fruantur, ſed renes, & veſica fellis, quæ ſi non ſincero excremento nutriantur: nutriuntur tamen renes ſeroſo ſanguine, vt veſica billioſo. Vnde neceſſario commutant totum excrementum, & eius commutatione delectãtur. Ex quibus omnibus multò magis probabile eſt, quòd vterus habeat vim, & vehementiſſimam inclinationem attrahendi materiam fętus ad illius ſubſtantialem commutationem, quam ad nudam fruitionem tantummodo per merum contactum factam.
* Vnde quocunque modo vterus fruatur 19
materia fętus, debet ipſam commutare ſecundùm finem ad quem ordinatur.

Idem probatur efficaciſſima ratione: 20
prius tamen ſtatuere oportet facultatem generatiuam, prout comprehendit alteratiuam, & formatiuã, eſſe facultatem verè organicam. Eſt etenim omnium facultatũ naturalium perfectiſſima, vt diximus; eſt peculiaris, non ſolùm in indiuiduo, ſed etiam in tota ſpecie, & eſt vtilis toti ſpeciei: quæ quidem ſunt accidẽtia pathognomonica facultatis organicæ, vt docet Galen. ergo facultas generatrix eſt organica facultas: præſertim in noſtra opinione, quæ nullam facultatem in ſemine concedit. Imò etiamſi in ſemine eſſet facultas generatrix: fateri oportet facultatem generatricem eſſe potentiam organicam in principali generanti: cum habeat omnes neceſſarias conditiones, quas reliquæ facultates organicæ habent.

Generatiua facultas eſt verè organica.

* Cum igitur facultas generatrix ſit or- 21
ganica, ac particularis facultas diſtincta à 22
reliquis omnibus, neceſſarium eſt, vt habeat ſuum peculiare organum diſtinctum à reliquis omnibus totius ſpeciei, quod omni ex parte ſit diſpoſitũ ad talem actionem exercendam. Quamuis enim totum compoſitũ agentis ſit principium totale, quod, totius generationis: non tamen ipſam exercet ſecundum omnes ſuas partes: cum diuerſitas partium ſolum fuerit à natura inſtituta propter actionũ diuerſitatem. Vnde neceſſarium eſt, vt ſit à natura inſtituta in aliquo indiuiduorum cuiuſcunque ſpeciei particularis aliqua pars, ſiue particulare organum ad particularem iſtam actionem, ad generationem ſcilicet. Quod ſi hoc verum eſt, vt reuera eſt, neceſſarium etiam eſt, vt tale inſtrumentum recipiat à forma generantis virtutem à qua, tanquam ab agẽte, quo, partiali, immediatè efficiatur actio, generatio ſcilicet. Nam vt ſuperiùs dicebamus ex Ariſtot. & Galeno, quemadmodum nulla poteſt eſſe particularis facultas materialis ſine organo: ſic fruſtra eſſet organum, in quo

Diſtinctũ habet organum à reliquis omnibus totius ſpeciei.

non

non eſſet impreſſa aliqua peculiaris facultas. * Quapropter quatenus vterus eſt 23 peculiare inſtrumentum generationis, vt aſſerimus, debet anima generantis ei vnita communicare virtutem aliquam tranſmutandi materiam fœtus ad ſuos diſtinatos fines conſequendos. Totum enim ſuppoſitum generantis præſens ipſi actioni generat totum ſuppoſitum geniti ſibi ſimile, mediante natura vteri, vt mediante oculo videt omne coloratum, &c.

Vterum ſolum eſſe inſtrumentum totius generationis, quomodo probetur. Probare etiam poſſumus ſolum vterum eſſe deputatum inſtrumentum totius generationis ea ratione, qua docet Galen. inueſtigandam eſſe in quocunque particulari organo particulam, cui propriè debeatur actio talis organi. Nam quemadmodum ipſe aſſerit eam eſſe totius actionis potiſſimam particulam, cui ſimilis non ſolùm in toto organo, ſed nec in toto corpore non inueniatur: ſic nos dicimus, illud eſſe proprium, & adæquatum generationis organum, cui ſimile, ac magis accommodatum ad talem actionem in vtroque ſexu non inueniatur: ſed ad materiæ generationis receptionem, tutelam, commutationem, formationem, & fœtus nutritionem nullum aptius in vtroque parẽte inuenitur organum, cum reliqua omnia vtroque ſexui ſint communia: erit igitur ſolus vterus deputatum à natura organum ad recipiendam facultatem generatricem ab anima eiuſdem ſpeciei, cum anima fœtus, & ad faciendam generationem, propter continuum influxum animæ, cui vnitus eſt.

24 *Teſtes eſſe deputatũ ad generationem inſtrumentum falſa opinio.* * Ex quibus conſtat falſam eſſe ſententiam eorum, qui dicunt teſtes eſſe deputatum inſtrumentum generationis. Inueniuntur enim in vtroque ſexu. Nam, vt ſuperiùs probatum fuit, non ſolùm teſtes ſunt vtiles toti ſpeciei, ſed etiam toti indiuiduo, propter quam vtilitatem, & propter neceſſitatem vtriuſque ſeminis ad generationem complendam dati fuerunt vtrique indiuiduo: vterus verò nihil vtile communicat ſuo indiuiduo. Vnde

Fœminæ viuere poſſunt abſq; vtero. commodiſſimè viuere poſſunt fœminæ abſque vtero. Quapropter Paulus *lib.3. cap.72.* & *lib.6.cap.88.* Aëtius *lib.16.cap.76.* & Auicen, *lib.4.tract.2.cap.10.* dicũt nonnullis mulieribus ſine vllo vitæ periculo, atque ſine vlla noxa vteros exciſos fuiſſe. Vnde certè colligitur vterum inſtitutum fuiſſe à natura ad ſolam vtilitatem totius ſpeciei. Præterea non ideo dicendi ſunt teſtes inſtrumẽtum generationis, eo, quod ſint auctores eiuſdem generationis immediatę materiæ. Nam quemadmodum non dicitur ædificator is, qui lateres conficit, ſed is, qui ex eorum, & ex reliquarum materiarum poteſtate formam domus educit: ſic nec teſtes inſtrumentum erunt generationis, ſed pars illa, quæ vtrumque ſemen, & ſanguinem in ſe recipit, fouet, & concoquit, vt dixit Ariſtot. ſicque format, & animat partes fœtus. Nam ad hanc actionem neceſſaria eſt partium contiguitas. Quoniam, vt diximus ex Ariſtot. *figulus adeſt limo, & carpentarius ligno*. In nulla autem viuentis parte, præterquam in vtero inueniuntur iunctæ ſubſtantiæ eæ, quæ ſunt veluti cauſæ continentes integræ materialitatis fętus, vt ita dicam: ergo ſolus vterus eſt deputatum à natura generationis organum, & ſolus ipſe habet virtutem generandi; & ſola anima matris actu informans tot partes, quot ſunt neceſſariæ ad conſeruationem ſpeciei, eſt, quæ influit talem virtutem, quia ſola ipſa informat inſtrumentum generationis, & ſola ipſa attingit materiam fœtus toto eo tempore, quo perſeuerat generatio.

Roboratur hęc noſtra ſententia eiſdem argumentis, quibus deſtruximus vim eam inſtrumentalem patris derelictam in ſemine: quandoquidem facere formationem, & animationem ſine actuali influxu alicuius principalis agentis ſui autores dicunt. Sic etiam huius noſtræ ſententiæ veritas robuſtior manet ex ijs rationibus, quibus cum Scoto probatum fuit fęminas vim generatricẽ obtinere, & ex illis etiam argumentis, quibus probatum fuit animam fętus non poſſe facere generationem, ſiue formationem. Nam ſi ſemen, & ſi anima fętus non valent opera illa facere, & anima fęminæ habet vim, & inſtrumentum accommodatiſſimum generandi,

randi, tum etiam, & eſt præſens ipſi generationi; delirijũ videtur occurrere ad cauſas, quæ inſolubiles inuoluunt difficultates. Quapropter, vt noſtra opinio magis elucescat, magiſque eius veritas aperiatur, ſoluere oportet argumenta à nobis in principio capitis propoſita.

Vterum generationis ſeu formationis & animationis organum fore excutitur, & abigitur: atque à Pariſano prolata comprobantur.

VNDECIMÆ CRIBRATIONIS,

LAPIS LYDIVS.

„ Gall, „ tact. 1. IN primis igitur quamuis Ariſtoteles omnino neget fœminam præbere aliquam efficientiam, &c.

Pariſan. Modò ad ſubtilem & reconditam Archiatri ſententiam deueniamus miſſis impiorum, & attheorum hominum impijs ſententijs; Ariſtotelis de Mundi æternitate: Auicennæ & Auerrois, homines ex terra generari poſſe; & aliorum Scriptorum Mundi creationem per annorum millia ante Moſis certum relatum à Deo tempus. Non alia de cauſa, quàm vt atthei hominum genus ſecum trahentes perdant.

Quoniam amor nos cęcutire facit, dicebat Plato: hinc alia & varia oblectantia ob oculos & imaginationem nobis adamantibus verſantia, noſtra propria obiecta & repræſentata recipimus & amplexamur, vt immeritò & fallaciter alia etiam quandoque à quibuſdam pugnaciſſimè defendantur. Quam ob rem ad rem noſtram, etiamſi Archiater certò ſciat, Ariſtotelem de animalium ortu aliud, ac animo aliter ſentire; vt ex libro nauta, à libro & autoritatibus recedere non valens, ea etiam ad rem parum, aut nihil facientia, in medium affert.

Pariſan. cont. 1. Primam hãc Ariſtotelis auctoritatem, Vteri nimirum neceſſitatem recipimus ad primam mẽſtruam prębendam materiam, & ſecundam, ſcilicet alimentum: ac etiam fœtui adeſſe, vt faber ligno, & figulus limo; ſed quid tum? Alio modo Ariſtoteles, & omnes ſentiunt, ſed quid Gallego?

„ Gall. „ tac. 2. Sed præter iſtam vtilitatem, habere vterum virtutem, &c.

Pariſan. cont. 2. Secundam quoque Ariſtotelis ab Archiatro allatam autoritatem recipimus; quoniam re vera in vtero continetur quod gignitur, melius quod augetur & perficitur ſecũdum nos, quod (nec ab vtero Ariſtoteli fit nec alijs, Gallego excepto) cuſtodiam, operimentum, & coctionem alimenti deſiderat. Sed hæc veritas nihil ad Archiatrum. Etenim Ariſtoteli fœtus materia eſt purum menſtruum, vt omnes norunt, (non ſemen, quod vt optimè concoctum in paraſtatibus, teſtibus, ac proſtatis, vlteriori coctione in vtero non eget: nec ab vtero recipere poteſt, tum quia animatum: tum quia vterus non eſt aptus & idoneus ad id præſtandum opus, tum ratione eſſentiæ, tum quia ſanguinem ſubminiſtrare habet, & ſemen ipſum ſanguinem in ſemen, & in ſui ſubſtantiam permutare & cõuertere, (vt optimè Galenus dicebat) quod menſtruum, vt impurus & crudus ſanguis, Ariſtoteli & omnibus coctione indiget. Quare quod Ariſtoteles negat, & de menſtruo docet, non de ſemine & fœtu ex Ariſtotele contra Ariſtotelem Archiatro afferre licet, decetque. Sic ex eodem in mammis vlteriori coctione, menſtruo ſanguine in lac verſo fœtui conſulitur; Sicque de ceterorum excrementorum coctionibus dictum puta; ſed nihil ad Archiatri propoſitum.

„ Gall. „ tact. 3. Vnde 3. de gen. an. c. 3.

Pariſan. cont. 3. Eſto verum oui albumen à Natura ad pulli generationem concoqui ex Ariſtotelis ſententia, (nos falſum aliàs oſtendimus, quoniam etiam inceptius alimentum) vt menſtruum ſcilicet à ſemine, ſicuti credidit, quod nihil ad Archiatri rem facit repplico.

„ Gall. „ tac. 4. Et 4. de gen. an. c. 1.

Parian. cont. 4. Eſto ex ſemine menſtruum concoquere non valente, fœminas generari. Nihil proinde Archiatro hoc conducit. (Adde quòd in eodem capite ſtatim contra de fœmina, ſeu vtero ſic ſtatuit. „ Quod

au-

autem recipit, nec poteſt conſtituere, & ſecernere, id fœmina eſt) quoniam de menſtrui concoctione ſermo eſt, quod vltrò conceſſum, nihil noſtra, Gallegoue refert. Similiter infra in capite ſexto in eadem ſemper ſententia Ariſtoteles permanens, fœtus membrorum diſcretionem concoctionem dicit: id eſt à concoctione diſcretio proficiſcitur: quoniam in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus: quia materia ex qua Ariſtoteli eſt menſtruum, quod concoctione eget, quæ concoctio, quæ formatio, quæ membrorum diſcretio à ſemine Ariſtoteli fit: quæ à Medicis & doctioribus Philoſophis non recipiũtur, nec recipi poſsũt pluribus de cauſis. Quod autem vanæ Ariſtotelis ſententiæ de menſtruo cõcoquendo, & impropria (reuera) & mendicata verba & per quammaximè longè ſumpta à menſtruo ad ſemina concoquenda, adque membrorum formationem & diſcretionem. Vtero tribuenda ſint ex Ariſtotelis autoritate, verbis, nimis phantaſticum eſt.

Cæterùm apertius eius alia videamus audiamusque. Non omiſſo interim, quòd ſi ſemen vt in 3. & 4. tactu ex coctione à teſtibus vlteriori animaretur, in proſtatis potius animaretur: in quibus & à quibus trahitur, continetur, & conſeruatur, & eo maximè, quòd ſi aliquot per dies in vtero cõtinetur qua ſemen, in proſtatis per dies, hebdomadas, & mẽſes in caſtis moratur.

Gall. tac. 5. „ Apertius tamen noſter Galenus tribuit vtero vim immutandi, &c.

Pariſan. cont. 5. Ecquis inficiabitur vterum fœtus materiam immutare, ſi menſtruum ſanguinem præparare, & optimum alimentum eidem conficere habeat? Ecquis negabit ſemen in vtero Naturam fieri? (Nequaquam ſemen in vtero facultatem, neque animam recipere, vt aliàs ex Galeno & ratione aperuimus) ſiquidem ibi primum & illico vitam exerceat, ſemine principiò, mox menſtruo pręparato ab vtero ſanguine nutritur.

Gall. tac. 6. „ Et lib. 3. cap. 3. dixit non temere, &c.

Pariſan. cont. 6. Quis Galeno & ſimul hic Collectori Gallego contradicere audeat. Naturam ſcilicet temere Vterum non condidiſſe: fętum non complecti: non retinere ad debitam vſque aſſequendam magnitudinem? Sed quorſum hæc quæſo te Gallego? Quæ hinc vrgentia vt Gallego aſſentiamur?

Et 14. de Vſu part. dixit officium Vteri, &c. „ *Gall. tac.* 7.

Vteri officium ſperma recipere, & fętum perficere, eſto; ſed quid inde? *Pariſan. cont.* 7.

Et in 6. inquit partem eam, quæ in viris foris exiſtẽs eſt Scrotus, in fęminis, &c. „ *Gall. tac.* 8.

Vt Scrotus mi Archiatre foris in viris ad continendos ſeruandoſque teſtes, adque ſemen melius concoquendum ac longius vaſorum longitudine eiaculandum conducit. Ita in fęminis matricem intus cõtentam à Natura productam ad ſemen recipiendum detinendum, alendum, perficiendum eſto; Sed quid inde, & ſubinde? *Pariſan. cont.* 8.

Et in libro de diſſectione vuluæ c. 7. inquit; cum vero, &c. „ *Gall. tact.* 9.

Ecquid inde doctiſſime Archiatre perfecto & abſoluto à matrice fotu, & alimento, fœtu? *Pariſan. cont.* 9.

Et in libro de ſem. c. 9. agens de format. fœtus, inquit, vbi perfecta, &c. „ *Gall. tac.* 10.

Ecquid inde? an à terra fota, alta enutrita, ac perfecta planta, à terra tibi formata, animata planta erit Gallego? An verò animatum ſemen in planta, vt demonſtrauimus, in terra, aquaue auctum & perfectum ab aqua, terraue formatur, animatur? *Pariſan. cont.* 10.

Atque propterea primo de ſem. c. 14. duplicem conſtituit formatricem facultatem, &c. „ *Gall. tac.* 11.

Hunc Galeni locum vidi primo de ſem. c. 14. quoniam id ex Galeno non crediderim, & ex ſententia res cecidit: quando Galenus eo loci de tali formatrice facultate, ac de vtero ne verbum quidem; ſed tantummodo de ſeminis generatione à vaſis & teſtibus, Ariſtotelis ignorantiam reprehendit, & aduerſus alios ſermonem habet. quid quod Gallego? *Pariſan. cont.* 11.

Libro etiam, an animal ſit, quod in vtero eſt, &c. „ *Gall. tac.* 12.

Neque Galenus eo loci talia docet, Archiatri pace dixerim; Sed oſtendens, quod *Pariſan. cont.* 12.

vtero geritur animal eſſe, idque auditorem hominem ad ſpeculationem hortatur, vel vt à Senioribus diſcat, aut à parentibus memoria repetat, ipſum quoque olim fętum fuiſſe; Itaque tum à matre (à matre inquit) perfectè prius in vtero (in vtero,non ab vtero) formatum,atque radicem eſſentiæ à ſemine ſumpſiſſe. Hinc radicem, naturam,animam è ſemine ſumſiſſe:quoniam vt alibi ex Galeno diximus, ſemen ſemine primò nutritur, mox ſanguine inquit; ergo animatum.

Quocirca Gallego ſi Collector fias, vt ex libro nauiges, ſaltem eſto fidelis, nec Lectorem decipias. Etenim mas & fœmina procreant,ſemen ſcilicet animatum; Mater poſtea in vtero format, id eſt perficit: quoniam animatum, & quod ex Galeno nutritur, forma non eget, niſi accidentali; quoniam anima ipſa cum corpore perficitur ad progignentium ſimilitudines, adiuuante potiſſimum poſtea matre, ſeu matricis fotu & alimento. Quare perperàm ex Galeno id muneris matrici tribuis, quod admirationi mihi fuerat.

tac.13. Gall. Inter eos, quos Barbaros ſolemus appellare ſunt aliqui, qui hanc vteri facultatem manifeſtè concedunt, &c.

Pariſan. cont.13. Haliabatem ſic ſcripſiſſe fateor; Sed ſcias Arabum eo loci quatuor illas facultates omnibus partibus omnibuſque mẽbris manifeſtè tribuiſſe: quod nec generatim,nec ſpeciatim fieri poteſt, diuerſa ob munera & fines: idcirco ſatis craſſa Minerua protulit, fortaſſe vt tu ex Galeni loco & autoritate (niſi conſultò feceris) falſus, de matre matrici, deceptus tribuit. Præterquã quod Haliabatis autoritatem non tanti facimus,quia ex libro non nauigamus,& preterea quia hanc tuam ridiculum ſententiam aſſerimus,& miramur Archiatrum ſic leuem, ac leuem ſententiam leuioribus autoritatibus, immo nullis, ac leuiſſimis rationibus in medium afferre; & eo potiſſimum,quod noſtras de animato ſemine (in prima parte) quas vidit autoritates, vrgentia ſenſata argumenta, & rationes efficaciſſimas nõ ſoluat: immo ad illa ne gri quidẽ, quæ Archiatri nõ eſſent,

Quibus addimus, Haliabatis ſententiam vel ineptam eſſe, quomodo credimus: quia aliæ partes,& alia membra (vt conſtituit) fœtum formare non habent: & ita vana ſententia & nihil ad Archiatrum: Aut verum fore: quoniam vt aliæ partes (ſpermaticæ) alia membra, vt Vterus fœtum generant,ſemen ſcilicet à toto animatum, quod nos aſſerimus; & ita non tecum, ſed nobiſcum facit.

Ex quibus omnibus conſtat,&c. Gall. ta.14.

Ex quibus omnibus, nec ratione, nec ſenſu experientiaue de Vtero quid conſtat ad Archiatri rem. Pariſan. cont.14.

Andreas enim Laurentius, &c. Gall. ta.15.

Andreæ Laurentij hæcce omnia vera eſto: Vterum ſcilicet eſſe campum,& hortum fertiliſſimum & matrem prope diuinam naturæ theſauros producentem; Sed nobis nihil inde; quoniam fertiliſſimus cãpus & hortus nobis plantas nõ generat: quoniam plãtarum ſemina ſunt animata, immo plantæ, vt aliàs ſcripſimus,& vidit Archiater in noſtra prima parte, & paꝝ rum ſupra; quare nihil inde. Pariſan. cont.15.

Gall. tac.16. Et Arteus dixit, Verum eſſe Viſcus per ſe animatum. Pariſan. cont.16.

Ecquid obſtat quin animatus Vterus ſit? Ecquid refert (ad rem noſtram quod attinet) quòd eumdem animal crediderit Plato & Pythagoras? Quinimo & noſtræ mulierculæ dicunt & profitentur, Vterum gulam, & caput petere: immo quaſdam dicentes audiui, Vterum è corpore egredi, ſpatiari, & extra,vt beſtia paſci. Sed miſſis fabulis,maximè probabiles Archiatri rationes audiamus.

Ex quibus omnibus affectibus maximè probabiles oriuntur rationes,&c. Gall. ta.17.

Ex quibus omnibus affectibus, malè affectæ profectò rationes oriuntur. Videlicet, Vterum non propriam,bene communem organicam potentiam generationis materiam commutandi habere: menſtruum ſcilicet,quod generationis eſt materia ex qua fœtus partim generatur (non totus vt Ariſtoteles voluit) carnoſum nimirum genus. Partim augetur & (ſpermaticæ partes) perficitur. Non autem ſemen, quod Archiater aſſerit; quippe Pariſan. cont.17.

quod

quod animatum ſola conſeruatione, fotu, & alimento eget: Vti ex putri orta abſque attrahente, immutante, generante ficto vtero & matre. Hic pede ſiſtendum.

Gall. „ tec. 18. „ Nam nullum eſt in corpore organum, quod ſua ſimilitudine, &c.

Pariſan. cont. 18. Vt iure ac meritò dicebat Galenus, admiror Hippocratem, non quia Hippocrates, id eſt magni nominis, ſed quia cum ratione loquitur. Ita ipſe contra, nec immeritò dicam, admiror Hiſpanũ Archiatrum, non quia Archiater; ſed quia ſine autoritate, ſine ſenſu, & ſine ratione loquatur.

Non autoritate, quoniam Ariſtoteles & Galenus omnino aliter, ac ipſe, ſentiũt. Barbarus Arabs Haliabas, à quo nec autoritas eſt, nec ſecum ſentit: quippe quod vtero tribuit, omnibus corporis membris, & inſtrumentis impertitur, & confundit. Non ſenſu: quoniam inde nihil colligit. Neque ratione quicquam conſtringit, niſi ſit pro ratione voluntas: quoniam vult & clarè, expreſsèque aſſerit maris ſemen nihil in matrice agere; nec qua animatum, vt nos cum Galeno volumus: nec quatenus patris facultatibus, virtutibuſue præditum, ſicuti alij aſſerunt; ſed ſolummodo concurrere vt materia ex qua, vt materia quanta, fortaſſe (dicet) quia matris fœminæ ſemen non ſufficiat ſua quantitate & mole, & ita in perfecto animali, & perfectum ad animal procreandum, fœminam plantam conſtituit, quæ ſe ipſa ſine coitu ſuis in matricibus ſemen recipit, & plantam perficit, vt certo fiet ex ſubtili Archiatrio ratiocinio, ex nouo Mũdo nouiter impreſſo.

Quòd ſi ſemen in vtero diuidi poteſt, vt Ariſtoteles voluit, necnon Archiater, vtque Peripatetici omnes aſſerunt, neceſſario ſequitur (quod pluribus in Pari & San. Iudicio, & in ſecunda parte confutauimus) mulierem, fœminam plura, vt planta producere, & ſine maris coitu ex Archiatro, (ſi ſemen diuiſum, vel in pauca quantitate, vt fœminæ ſemen ſolum) proprio ex coitu, & in ſomnio, fœminam, mulierem concipere: quod non ſolum purum eſt ſomnium ne dicam hæretica propoſitio. Vide quo ventum eſt; vt maximè mirer, inquam, hæcce ſua tot Licentiados probaſſe, & laudaſſe, vt in eius libri principio videre eſt.

Adde, quòd ab indiuidui materialibus operibus ſibi indiuiduo merè conſulentibus & abſolutè ad vitam neceſſarijs, ad alia Sapientiſſimæ Naturæ inſtituta opera, non ſibi indiuiduo; ſed ſpeciei conſeruandæ cauſa, tranſcendere non licet; vt malè Archiater facit: dum vterum ſemen attrahere ad fruitionem inquit, vt Ventriculus, Cor, Hepar, &c. cibum & alimentum.

Inſuper, quòd in indiuidui corpore aliæ dentur fruitiones & delectationes non indiuidui gratia; ſed ſpeciei omnino cauſa; vt vteri pura delectatio, ne per latam quidem paleam ab inſtituto recedamus, oſtẽditur. Etenim Priapus erectus vteri deſiderio flagrãs vuluam ingreditur, ipſumque vterum deſcendere prouocat, ab ipſóque amplexari, & emungi peroptat: & eadẽ eſt prorſus delectationis ratio, ad ſpeciem dumtaxat, inquam, conſeruandam: Et ſic vt in coitu præcipua pars, & ſine qua non eſt priapus, vt coit, ſemen portat, ſeminat, impetu eiaculat, & in eiaculatione maximè delectatur, vlla abſque fruitione, veluti ventriculus, hepar, teſtes: Ergo Priapus tamen animaret ſi Gallego credimus.

Alterum autem inſtrumentum: fœminæ ſcilicet vterus, vt recipiens animata ſemina; quæ miſcentur vt animæ, quod ni credis demens es, inquit Hipp. Quòd mixtum nutritur ſemine primo, mox ſanguine vt Galenus docet, quam ob rem id Vterus recipit, continet, fouet, nutritque, vt Autoritas, ratio, ſenſus docent.

Amplius teſtes conſeruandæ ſpeciei cauſa facti, quorum abſque opere etiam in perfectis viuitur. Licet autem ſibi primum ſemen generent, vt ventriculus, hepar, &c. Poſtea & præcipuè non indiuiduo vt alia indiuidui officialia inſtrumenta, ſed ſpeciei: quam ob rem ſuperfluum genitum à ſe ſe ſemen ad proſtrata tranſmittunt ibi detinendum ad coeundi tempus pro fœtus, ſeu animati ſeminis alimento primo in matrice. Hæc & ſic Sapienter

Pro-

Prouida Natura.

Inſuper Proſtata genitum à teſtibus ſemem, primum ſibi & animati ſeminis & fœtus alimentum attrahunt, continent, & ſeruant in fœtus gratiam ad conſeruandum ſpeciem, non indiuidui cauſa ſi noſti.

Vlteriùs menſtrui ſanguinis collectio ſingulo quoquo menſe fit in fœtus gratiã, vt dum concipitur fœtui alimentum ſit: quo deficiente non concipitur; vnde præcipuum vteri munus, & cauſa ſine qua nõ.

Ad hæc vt veritas magis magiſque eluceſcat, atque de medio omnes vmbræ tollantur, & tibi dieſcat, Exemplum ad vnguem, ac adamuſſim Lydio Lapidi offerramus: Membrum in corpore nimirum vt requiris, quod ſua ſimilitudine & naturali inclinatione habeat vim attrahendi vtilem aliquam ſubſtantiam (tuiſſima ſunt verba) ſolùm propter illius attractionem, & nudam fruitionem.

Hoc membrum Gallego ſunt mulierum fœminarum mammæ quæ ſanguine perpetuo nutriuntur ante partum, ac in toto vitæ tempore, niſi impregnentur & pariant. In partus tempore menſtruum attrahunt, vt matrix concoquunt, in lac vertunt, & fœtui ac ſpeciei præſto ſunt, ſi noſti Gallego vt omnes Malachenſes mulieres norunt.

Gall. „ tac. 19. „ Vnde quocunque modo vterus fruatur materia fœtus, &c.

Pariſan. cont. 19. Fateor Archiater, quòd vterus quocunque modo fœtus materia fruatur ipſam commutare debeat ſecundum finem ad quem ordinatur: rectè ſic profectò; ſed iure noſtro, & re vera continendo, fouendo, nutriendo ſemen; & commutando, concoquendoque ſcilicet menſtruum ſeminis & fœtus alimentum; & non aliter, ſi Archiatro placet.

„ Gall. „ tac. 20. Idem probatur efficaciſſima ratione: prius, &c.

Pariſan. cont. 20. Hîc maximè ardua ſe ſe offert difficultas, quæ omnium animos torſit ſemper, & continuò vexat, nec intelligitur. Generatrix facultas ineſt quidem; ſed non ab anima ſeparata, vt fabulantur, quæ præeat, & abſque anima operetur; ſed eſt ipſa anima, quæ ſibi inſtrumenta & domicilium fabricat: quæ anima ſeu facultas generatrix facilioris doctrinæ gratia ſic dicta in propagatione ortis (nota) eſt organica: quoniam animatum ſemen delineata & adumbrata (vt ita dicam) inſtrumenta habet, vt aliàs expoſuimus, & proinde anima, quia ſemen nutritur, vt ex dictis patet, attrahit, retinet, concoquit, &c. ſeu ſi lubet, habet alias tales facultates: quo modo vterus nullo pacto ſic operatur, & talia præſtat ea deſtitutus facultate, quæ ſeminis fœtus animæ eſt: immo ipſa illius anima: quinimo addo, quod neſcitur, pluries à me dictum, & Archiatri non ſolùm fabricam deſtruit, ſed cõmunem omnem de medio tollit, noſtramque conſtituit & roborat. Et hic pede ſiſtendum Archiatro inſudandum.

Anima ex putri orta omnibus Archiatri figmentis deſtituta eſt: quia non ex ſemine, non ab vniuoco generante; ſed ab æquiuoco ortum ducit: è materiæ potentia immediatè educta eſt, ſine matrice, ſine organis: ſine facultate præcedente, fabricante, ante animæ è materiæ potentia egreſſum: quæ meridiana luce clariora: niſi quis ad Intelligentias, aut alias ad fatuitates recurrat: Ergo Anima ſine inſtrumentis, inſtrumenta & fabricam ſibi conficit, & diuinitùs fabricat: quia Natura proprium ſibi diuinum opus conſtruit: Ergo Anima cetera omnia præſtat, quæ animal: Igitur eſt poteſtas, & omnes in animali poteſtates, pro vt modò animans, modò atttahit, retinet, concoquit, ſentit, mouet, videt, &c. tot abſque Gallego nugis, reſpondeat qui poteſt.

Aſt reſpondeat ſubtilis Archiater. In ex putri ortis, obuoluens membrana, (Ariſtoteles vetulam, vt polentis, animalis cuti reſpondens) quę matrix (exempli gratia ranæ) eſt animata. Eſto: Ergo Archiatre, matrix prior & actu animata, quam fœtus: Concedes: Igitur matrix prior rana, erit rana: quia ranæ anima animata eſt antequam rana fiat: quoniam iure tuo à matrice fit rana. Aſt contra, quoniam arbitratu tuo, matrix à ſua anima agendi facultatem & animandi fœtum recipit: Ergo anima ranæ, & rana priores erunt Pariſan. cont. 21.

ipſa

ipſa matrice: quæ ex Archiatri bellis fictis inuentis pulchrioribus longè pulchriora ſunt,& colliguntur,ſi Gallego placet.

Gall. fac.22. „ Cum igitur facultas generatrix ſit organica, ac particularis facultas diſtincta à reliquis omnibus,&c.

Pariſan. cont.22. Ex dictis dilucidiſſimè patet, facultatem generatricem, quæ eſt anima, & proinde ab alijs non diſtincta etiam ſine organis (poſito tamen proximo ſibi innato calido,quo omnia præſtat, ſiue ab vniuoco,æquiuocoue procedat) agere: ipſis poſtea à ſe ſe genitis perficere, medio particulari organico inſtrumento, matrice ſemen attrahente nimirum, conſeruante,& alimentum ſubminiſtrante:atque externa poſtea opera exercere.

Gall. fac.23. „ Quapropter quatenus vterus eſt peculiare inſtrumentum,&c.

Pariſan. cont.23. Quocirca in primis non video, nec facilè mẽte concipere queo, quo modo matris anima extra vterum egredi poſſit in ſemen,& intra ſeminis & fœtus membranas vnita matris vtero,quẽ animat:quippe fœtus membranæ, & ſemina, ac menſtruum alia ſunt corpora in vteri vacuo; membranæ vtero contiguæ:ſemina membranis contigua,non continua: Et ſic matris anima matricis corpus,egreſſa(poſito ſomnio)per membranas tranata in ſemina ſimul & ſemel matris, membranarum, & ſeminum,atque fortaſſe menſtrui erit anima: Et ſic plura ab inuicem diſtincta & ſeparata corpora, animata & alia ſpecie, atque genere diſtincta ab inuicem ſeparata animata erunt vna & eadem anima cõiuncta: atque ſic ſimul, ſemelque vnũ numero:quoniam vna matris anima: & plurima,quia ab inuicem actu diſtincta: matrix:fœtus,ſeminiſue membranæ: ſemina; menſtruum, & Monſtrum maximum Matrix & Mater aliorum.

Gall. fac.24. „ Ex quibus conſtat falſam eſſe ſententiam eorum,qui dicunt teſtes &c.

Pariſan. cont.24. Interim non omittam, quòd malè de vtero ſic ſentias, (quicquid de teſtibus ad rem hanc aliorum ex mente) quoniam etſi aliquæ mulieres abſque vtero viuant, vt Paulus & Actius ſcribunt (vt nos quoque nouimus) non bene valentes, ſed ægrotant iuuenes menſtruis purgationibus egentes, vt ijs in deſtitutis purgationibus vtero præditis quotidie obſeruamus: Vt miremur, quòd hæc doctis ſcribere audeas, tua vt figmenta firmes. Seniores verò mulieres abſque matrice,qua tali de cauſa non egent, dubio procul abſque illa viuunt. Iuuenibus verò abſolutè neceſſaria ad valetudinem. Non item teſtes, quibus abſque, vt Eunuchi non ægrotant.

Pariſan. cont.25. Enimuerò mẽte nequaquam concipio, ſi ſemen non eſt animatum: immo nulla facultate præditam Archiatro, in proximo ſuperiori vigeſimo contactu eſt: non capio, inquam,quomodo conceptus fœtus (poſitis cęſijs matris oculis) nigros, caprinoſue patris oculos gerat. Hoc viderit Argus Hiſpanus.

Pariſan. cont.26. Præterea Mater adunco, ſimoue naſo, prędita, eius matrix fętum aquilino naſo præditum format,& fabricat,inſtar patris naſum; Vt naſuti ſit iudicare, quo modo matricis formantis facultas & anima hæc nouerit.

Pariſan. cont.27. Vlterius Patri in facie, taliue ſignata in parte cicatricem gerenti, filius eamdem in eadem cicatricem gerit: Matricis igitur id ſcire fuit, & ſciuiſſe ſicariã agere, quod Archiatri ſpeculatione dignum.

Pariſan. cont.28. Amplius non ſemel vidimus canem marem genitum ſine cauda patris obtruncatæ ſimilem: Et ſemel quin etiam alium canem fętum iam partum abſque anterioribus cruribus cani patri ſimilem; Vt innumera mittam ſtigmata vini, lactis, fragorum,ceraſi, ſuillæ aprique carnes,ſetas, &c. Et ita præſagiendum cuium bellum opus ſit, Matricis ne, ac Matris, an verò Archiatri, necne.

Pariſan. cont.29. Ad hęc ſæpius viderit Gallego cęcũ cęcũ ſtrabonẽ ſtrabonem procreare, claudũ fętum patri ſimilem genitum: Et ſic à matrice animante, formante: quæ quum ſui iuris Gallego cęcum, ſtrabonem, & claudum generare, nimis claudicans, ſtrabonea, cęca hæc eſt philoſophia.

Pariſan. cont.30. Inſuper poſtquam in monſtris ſumus: Qui fit Archiatre doctiſſime, ſi matrix generat,& ſibi ſimile(non in indiuiduo,quia

patri

Digitized by Google

patri patris ſemine inanimato, omnique facultate deſtituto, ſimilem progignit) in ſpecie procreat: quam ob rem inquam, Aſinæ matrix cum equo coeũtis, aſinam, aſinumue nõ generat, ſed Ginnum? Equæ matrix cum aſino coeuntis equam, vel equum non generat? ſed mulum? Quid medium nimirum equinam, & aſininam inter ſpeciem. Archiatriam doctrinam hæc ſapiunt quidem; ſed an Iohannis Malachenſis, an verò Hippocratis Coi aſſerentis animas ſeminum miſceri, & id non credentes dementes fore, tuum ſapiens eſto iudicium.

Pariſan. cont. 31. Ceterùm hiſce tuis miſſis Chimeris ex hac tua matre matrice ortum ducentibus ſi tibi credamus. Quod te rogo quæſo reſpõde: Ex hoc teſtium tuo, tuo in matrice ſimilari, homogeneo, eiuſdemque omnino rationis ſemine, quo modo diuina iſta matrix etherogeneas partes (ex homogeneo, inquam) formabit? Ex ſimilari corpore, ſimilare corpus formare & animare tranſeat: exempli gratia, neruus, os &c. Aſt eodem ex ſimilari, tot, ac tanta alia, & diuerſa in omnibus etiam ſpeciebus: arteriam, venam, os, cartilaginem, neruum, os, membranam, cutim, cerebrum, tendines, & cæt. nos mente nõ concipimus, niſi ab Archiatro doceamur; ſed non phantaſticè. Propterea, quòd ex ſimilari toto ſemine iſta tua facultas totum os generet, tranſeat; ſed durum credere: quòd etiam cerebrũ, nimis mollis ſententia eſt: quòd teſtes quoque, nimis coleonea: quod cor, nimis cordata: quòd ſtrabonem & cęcum, nimis cęca opinio: quod luxatum & claudum, nimis clauda Archiatria philoſophia.

Proinde ad ſemen etherogeneum aliàs confugimus, & deinceps animatum conſtituimus, & conſequenter à toto prolapſum ſtatuimus: quodque in prima parte diſputauimus, in Pari & San. Iudicio ventilauimus, atque in ſecũda parte in Lydio Lapide aduerſus Mundinum, & Medicorum Cateruam cribrauimus & ſuſtinuimus, quæ tibi dicta iure ac meritò ſumo omnia.

Pariſan. cont. 32. Quare ad rem modò noſtram, pro tuæ huius opinionis choronide & ſigno: Si anima in ex putri ſenſatis, abſque excogitatis & tot fictis nugis, ſine antecedente fantaſtica formatrice accidentali materiali facultate abſque matris anima: abſque matrice perfectũ in ſua ſpecie murem tot gerentem membra & organa, perinde pulchra, ęque perfecta, & omnino ſimilia, atque quot loco mus per propagationem ortus, quot leo, & perfectum quoduis perfectum animal generat: quid ad ſigmenta (niſi ad intrigandum) confugiendum: ſi quin etiam fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri. & æque bene poteſt? Hîc pede ſiſtendum, hiſce reſpondendum, non nugis terga danda.

Quod in ex propagatione etiam ortis colliges ſi velis. Quandoquidem foueat gallina tua Indica noſtratis gallinæ, aut pauonis oua. Ex fotu non indus pullus, ex fouentis fotu, matrice, anima; ſed gallinaceus ſimilis patri gallo; ſed pauo ſimilis patri, matriue oritur; quia oui ſemen animatum, non pullus à matre, ſic è conuerſo. Item ex clybani calore apud Turchas pullorum ortus, tuæ generationis loco. *Pariſan. cont. 33.* Amplius Sericei vermis ex ouis, mulierũ mammarum fotu vermes emergunt. An mulieris matrix, an facultas, an mammæ, an anima? An Clybani; Furnariæue ſimilia?

Hæc tua bella ſententia, ne dicam ſtultam, vt tu noſtram. Hance tu auſus, ne te arrogantem appellem, (vt tu nos vocaſti) ob Gentium Doctoris Doctrinam & Pręceptum: Et quia principio promiſi, te Racha non dicere, prohibente Euãgelio. bellè & pluribus ſic reprobata eſto, atque tu in Veritatis gratiam tua ſponte & meritò ſic finito. Vnum tamen addam, Nos hance & tuas opiniones omnes hactenus (vt ceteras infra obſeruabis Deo permittente) perbellè & exactè confutaſſe, atque tuas rationes, tuaque argumenta ablegaſſe ad vnum omnia; Tu noſtrorum nullum, nullum dico reieciſti. Si quis cauſam quærat, ex eorum parte dicam, quia non potuiſti; Ex tui vero parte, quia neſciuiſti. Proinde ad Rem propiùs noſtrã, Vtra noſtrarum opinionum fatua ſit; Vterue noſtri Arrogans fuerit, ex Lydio Lapide

Pariſan. cont. 34.

S. Luc. 9.

pide tu,(nedum Docti) tu, iudex eſto.

Pariſan. cont. 35. Tandem ſcias ad hanc barbaram opinionem,haſce ad tuas parum ſubtiles autoritates, & rationes reſpondere, ſeu eaſdem refellere(quoniam ex ſe ipſæ cadunt, & præcipitant) dignati non eſſemus, niſi Archiatri ſemimundi nomen expopoſciſſet,& pręterea parum modeſta licentia tua haud archiatria, minimè Hiſpana, titillaſſet:Quod noſtram de ſemine ſentẽtiam ſtultam, & nos arrogantes dixeris, nullis ad rem dictis. Quibus,noſtris, inquã,pro moribus,& promiſſis vt ſtaremus,par pari reddere non fuit,ſed tantummodò tibi dictum archiatria tua cum doctrina voluimus, Vale, ſi vales, vt tecum quin etiam hæc tua Indica Opinio valeat.

Gallego lib. 3. c. 21. pag. 149.

Contrariorum argumenta ſoluuntur, & aliquorum qui ſeminis etiam virtutem negant, opiniones examinantur. Gallego.

QVamuis ſufficienter ſit probatum vterum eſſe proprium generationis organum: oportet tamen ſoluere aliqua dubia, quæ aduerſus dictam ſententiam inſurgunt, tum etiam examinare aliquorum opiniones, qui etiam ſeminis virtutem negant.

Vterus ad quorũ animaliũ generationem neceſſarius. Ad ea,quæ Auicenna aduersùs vteri virtutem dixit,reſpondet Auerroes 8. phyſic. etiamſi ipſe neget vterum habere virtutem formatiuam. Probat igitur multis argumentis vterum ſimpliciter eſſe neceſſarium ad generationem eorum animaliũ, quæ ad ſui conſeruationem variis indigẽt organis. Nam quemadmodum talium animalium perfectio, ac generationis difficultas expoſtulat ex ſua propria natura, præter ordinarium concurſum vniuerſalis cauſæ,auxilium particularis agentis. Sic etiam ex neceſſitate naturæ talis generationis exigit auxilium vteri,tum etiam,& tertium. Experimur enim vniuſcuiuſque harum partium vſum ſimpliciter eſſe neceſſarium ad perfectam generationem, ad eam ſcilicet,quæ fit mediante coitu. Si enim, inquit, eſſet poſſibile talem generationem fieri ſine particularis cauſæ influxu, ſemper natura, quæ in omnibus compendij ſemitam amplectitur, vitaret tantarum rerum faſtidium,marem ſcilicet, & fœminam cum omnibus ſuis inſtrumentis,concubitum,& tantum in generatione, & in partu laborẽ,atque periculum. Quæ quidem omnia neceſſaria ex propria natura rei eſſe videntur, cum non ſolum nõ abhorreat illa omnia natura,ſed potius in ipſis maximam poſuerit voluptatem. Vnde nuſquam,aſſerit, viſum eſt alicuius perfecti animalis generationem ab illis influentiis fieri. Quare concludit Auerroes ad generationem perfectorum neceſſarium eſſe locum, qui non ſolum ſua cauitate ſemen contineat,ſed & ſuo calore ipſum foueat.

Quapropter ad Auicennam reſpondemus vterum non eſſe neceſſarium ad generationem abſolutè ſumptam. Nam ad generationem eorum animalium, quæ in ſuæ materiæ perfectione parum recedunt à perfectione plantarum, vt ſunt vermes, aliquod piſcium genus,& ſimilia,non eſt neceſſarius vterus, ſicut nec cauſa agens, nec ſemen. Talia enim animalia facillima mixtione,attemperatione,& partium conformatione indigẽt:ad quæ omnia ſufficit cauſa vniuerſalis cum cœleſti calore. At verò ad ſimpliciter perfectorum generationem, quæ ad ſui procreationem exquiſitiſſima ſui principij materialis indigent coctione,mixtione,attemperatione,ac organorum conformatione, non ſolùm eſt neceſſaria multiplicatio agentium,ſed eorum, & ſuorum organorum maxima perfectio, & præcipuè eſt ſimpliciter neceſſarius vterus,qui capacitatem,calorem,& animæ continuam habet influẽtiam ad omnia dicta opera commodiſſimè complenda. Sic etiam aliqua concedimus eſſe animalia,quæ quemadmodum in perfectione ambigua ſunt:ſic etiam,& in generationis modo ambigua etiam eſſe fatemur,vt ſunt mures, & ſimilia. Illud autem de diluuiis traditum ab Auicen. falſum eſſe noſtra Catholica fides docet. *Vterus nõ eſt neceſſarius ad generationem abſolutã.*

Deinde miror noſtrum doctiſſimum Carrerium quòd dicat fœminam non poſſe concurrere ad generationem ſui fœtus cuius materiam in ſuis viſceribus continet, *Refellitur Carrerius.*

net, quia non habet immediatum concurſum in illam, & concedat animam patris, fortaſſe mortui mediante imperfectiſſima quadam ſubſtantia ab eo independente, & ſeparata, vel mediante mero quodam accidēte omnino ab ea etiam ſeparato ad eundem effectum concurrere poſſe. Sic etiam mirum eſt, quod neget vterum poſſe eſſe inſtrumentum generationis, ac formationis, quia veluti ſimilarem habet naturam, ſicque ſolum ſibi ſimilare facere poſſe ei videatur, & concedat virtutem ſeminis eſſe materialem, ſicque indigere corpore ad operandum, & poſſe dicta omnia generationis & organizationis opera mediante illo liquore, vel mediãtibus ſolis ſpiritibus facere. Quare ad primã dubitationem reſpōdemus multo maiorem, ac magis congruam ſufficientiam habere matris animam ad totam generationē gubernandam, propterea quod præſens eſt, & actu informat corpus ſimile ei, quod generatur, quàm anima patris abſentis mediante imperfectiſſima illa ſubſtantia. Abſurda verò eſt comparatio inter ſufficientiam animę matris præſentis, habentiſque virtutem generatiuam, & virtutis ſeminalis prorſus derelictæ à ſuo ſubſtãtiali principio. Nam cum accidens & ſubſtantia ſint diſtincti ordinis eſſentialis, non poſſunt adinuicem comparari reſpectu generationis ſubſtantiæ, ad quam neceſſarium eſſe diximus concurſum ſubſtantiæ, & nullo modo ſufficere ſolum concurſum accidentis.

1 dentis. * Negamus verò animam matris non habere immediatam operationem in materiam fœtus. Nam illico, ac materia illa ad vteri fundum peruenit, ita eam amplectitur ſubſtantia vteri, vt inter vtraſque ſubſtantias nullum aliud intercedat corpus, quo tempore ipſam totam per totam alterat medio contactu reali, vt ven-

2 triculus alimenta tranſmutat. * Tum pręterea etiamſi concedamus veram eſſe eam opinionem, quæ ſtatuit agentia creata nō poſſe agere in diſtans, niſi prius commutent medium ſpatium, & inter fœtum, & matrem eſſe ſecundinas, quæ nec ſunt partes fœtus, nec partes matris, ſed tertium quoddam corpus ab vtroque diſtinctum; concedimus tamen animam matris mediante facultate vtero communicata continuare ſuam actionem vſque ad intima fœtus, non ſolum per eas vias, vt dicebat Vaſſius, per quas idem fœtus recipit à matre ſanguinis, & ſpiritus continuum fluorem, ſed etiam per medias ipſas membranas. Nam etiamſi non dicantur veræ fœtus partes, ſunt tamen factæ ab eadem anima matris, & ex eadem materia, ex qua formantur fœtus veræ partes, ex ſanguine ſcilicet, & ſemine humano, verbi gratia, & ſic de cæteris.

3 Quapropter ij, qui negant animam matris poſſe influere ad generationem ſui fœtus propter impedimentum membranarum, parum attente rem conſiderant, & opera naturæ maxime imminuunt. Nam ſi experimur torpedinem marinam medio longiſſimo fune torporem inducere hominum manibus, lapidem Herculeum media tabula mouere ferrum, quæ valde diſtincta à ſuis obiectis ſunt corpora, quid mirum, ſi concedamus actionem generandi animæ matris continuari mediantibus membranulis illis, quæ continuantur medio vmbilicorum fœtu ipſo, vſque ad intima eiuſdem fœtus; quemadmodum actio illuminãdi cōtinuatur à corpore ſolis vſque ad vltimas terræ cauernas. * Nam 4

Negãtes matris animã poſſe influere ad generationē propter membranas, refelluntur.

vt rectè aſſerit Pater Hurtadus de Mendoza diſp. de cauſa efficienti, vt anima matris poſſit influere in intima fœtus partes, ſatis eſt, vt externam ſuperficiem quocunque modo tangat. Ariſt. enim & D. nihil amplius à ſemine expoſcunt. * Nam, vt in- 5 teriores ſanguinis menſtrui partes à ſemine mutentur, fiantque partes fœtus, non expoſtulant illi autores, vt neceſſario ſemen, & ſanguis ſecundùm minimas partes ſe tangant, ſed ſatis eſſe iudicant, vt ſolùm penes ſuperficies coniungantur. Quod in ventriculo faciente chylum, & hepate generante ſanguinem fieri videtur. * Qua- 6 propter hebetis erit intellectus dubitare vtrùm anima matris poſſit animare internas fetus partes, quantumuis membranis ſint inuolutæ. Continuantur enim influxus agentis, abſque eo quod eius partes ad intimas fœtus partes perueniant. * Nã

illud

illud eſt aliquod agens operari in aliquod corpus per aliquod medium. Aliàs enim concedere oportet accidens receptum in primis fœtus partibus, ſiue ſuperficiebus mutare poſſe intimas eiuſdem fœtus partes, quod eſt abſurdum. Nam illa accidentia, quæ iam ſunt recepta, non agunt ſed diſponunt, & ſi agerent, eſſet agens animationis genitum, aut corruptum: cùm ſubiectum accidẽtium ſit, quod operetur. Abſurdum verò eſt negare agenti ſuam cauſalitatem, & eam tribuere genito, ſi iam eſt corrupta, veteri forma: ſin minus corrupto, ſi adhuc perſeueret. Quare veriſſimum eſſe concludimus actionem generãdi, quatenus fluit ab anima matris, atque vt ſic continuatur vſque ad intimas fœtus partes, eaſdem formare, & animare mediantibus debitis inſtrumentis.

8 * Ad id autem, quod de ſimplicitate compoſitionis vterinæ obijciebat, reſpondemus temerè id dixiſſe. Impoſſibile enim eſt, vt ipſe, neque alius, ſciat à priori, quinam organizationis modus ſit neceſſarius ad hanc, aut illam actionem exercendam. Satis enim eſt ſcire hoc organum, vterum verbi gratia, factum eſſe à ſupremo Artifice propter hanc actionem: propter generationem ſcilicet, quia experimur ipſam fieri in vtero: ſcire verò temperamentum, & compoſitionis modum neceſſarium ad talem actionem ad ſolum ſupremum attinet Artificem. Eſt igitur generatio, & coagulatio partium fœtus opus productum à tota vteri ſubſtantia, per quam intelligimus temperationem, & totam molis conſtitutionem, ſitum, & cauitatem: quemadmodum chyli generatio eſt orta à tota ventriculi ſubſtantia. Et non mirum eſt, quod mediante vtero tam mirum conficiat opus anima fœminæ: quod ſcilicet faciat aliud indiuiduum ſibi ſimile in ſpecie. * Videmus enim mediante carne hepatis, quæ verè ſimilaris eſt ſubſtantia, quatuor humores generari, mediante cerebro diuerſorum, ac contrariorum ſenſibilium iudicia præſtari, & eorum imaginum repræſentationes, debitis temporibus exhiberi, & ſic de cęteris. Quare immerito, propter iſtam cauſam, negat Carrerius animam matris poſſe mediante vtero totam complere generationem.

Organizationis modus incompreheſibilis eſt.

9

Ad vltimam verò rationem Carrerij reſpondemus cum Caietano 3. par. quæſt. 32. ad 4. dicente in mare, & in fęmina eandem ſpeciẽ eſſe generandi potentiam. Nam iſtas duas potentias non diſtingui, affirmat, penes eſſentiam: quamuis res factæ per eas diſtinguantur. Et quemadmodum ipſe inquit: Nam factum, ſiue res facta à potentia generatiua maris, eſt ſemen actiuum generationis principium: factum verò, hoc eſt res facta à fęmina, eſt, quidquid ſit illud menſtruum, aut ſemen materiale generationis principium, &c. Sic nos aſſerimus: nam factum à patre eſt ſemen, quod licet ſolum ſit potiſſima materiæ pars: ſecum tamen defert potiſſimum totius generationis inſtrumẽtum, & maximam ad recipiendam vitam promptitudinem. Quod ſatis eſſe iudicamus, vt ne illius potentia generatiua fruſtra dicatur: Complet enim illud generationis, ad quod habet à natura tributum organum; reliquum verò relinquit fęminæ: recipere ſcilicet totam generationis materiam, & ſubſtantiali influxu ipſam miſcere, vnire, & ad conſtitutos fines extendere. Ipſa enim ſola habet accommodatiſſimum organum ad producẽdum totius naturæ theſaurum. * Nam quemadmodum terra omnium ſolis influentiarum eſt receptaculum, ideoque variarum rerum ſit mater: ſic vterus in fęmina eſt receptaculum omnium animæ eiuſdem fęminæ influentiarum attinentium ad ſimilium productionem. Omnia enim, quæ actu fiunt, actualem requirunt efficientem cauſam, vt actualem materiam. * Quemadmodum enim ſapientiſſimus, ac iuſtiſſimus ſupremus Artifex fęminas participes fecit potiſſimorum laborum, & vitæ diſcriminis, quod in alendis, & pariendis liberis, quotidie experiuntur: ſic, & potiſſimam generationis gloriam eiſdem tribuere dignatus fuit. Vnde oritur vt naturalis

Soluitur obiectio Carrerij dicentis eandem ſpecie eſſe in mare & in fœmina generãdi potentiã.

11 *Terra & vteri cõparatio.*

12

Digitized by Google

Vnde matres plus quàm patres diligūt filios. ea dilectio, quam erga filios habent, multo maior ſit ea, quæ à patre oritur. Amant etenim illæ liberos, tanquam opus à ſe editum. Nam vt Plato, & Ariſt. multoties referunt, naturale eſt, vt vnuſquiſque ardenter ſuum opus amet. Vnde poëtæ ſua carmina vehementer diligunt.

Cœterum, quamuis hæc dicta ſufficiāt, vt conuincamus fœminam eſſe cauſam efficientem animationis, & formationis, multa tamen explicanda reſtant, vt modum intelligamus, quo anima matris generationem incipiat, finiatur, & quibus inſtrumentis in illius progreſſu vtatur.

Aliorum opinio negantium virtutē generatricem ineſſe ſemini. Prius tamen examinare oportet aliorum opiniones, qui ſemini virtutem generatricem ineſſe non aliter, ac nos, negant. Fabius enim Paſſius, Fienus, & Pater Hurtadus de Mendoza virtutem generatricem ſemini negare videntur, quamuis cum aliquo diſcrimine. Nam non ſequuntur omnes eandem viam in aſſignanda virtute generatrice, ac formatrice. *Paſſij ſententia falſa.* Paſſius enim matris animam generationem facere dixit; ita tamen, vt virtutem vitalem matris per arterias fœtus dimiſſam dicat formare, generare, & animare eiuſdem fœtus cor, naturalem virtutem mediantibus venis, hepar, & ſic de cæteris. Quæ omnia falſa ſunt, vt conſtat ex ijs, quæ diximus, & ex ijs, quæ dicentur. Vnam enim cum Ariſt. numero virtutem conſtituimus; quæ quidem varia, ſed inadæquata opera efficiat. Nam hæc ex heterogeneitate materiæ diuerſas in accommodatis ſitibus, cum conuenientibus figuris, & cęteris, generat, atque animat partes, ex cuius facultatis actione manent formata organa. Quæ facultas reſultat ab anima fœminæ mediante temperatione & organizatione vteri. Vnde figmentum eſt dicere facultatem vitalem matris facere cor, naturalem hepar fœtus. Secundum quam ſententiam aſſignanda eſt alia virtus, à qua fiant venæ, & arteriæ fœtus, per quæ vaſa dixit debere communicari matris virtutem.

Fieni etiam opinio non probatur. Fienus negat virtutem ſeminis, negat etiam generatiuam matris poſſe concurrere ad generationem, & nullum aſſignat agens, à quo animetur ſemen brutorum intra ſpatium tertij diei. Ad introductionem enim animæ rationalis facilem habet aditum, cum creatur à Deo: ad introductionem verò animæ materialis, quæ nullo modo creatur, vt ſufficienter probatum eſt, nullum relinquit hic autor agens. Nam negat etiam id facere poſſe virtutem derelictam à patre in ſemine. Vnde, quamuis verè probet ſemen nullam habere receptam à patre virtutem: reliqua tamen ſeries ſuorum enunciatorum falſiſſima eſt, vt dicetur.

Nec Patris Hurtadi. 2. Deinde quamuis Pater Hurtadus conceſſerit animæ fœminæ animandi ſuum conceptum actiuitatem, ipſamque denegauerit ſemini: conceſſit tamen vtroque ſemini vim organizandi: ſaltem ponendi prima filamenta, abſque aliquo influxu à matris anima. Quod quidem videtur contra rationem: in primis, quia, vt diximus, virtus generatiua, & formatiua, vel eſt eadem numero, vt nobis cum Ariſtot. videtur, vel ſaltem ſunt virtutes eiuſdem agentis. Idem enim agens vnam harum virtutū diſponit ad alterius opus, vt probatum eſt. Nam eiuſdem agentis eſt vltimam præbere materiæ diſpoſitionem, & animæ introductionem, vt ex rei veritate, & ex Ariſtot. conſtat. Quapropter cum organizatio ſit diſpoſitio ad introductionem animæ, ſitque vna continuata actio, neceſſariò debet fieri ab eodem agente, à quo fit animatio in brutis, & vnio in hominibus. Tum præterea falsò aſſerit, partem ſpirituoſam ſeminis nullo modo poſſe eſſe partem materialem fętus: cùm ſuperius à nobis cum Galeno ſit probatum, potiſſimam diſpoſitionem ad receptionem, & conſeruationem animæ fœtus, eſſe partem calidiorem, ac magis ſpirituoſam ſeminis. Sed his dimiſſis tempus eſt progrediendi ad alia.

Archia-

Digitized by Google

Archiatri Gallego argumentorum ſolutiones diſſoluuntur, examinata à Pariſano examinantur.

DVODECIMÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall. act. 1. „ NEgamus verò animam matris non habere immediatam operationem in materiam fœtus.

Pariſan. Autorum argumenta aduerſus Gallego nihil ad nos. Ad illius verò aduerſus Carrerij potiſſimum reſponſa (præterquam ad Ariſtotelem, Auicennam, Auerroem purè Atheos humanum genus deſtruere conantes) rationi haud conſentanea, ad Lydium Lapidem ducemus in dictorum confirmationem, & Veritatis gratiam.

Pariſan. cont. 1. Et nos non inficiamur, Vterum fœtus materiam, ſemen ſcilicet, & menſtruum, vt ventriculus cibum, non amplecti, & reali contactu alio abſque (initiò) intercedente corpore continere, conſeruare, fouere, nutrire; ſed quòd vterus totam materiam, ſemen videlicet (menſtruum tranſeat) alteret, vt ventriculus tranſmutet: atque matris animā ſic immediatam operationem in eamdem fœtus materiam habere, vt omnino falſum ex dictis, & dicendis, non recipimus.

Gall. tac. 2. „ Tum præterea etiam ſi concedamus veram eſſe eam opinionem, &c.

Pariſan. cont. 2. Si non admittendum naturalia agentia in diſtans agere poſſe, niſi commutato prius medio ſpatio, in puris, inquam, naturalibus: quanto minus in viuentibus hanc ad rem, nec poterit, nec ſufficiet? quando nec facultas, nec matris, nec matricis anima membranas, ſemen, & materiam in ſe ſe conuertere commutare poterunt, vt liquet: Et ſi commutarent totum deſtruerent: quoniam tota, omnia, matricea fabrica fierent, non perfectum animal: Quippe procreare non eſt alterare, concoquere, commutare, vt officialis eſt membri ſui gratia; Sed ſapientiſſimæ Diuinæ Naturæ opus eſt, quā non nouerūt, nec agnoſcere potuerunt homines. Hinc Sapientū, in hoc inſipientium errata maxima: quādo hoc ſublimioris intelligentiæ & diuinitatis opus ſit, non matricis, ſignatæue alterius partis: quemadmodum nec cordis, vt alij parum ſcitè ſcripſerunt: Sicuti in plantis, cum ſementiferis, tum infelicibus: Ex putri ortis: necnon ex oui fabrica, certò videre eſt: & quiſque non obtuſi ingenij clarè colligere poteſt.

Præterea ſi matris anima fœtum animat, vt animet oportet, vt huius materia cum fętus alia fiat vna cōtinua, vt in planta dum augetur: quia materialis anima à materia, à corpore, cuius eſt anima nec per latum capillum recedere poteſt, quia illius forma. Quo modo igitur in materiam generandarum membranarum, in ſemen, in vteri vacuum ingrediatur vteri materialis anima informans, mente concipi nequit: niſi quatenus materia ſemen parti aſſimilatum, priuſquàm in partem trāſeat, & inſtauret, animatur: quo modo nos noſtro de ſemine à toto ſubtiliter ſcripſimus, quòd (Gallego non placuit, à quo tamen nihil ad rem, niſi ſatis craſſa Minerua) cū Archiatro non facit: Quoniam tunc animatum ſibi ſemen matricis anima animatum, matrix eſt, non leo, canis.

Ad hæc præterquàm quòd materialis anima, à ſuo ſubiecto recedere nequit, inter ſemen & matricem datur vacuum, hoc eſt aer, & quum animæ non ſit recedere, nec de ſubiecto in ſubiectum tranſire: ad ſemen animandum tranſire nō poſſet, niſi vacuum ingrediatur: & niſi in ingrediendi actu ſit anima materialis abſque materia, quod repugnat: niſique detur penetratio corporum: niſique præterea prius medium aerem informet: deindeque tandem archiatrio arbitratu matricis forma & anima ſemen animet, & fiet matrix nō canis.

Nimis leue dictu eſt, matricis animam animalis fabricam aggredi poſſe, nedum continuare, vt Gallego ait, ad fętus vſque intima ex cōmunicata matrici facultate, quæ ſupra ſomnia oſtendimus.

Leuius præterea, quod ex Vaſſio addit, matris animam ea præſtare medijs vijs per quas fętus ſanguinem, & ſpiritus recipit: Et ita Archiatro matris anima à ma-

Digitized by Google

matrice ad fętum per venas & arterias tranſit, vagatur, ſpatiatur. Bella hæc profectò.

Sed ſi formatrix facultas prius Archiatro membra & inſtrumenta, abſque anima, & ante animæ ingreſſum, fabricauit: vt quid poſtmodum, illis factis, & perfectis, matris anima hinc inde vagatur, & ſuam actionem vſque ad fœtus intima continuat archiatria ex doctrina?

Leuiſſimum adhuc ſe ſe promit. Si matris anima Gallego, fœtus membranas & ſecundinas fecit: ergo animauit: Ergo matris & matricis anima fœtui proximior ad fœtum ſpatiabitur, & ita comiter vtraque anima materialis è proprio in alienum ſubiectum per media & vacua ibunt, & redibunt ſingulæ, binæ & ternæ: quoniam & fœtus poſtmodum anima alia numero ad ſecundinas, & matricem & matres (vt illæ ad ipſum) ſpatiabitur: quid impedit tali ex archiatria doctrina, ſi matris anima ad fętus intima vagetur, quin fętus anima ad matris intima ſpatietur? ſic fortaſſe Malachenſibus. Sed vrgentem probationem audiamus.

Gall. tac. 3. „ Quapropter ij, qui negant animam matris poſſe influere ad generationem ſui fętus, &c.

Pariſan. cont. 3. Immo nos attentè hæcce conſiderantes, & Naturæ opera admirantes hæcce tua adulterina Naturę ſapientiam & diuinitatem celantia ad Lydium Lapidem duximus, non negantes torpedinem medijs emiſſis, & tranſmiſſis per funem & rete frigidiſſimis & venenoſis vaporibus manibus torporem inferre, Herculeumque lapidem ferrum trahere, & alia Vulgo nota, quòd Ambra paleam trahat, &c. Mirabiles hi non viuentium effectus: mirabilis lędentis viuentis illius effectus & affectus impreſſus; ſed nihil ad rem non viuentium rerum proprietates à pura materiali materia: nihil ad intellectus, (melius, qui hominis intellectus nec mente attingit, tantum abeſt præſtare poſſe) quinimo ad Diuinæ Intelligentiæ opera. Quæ ſi humanus intellectus, quid ſcilicet: quando: quo modo: vbi: & ex quo fiant non capit, vnde tot Sapientum vanitates; quo modo Deus Optime, matrix hominis corpus fabricauit, quod, nec hactenus, iamnunc Anatomici omnes nouerunt? Quo nam pacto Deus pluſquam Optime, vile & ineptum membrum, matrix, corporis cloaca, nulla prædita actione, & cui tantummodo conceſſus eſt vſus continendi, fouendi, alendi, & ſeruiēdi, vt vili ſeruæ, diuina eiuſmodi autoritas tribuitur? Quo modo & qua cimbala è proprio matricis corpore anima in aliud per aerem in ſemen, in ſeminis prius membranas, ac inde in fœtum tranabit? At publica ex fide tranſitus detur, quî matricis anima, maris pudenda & patris ijs ſimilia, oculos, naſum, cicatrices, defectus tot ſupradictos procreabit? Archiatri Gallego docere erit, dummodo phantaſticis torpidos nos non reddat.

Nam vt rectè aſſerit Pater Hurtadus de Mendozza, &c. „ Gall. „ tact. 4.

Pariſan. cont. 4. Non rectè cum Patre Hurtado de Mendozza aſſeris, vt matris anima intimas in fętus partes influere poſſit, externam ſuperficiem quocunque modo tangat, ſatis eſſe: quoniam ſecundinas, etiam cutim, quinimo carnoſam membranam tangens, nullo modo peritoneo in abdomine: pleuræ nullo pacto in pectore partibus conducit: tantum abeſt perficere, animareque poſſit. Vt hæc veſtra omnia pura ad Epheſios ſint verba. Addo quòd animæ non ſit influere, quod fingitis.

Nam vt interiores ſanguinis menſtrui partes à ſemine, &c. „ Gall. „ tact. 5.

Pariſan. cont. 5. Iam ſæpius tibi dixi, quòd ex libro nauigas ſemper: Vtinam ſaltem ex peritiſſimi nautæ Galeni libro, qui docet, & cū eo tota Medica Schola, omnia animalis ſpermatica membra & inſtrumenta ex ſemine fieri, & ſemen ex ſemine principio nutriri, mox ex ſanguine in ſemen ab ipſo conuerſo: Quare perperam cum illis exiſtimas, ſolum ſeminis cum ſanguine contactum ſufficere, ac ſolum penes ſuperficiem coniungantur. Quod malè ventriculi exēplo ſignas, qui cibum ſuo, & proximorum focorum calore concoquit, atque in chylum vertit; vt ſuo calore ipſum in ſanguinē poſtea hepar; vt ceteræ deinde corporis par-

Digitized by Google

partes ſpermaticæ in ſemen ſibi alimentum. Et bene ſic omnia habent; Sed tu ab alimenti ortu, ad animalis generationem æquiuocando tranſis, & tota via aberras.

Gall. tac.6. „ Quapropter hebetis erit intellectus dubitare, vtrum &c.

Pariſan. cont.6. Eapropter hebetis ingenij per ſimplicem contactum procreari (non dico alimentum) animal, tantum abeſt abſque contactu,& per matricis fictum influxum, vt Gallego aſſerit,quod extrinſecus in arte factis contingit, à pictore,ſculptore ſtatuam conſtituente, non animal: quod ab intrinſeca ſui eſſentiali parte, anima ſcilicet, principiò orditur, & dein perficitur ſimul & ſemel intrinſecus,& ceteras etiã externas ſpermaticas ſecundum partes omnes: dein carneas quod attinet,in bona philoſophia, & ſano intellectu.

Gall. tac.7. „ Nam illud eſt aliquod agens operari in aliquod corpus per aliquod medium, &cæt.

Pariſan. cont.7. Non propterea inficiamur corpus aliquod per aliud operari, melius cooperari, & alterius actionem adiuuare, vt exempli gratia,in chyli generatione. Sed hîc non eſt nobis ſermo de propria cuiuſque membri operatione; ſed de animalis procreatione: non de alimento & ſpiritu; ſed de diuina animalis fabrica, à ſui propria Natura, anima, quæ in hoc ſignato ſemine: in hac cœnoſa materia, in ex putri ortis reſidet;quo loci (& litem dirimit) Archiater ad vterum,& ſecundinas,& huiuſmodi tergiuerſationes & fictas nugas confugere non datur. Et ita accidentia non generant: non dantur tot formarum interitus,vt fabulantur ex Ariſtotelis & ſequacium libris nauigantes: Nec externa fœtus fabrica extrinſecus, & ab anima initiatur, & ad intimas continuatur, quod Gallego aſſerit; ſed ſimul ſpermaticæ omnes primò procreantur, mox carneæ partes ex ſanguine affunduntur ex vera Schola.

Gall. tac.8. „ Ad id autem,quod de ſimplicitate compoſitionis vterinæ obijciebat, &c.

Pariſan. cont.8. Vt non temerè de vteri totius ineptæ cloacæ fabricæ (à ficto opere) maximè præſtantiæ & dignitatis ad diuinum præſtandum munus compoſitio requiritur, vt cordis,oculi,audituſque minoris conſiderationis,mirandę compoſitiones viſuntur, & oſtenduntur. Ita parum doctè ab Archiatro reſpõdetur, ad Supremum Artificem, neſcientium Aſylum confugiendo. Proinde vili membro & inſtrumento, totius cloacæ & excrementorum receptaculo meritò inſeruire ſolummodo,ſemen attrahere, continere, fouere, atque ad ſtatum tempus alere ſtatuitur: non mirabilia inſtrumenta progignere, eaque ad tales mirabiles actiones & opera inſtituere,quę Naturæ ſunt, vt eiuſdem Naturæ poſt in eodem animali proſequi,& pręſtare videmus & experimur: ſicuti ſupra de Aranei inſtinctu & operibus dicebamus:quorum admirari dumtaxat poſſumus, non vlteriùs ſpeculari valemus, etſi animalis opportuna inſtrumenta, perfectum opus, & illud donec Araneus orditur, texit, & abſoluit, obſeruemus. In vtero autem craſſa omnia, quoniam ſapiens Natura ad ſic ſibi inſeruiendum parauit, prout opus habuit, dum inibi in ſemine reſidet (vt cœnoſa in materia abſque matre, matrice, ſecundinis, &c.) animat, & fabricam ſibi fabricat, qua mirabilia,& ſibi propria præſtare poſſit.

Videmus enim mediante carne hepatis, quæ &c. „ *Gall. tact.9.*

Sequela nimis longè petita,& parum, ac minimè ad rem. Hepatis caro non quatenus ſimilaris eſt, quatuor diſſimilaria corpora, ſeu humores generat Gallego; ſed quatenus chylus quatuor in ſe cõtinet humores ex iocinoris temperamento, & vlteriori coctione, quatuor ipſi conſtituuntur,& emergunt, vt Galenus docet, & docti norunt; Vt non inde etiam ſubducendum vterum plura poſſe generare præter molam, cuius eſt opus. Eo minus ad rem ex cerebro, quia alia & varia iudicia præſtantur: ergo ſic ab vtero talia Archiatri commenta. Fatemur profectò pro cerebri temperie alia & varia iudicia; & ſubtiles & craſſæ rationes: acutæ & hebetes ſpeculationes; ſed quid inde? An hiſce exemplis vterus,& matris *Pariſan. cont.9.* *S.Luc.9.*

Digitized by Google

anima tibi mirabilem animalis fabricam, cerebrum, cor, hepar, oculum, teſtes,&c. procreabit? Concedo parum perſpicacis cerebri chimeram.

Gall. „ tac.10.„ Ad vltimam verò rationem Carerij reſpondemus,&c.

Pariſan. cont.10. Caietani reſponſio in communi via, ſiue ex communi ſententia Ariſtotelis & ſequacium non improbatur; ſed inde ab Archiatro deducta illatio etiam in communi via & ſententia,nedum in noſtra ſemita,& opinione,vt vteri opus, Mola ſcilicet mouetur,& vteri proprium genitum opus Archiatrum mouet noſtra non abſque admiratione. Vt ſcilicet maris ſemen potiſſima ſit materiæ pars ad recipiẽdam cum promptitudine vitam: reliquum totum opus fœminæ relinquat: recipere ſcilicet totam generationis materiam, & ſubſtantiali influxu ipſam miſcere, vnire, & ad conſtitutos fines Archiatri extendere. Quæ ex dictis ruunt & præcipitant omnia. Præterquàm quòd,vt toties diximus propriæ (ſeu propriarum vnitarum animarum,vt muli, ginni) animæ, indiuidui nimirũ ſunt munera, quemadmodum in ex putri oriundis Archiatre, in quibus abſque nenijs iſtis, nec fingendis, Anima ſibi diuinum opus, domicilium & fabricam fabricat. Hîc gradum ſiſtat Archiater, & terga vertat ſi poteſt.

Gall. „ tac.11.„ Nam quemadmodum terra omnium Solis influentiarum eſt receptaculum, &c.

Pariſan. cont.11. Terram Solis influentium eſto receptaculum: ideoque variarum rerum matrix ſit, non mater: quia non generat; ſed genita & prius animata ſemina, vt dilucidè oſtendimus,ceu matrix continet, fouet, & nutrit, ſicuti fœminæ vterus. Et ita non tantum,quæ actu ſiunt; ſed quæ ſic etiam recipiuntur,vt actualem materiam, ſic intrinſecam (nota) eſſentialem efficientem cauſam requirunt primò ad eſſe & exiſtere conſtitui,quæ compoſiti eſt anima:mox conſeruantem matricem.

Gall. „ tac.12.„ Quemadmodum enim Sapientiſſimus ac iuſtiſſimus ſupremus Artifex, &c.

O profunda ſpeculatio, quòd Dei Iuſtitia ouibus,& muribus,&c. pro fętus geſtationis,laboris,nutritionis, &c. præmio conceſſerit,vt ipſæ fœminæ, inquam, ſolæ ſuo arbitratu generẽt & animent: quibus ex Gallego honor & gloria. Maximũ Archiatri ſanè argumentũ eſt,& eo maius ex demonſtratiuo addito ſigno: quia matres magis illos amant,quã patres: Et vlteriùs maius,quia Platonis & Ariſtotelis autoritate fulcitur,quoniam ſuum opus: & quia quod non minus vrget, vt Poetæ (inquit) ſua carmina vehementer diligunt: ò quam belle. Propterea,claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Ad diſſidia inter Gallego,Paſſium,Fienum,& P.Hurtadum in fine huius capitis de feminum virtutibus: quia leuia,friuola, minima ſunt, non eſt reſpondere.

Quod cuiuſcunque rei generatio, nutritio, & corruptio ſenſim, & per quaſdam medias formas fiant; & quod perfectorum animalium generatio fiat ſolum mediante anima vegetatiua. Gallego. Gallego lib.2.c.21.pag.153.

QVoniam nõ poſſumus explicare modum, quo anima fœminæ mediante vtero procedat in toto diſcurſu generationis,niſi prius veriſſimam, omninoque neceſſariam eſſe probemus doctrinam quandam ab Hippocrate, Ariſtotele,Galeno, & ab alijs quamplurimis doctiſſimis Medicis, ac Philoſophis prius confirmatam: nempe generationes, & corruptiones rerum naturalium ſenſim,& per medias formas fieri, ſiue ſint vitales, ſiue non vitales, neceſſarium eſt vt idem iterum comprobemus. Quod quidem noua indiget probatione, quia ſunt aliqui neoterici, quibus videtur omnino falſum, ac Ouidianum eſſe, dicere in generatione animalium perfectorũ ad perfectiſſimam deuenire materiam generationis formam præcedentibus alijs minus perfectis animabus.

In primis igitur, quod quotieſcunque natura ex re omnino inanimata facere tentat rem animatam, & ex re imperfectè animata ad perfectiorem vitæ gradum tranſire vult, vtatur lenta quadam feſtinatione, ac ferè inſenſibili mutatione, explicat elegantiſſimè ſapientiſſimus, *Natura proceſſus in generatione.*

ac

Digitized by Google

ac totius naturæ operũ vigilãtiſsimus inuentor Ariſt. Nam 8. de hiſt. an. cap. 1. inquit: adeo de inanimatis paulatim, ſẽſimque ad animata natura trãſijt, vt cõtinuatione ipſa lateat eorũ confiniũ, & mediũ vtriuſnam ſit extremi, &c. Et 4. de par. c. 5. natura enim, inquit, continuè ab inanimatis ad animalia tranſiit per ea, quæ viuunt quidem, ſed non ſunt animalia: ita, vt parum admodum differre alterum ab altero videatur, propter ſuam propinquitatem, &c. Galenus etiam hanc Ariſtotelis doctrinam, tanquam veriſſimam laudat 4. de vſu par. cap. 17. & eandem explicat lib. 2. de ſem. cap. 5. Ariſtoteles igitur in primo loco agit de latente, ac nobis occultiſſimo modo, quo mixtum inanimatum recipit primum, ac communiſſimum vitæ gradũ: vegetatiuum ſcilicet, vt cum ex terra reliquis elementis admixta efficitur planta: & aduertit quoque ea, quæ hunc ſolum vitæ gradum receperunt, tantam ſeruare ſimilitudinem cum ijs, quæ antea erant, vt ab eis parum recedere videantur: mediam enim naturam ſeruare videntur inter ea, quæ verè viuunt, & inter ea, quæ non viuunt: adeo, vt difficile ſit iudicare, cuius extremi naturam obtineant. Nam, qui plantæ inſenſibilitatem conſiderauerit, ipſam nõ viuere iudicabit, qui vero animaduerterit illius intrinſecam virtutem nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam, &c. eiuſdem plantæ, eam eſſe viuentem negare non audet.

Modus quo mixtum inanimatũ recipit primum vitæ gradum.

1 * In 2. verò loco docet Ariſtoteles, eundem ſeruare modum animalia, cum fiunt ex non viuentibus, aut ex viuentibus, quę nondum ſunt animalia. Nam in toto genere animalium aliqua inueniuntur, tantam affinitatem cum vtroque extremo habentia, vt difficulter iudicet ſenſus, cuius extremi naturam obtineãt. Difficile namque diſcernitur, an concha lapidi affixa, ſit animal, an lapis, & an ſpongia, vel vrtica marina ſit animal, an herba. Et ſic dicendum eſt de omni tranſitu de reliquis imperfectioribus vitæ gradibus ad magis perfectos, vſque ad eum, qui propter excellentiſſimam perfectionem includit in ſua natura ſupremum creaturæ corruptibilis gradum vitæ, & infimum incorruptibilium creaturarum.

Modus quem ſeruant animalia cũ fiunt.

Cæterum potiſſimè intelligitur iſte modus adipiſcẽdi perfectam vitam, incipiendo ab imperfectiori in cuiuſcunque perfecti animalis generatione. Eſt enim inuiolabilis naturæ lex, vt in quacunque generatione incipiat ab eo, quod imperfectius eſt, ac veluti fundamentum generãdæ naturæ, vt ab eo, ad id, quod eſt perfectius inſenſibiliter tranſeat. Nam generatio eſt mutatio de imperfecto ad perfectius per conuenientes medias formas, tanquã per quoſdam gradus aſcendendi ad vltimam perfectionem. Tranſit enim id, quod generatur ex non eſſe ad eſſe per iſtos veluti gradus.

Generatio quid ſit.

* Adeo verò eſt manifeſta iſta naturæ 2
lex, quam inuiolabiliter ſeruat in ſuis trãſmutationibus, gradiendi ſcilicet per medias formas ad finem, ad quam pergit, vt ſola experientia ſufficiat ad illius comprobationem. In primis enim id obſeruamus in corruptionibus. Nam quamuis omnia viuentia cum corrumpuntur, immediatè incidat in communiſſimam eam mediam formam, quæ dicitur forma cadaueris: poſtea tamen vnumquodque tendit vſque ad elemẽta, per particulares quaſdam medias formas.

Natura lex quã inuiolabilis in trãſmutationibus.

* Deinde idem manifeſtius multo ap- 3
paret in materia nutritionis. Nam, vt ex pane fiat caro, multæ fiunt corruptiones, & generationes. Corrumpitur enim forma panis, & acquiritur forma chyli, & poſtea hic corrumpitur, & naſcitur forma maſſæ ſanguinariæ, & deinde roris, glutinis, ac tandem acquirit materia illa formã perfectam, ad cuius acquiſitionem, tanquam ad perfectiſſimum finem per illas medias formas, tanquam per quoſdã gradus tendebat ipſa natura.

* Cum hoc igitur veriſſimum ſit in nu- 4
tritionis materia, non eſt, quod mirentur neoterici, quod Ariſtoteles, Angelicus Doctor, & alij doctiſſimi homines dicant, materiam generationis perfectorum animalium peruenire ad perfectiſſimum vitæ gradum, per medios alios imperfectiores
vitæ gradus. * In primis igitur, quod ma- 5
te-

Digitized by Google

Materia generationis p varias mutatur formas. teria generationis per varias etiam mutetur medias formas, probant omnia ea argumenta, quibus confirmauimus varias debere recipere materiam illas diſpoſitiones, ac tranſmutationes ab agente generationis ante animæ principalis introductionem. In eo enim temporis ſpatio impoſſibile eſt, vt materia illa ſub eadem forma ſubſtantiali maneat. Quod quidem verum eſſe ipſa demonſtrat experientia, vt in aborſibus apparere probabimus.

6 * Quod autem materia generationis recepta in vtero moueatur ab eiuſdem vteri facultate ante conſequutionem vltimi finis per medias quaſdam formas, conſtat ex vniuerſaliſſima naturæ proprietate, quã ſeruare in corruptione, nutritione, & generatione diximus: quod verò media forma, quam prius acquirit dicta generationis materia vteri beneficio, ſit quędam media forma ex genere vegetabilium animarum, licet non demonſtratiue, probabiliter tamen confirmare poſſumus.

7 *Generationis munus totale pertinet ad gradũ vegetatiuũ. Vegetatiua anima opus principaliſſimum.* * In primis igitur ſupponere oportet totum munus generationis: totam ſcilicet materiæ diſpoſitionem, qualitatiuam, & extenſiuam, & animæ eductionem, ſolius gradus vegetatiui eſſe opus. Quod quidẽ omnes Philoſophi, ac Medici verum eſſe dicunt cum Ariſtot. 2. de anima, c. 4. Ibi enim inquit Ariſt. principaliſſimum opus animæ vegetatiuæ eſſe ſibi ſimile generare, finemque eiuſdem animæ eſſe generationem talem, quale eſt id, quod ipſam habet. Cum igitur hoc ita ſit, & cum neceſſarium etiam ſit, quod materia, quæ eſt ex ſua natura omnino inanimata, ſtatim à cõceptione exercere debeat actiones procedentes ab anima vegetatiua: neceſſariũ etiam eſt, vt agens generationis, quod eſt anima fœminæ mediante facultate, & calore vteri, ſtatim à conceptione in materiã illam inducat mediam aliquam formam, quæ ſit ex genere animarum vegetabiliũ, quæque ſit inſtrumentum eiuſdem agentis ad conſequutionem ſui finis accommodatiſſimum.

8 * Nam cũ in ſemine nullam concedamus facultatem attrahendi ſanguinem ex venis maternis, neque aliquam facultatem commutandi; neceſſariũ eſt illico illam materiam informari aliquo animæ genere, quæ tales habeat facultates. Ad quam quidem animam recipiendã perfectiſſimam habet aptitudinem illa generationis materia: ad animam verò principalem non, vt dictum eſt, quouſque mediante iſta imperfecta anima agens generationis conuenientẽ ad ipſam faciat materiæ præparationem. * Quod verò materia illa ſtatim atque concipitur informetur anima vegetatiua, expreſſis verbis docuit Galenus 3. de facultatibus naturalibus, c. 3. dicens: quod antea erat ſemen, cũ primum gignit, & format animal, fit natura. Vbi nomine naturæ ſolum intelligit animam vegetatiuam cum Stoicis. Quam doctrinam plurimis aliis in locis probat, vt diximus cap. de facultate formatrici, ex ſententia Gal. ibi enim diximus, aſſeruiſſe Galen. lib. de fœtus formatione, fętum diſpenſari plantæ modo vſque ad expreſsã formationem. Quod eſt dicere, fœtum viuere, vt planta, quouſque tria principia ſint formata: cum conſtet ipſum viuere, & non viuere anima principali. In eodem enim cap. dixit Gal. fœtum diſpenſari, ſeu viuere, vt planta, quo vſque finita ſit diſtributio venarũ hepatis per vniuerſum corpus, quo etiam tempore finitur conformatio cordis, & cerebri. Quod etiam docuit lib. 1. de ſemine, cap. 9. vbi aſſerit toto eo tempore, quo materia generationis appellatur ab admirabili Hipp. genitura, diſpenſari fętum à principio vegetabili, vt plãta. 9

Gradus vegetatiuus omnibus viuentibus cõmunis. Idem etiam colligitur eſſe verum, quia iſte vitę gradus eſt communiſſimus omnibus viuentibus, & ideo eſt veluti materialis reſpectu aliorum duorum vitę graduũ. * Vnde non mirum eſt, ſi in generatione perfectorũ animalium ab eo incipiat natura, vt perfecta ad principalem formam fiat materiæ præparatio. 10 Incipit enim natura, vt dicebamus, ab imperfectiore ſtatu, non ſolum in ſpecie, ſed in vniuſcuiuſque indiuidui generatione. Quod quidem primus omnium docuit Hipp. cuius teſtimonium æquiualet demonſtrationi: lib. enim de alimento, inquit: fiunt animalia, quæ non ſunt animalia, fiunt, quæ ſunt. *Hippocr. locus explicatur.* Quam ſententiam Galen. in comm. intelligit

ligit de fœtus generatione. Nam animalia fiunt ex ſemine, & ſanguine, quæ nulla ratione viuunt, ſed cum illa materia prius recipiat imperfectiſſimum vitæ gradum, poſteaque ad perfectiſſimũ deueniat, inquit, fiunt animalia, & partes ea, quæ ſunt ſemianimalia. Quod poſtea magis declarat, cum inquit, non eſt, & eſt. Quibus verbis ſignificare vult, fœtum non eſſe animal, quando nondum eſt formatus, eſſe tamen aliquid viuens, quia iam factus eſt embrio, ſolumque diſpenſatur, vt planta. Falsũ enim eſt dicta verba de octimeſtribus eſſe intelligenda, vt volebat Glaucias. Nam libro de natura pueri, viuẽtem iam genituram, inarticulatam tamen, futurum animal appellat. Inquit enim ſanguinem deſcendentem ex matre alimẽtum eſſe futuro animali: Credidit enim genituram inarticulatam eſſe animatam, cum dicat ali, & non eſſe animal, cum ipſam appellet futurum animal.

Glaucias non capit prædictũ Hipp. locum.

11 * Quod autem iſte vegetatiuus gradus in via generationis prius acquiratur, vt diſponat materiam ad ſenſitiuum, docuit Ariſtoteles 2. de anima. quem locum intellexit, cum 2. de generat. animal. cap. 3. inquit: ergo animam in ijs habere vegetalẽ palam eſt. Sed quamobrem eam primum haberi neceſſe ſit, ex ijs, quæ alibi de anima diſſeruimus, apertum eſt, &c. In quo loco priùs tempore fętum viuere vita plantæ, quàm vita ſenſitiua expreſſis verbis docuit, eiuſque rei cauſam à ſe oſtenſam eſſe in libris de anima.

Vegetatiuum in via generationis prius eſt ſenſitiuo.

12 * Sed apertiùs multo affirmat fœtum prius tempore viuere vita plantæ, quam vita ſenſitiua lib. 5. de gen. animal. cap. 1. Ibi enim inquirit, an ea quies, quam habet conceptus toto eo tempore, quo viuit vita plantæ, appellanda ſit ſomnus; & aſſerit quietem illam non eſſe appellandam ſomnum, ſed ſimilem ſomno. Nam quemadmodum quies plantarum non dicitur ſomnus, quia nullus ſomnus eſt expergiſcibilis: ſic neque quies conceptuum eo tempore, quo viuit ſine ſenſu. Nam tunc, vt inquit, conceptus ſit animal cum ei aduenit ſenſus, qui antea erat embrio, qui eſt veluti planta. Ex dictis igitur conſtat, hominem, verbi gratia, ſecundum Ariſtotelis opinionem, prius tempore viuere ſola vita vegetatiua, & non ſolum prioritate actionis, vt aliqui dicunt, idque neceſſariũ eſſe, vt materia illa propriis, ac vitalibus actionibus diſponatur ad receptionẽ principalis animæ. Nam toto eo tempore, inquit, materiam illam viuere vita plantæ, quo durat accidentalis conformatio. Et ſolum videtur hoc vitæ initium definiiſſe lib. de morte, & vita. cum inquit: Generatio viuentis eſt prima participatio animæ nutritiuæ in calido naturali.

Fœtus prius tẽpore viuit vita plantæ quã anima ſenſitiua.

13 * Eandem doctrinam, tanquam veriſſimam, plurimis in locis adducit Angelicus Doctor, vt 1. parte, quæſtione 118. artic. 2. ad 2. & quæſtione vnica de animal. art. 11. dicens: Et ideo aliter dicendũ eſt, quod generatio animalis non eſt tantùm vna generatio ſimplex, ſed ſuccedunt ſibi inuicem multæ generationes, & corruptiones, ſicut dicitur, quod primò habet formam ſeminis, & ſecundò formam ſanguinis, & ſic deinceps, quouſque perficiatur generatio. Et ideo cũ corruptio, & generatio non ſint ſine abiectione, & additione formæ, oportet, quod forma imperfecta, quæ prius inerat, abiiciatur, & perfectior inducatur, & hoc quo vſque conceptus habeat formam perfectam. Et ideo dicitur, quòd anima vegetabilis prius eſt in ſemine, ſed illa abiicitur in proceſſu generationis, & ſuccedit alia, quæ non ſolùm eſt vegetabilis, ſed & ſenſibilis, &c.

Modus transmutandi quẽ ſeruat natura iuxta D. Th.

Quibus verbis non ſolum recenſet varias tranſmutationes materiæ generationis, quæ ſenſibus percipiuntur, ſed etiam eas, quas ſola ratio aſſequitur, docetque modum tranſmutandi, quem ſeruat natura.

14 * Pater Suarez eandem ſequitur ſententiam. Nam diſputans de vnitate formæ ſubſtantialis in vnoquoque compoſito diſputatione decimaquinta, ſect. decima, quamuis probet vnam formam ſubſtantialem non poſſe eſſe diſpoſitionem proximam, & permanentem alterius: concedit tamen poſſe eſſe diſpoſitionem remotam, ac tranſeuntem, vt forma ſanguinis eſt diſpoſitio, ac quaſi via ad formam carnis,

P. Suarez ſequitur hic Angelicum Doctorem.

carnis,& forma embrionis ad formam hominis. Et ſecundo de anima, cap. octauo, amplectitur ſententiam Ariſtotelis,& Diui Thomæ, & has imperfectas formas aſſerit eſſe, quaſi vias ad alterius perfectio-
15 ris introductionē. * Quo tempore inquit, viuentia illa non eſſe ſimpliciter viuentia, ſed quaſi partialia viuentia, & ridiculum eſſe quærere, an talia viuentia dicantur planta, an brutum.

16 Petrus Martines etiam defendit dictam Ariſtotelis opinionem ſecundo de anim: comment. primo & citat Ariſtotelem primo ethicor. capite 13. & Diuum Aug. tomo tertio, lib. de ſpiritu, & anima, capit. 9. vbi de fœtu ſic loquitur: humanum corpus ſine anima rationali, nec viuere, nec naſci poteſt: vegetatur tamen, & mouetur, & humanam formā in vtero recipit, priuſquam animam rationalem recipiat, &c. Qui locus ad præſentem diſputationem, & ad eam, quæ in ſuperiori capite pertractauimus, vtilis eſt.

Eandem opinionē defendit Petrus Martines.

17 * Ex Medicis quamplurimi etiam ſunt, qui in hac re Ariſtot. & noſtrum ſequuntur Galenum, vt meus Doctiſſimus magiſter Segarra, & alij: ſolius tamen Cōciliatoris ſententiam afferre volumus, quia ad rei explicationem maximè conducere videtur. Diff. igitur 48. inquit, fœtus materiam non illico, ac peruenit ad vterum, aptam eſſe ad receptionem formæ. Nam vt ex Platone probat, forma non imprimitur, niſi ſecundùm diſpoſitionem, & meritum materiæ, ipſamque diſponere naturā latenter aſſerit, tendēdo ſcilicet paulatim ex imperfectis in finem perfectiſſimum. Et cum naturæ ſapientia, vt aſſerit, ſit infinita, exiſtimare oportet eam viam eſſe per-
18 fectiorem, & breuiorem. * Nam, & in rebus corporalibus eundem ſeruare naturā ordinem experimur. Videmus enim ad primam ætatem debiles, & facile mutabiles generare dentes, quia tenera ætas fortiores non tolerat. Deinde verò cum vegetior ætas, & alimentorum durities fortiores expoſtulat, primos abiicit, & fortiores producit. In qua quidem abiectione veterum, & nouorum reproductione minimè grauatur natura: imò viam illam, tanquam breuiorem, & vtiliorem ipſi naturæ rei elegit. Quapropter non mirum eſt, ſi cum naturali ordine materiam generationis diſponendo pergit principale agens generationis, tranſeat ex ſtatu non viuenti ad perfectiſſimam vitam per mediū quendam, ac vegetabilem vitæ gradum, cuius ope neceſſariò indiget, vt ipſam diſponat materiam ad receptionem perfectiſſimi finis. Nam ſine iſto vegetatiuo gratiuo gradu impoſſibile eſt, vt debita fiat formatio, ab anima fœminæ, tanquam à principali agente, vt dictum eſt, & poſtea dicturi ſumus.

Quomodo procedat natura in prima vita fœtus, ex Conciliatore.

Dentium generationis ordo.

* Et ridiculum nos cum Conciliatore
eſſe aſſerimus, quod aliqui ſatis impruden- 19
ter dicunt, conceptum ſcilicet languidum potius, ac debiliorē reddi tot interitibus, ac tranſmutationibus, quàm perfectiorē, ac fortiorem fieri. Nam cum tendentia illa naturæ ſit in proſequutionem perfectiſſimi finis, abſurdum eſt nominare mutationem eam formæ embrionis factam ab agente generationis ad perfectiorem acquirendam formam, interitum. Nā ſi propriè loquendum ſit, nomen mortis ſimpliciter dictum, non declarat illius embrionicæ formæ corruptionē, ſed ſolam deſitionem, vel ſeparationem principalis formæ, propter quam diſſoluitur totū viuens ſimpliciter dictum: Reliquarum enim mediarum formarum acquiſitiones, aut corruptiones nomine cruditatis, aut coctionis, exprimuntur ab Ariſtotele, & Galeno, vt diximus. Tum præterea vnūquodque viuens ſolum debilitatur à cauſis corrumpentibus illius diſpoſitiones naturales: quemadmodum vegetior redditur à cauſis eaſdem augentibus. Vnde quia corruptio formæ embrionicæ facta ab artefice generationis eſt diſpoſitio ad perfectioris acquiſitionem: propterea fit, vt eius corruptione non debilitetur illud ſubiectum, ſed potius perfectiorem ſtatum acquirat.

Ridiculi nonnulli aſſerentes fœtū reddi lāguidum, & debilem ex tranſmutationib. & interitibus.

Viuentis debilitatio vnde oritur.

* Quod quidem patentius obſeruamus 20
in nutritionis materia. Nam ſuppoſito, quod panis, verbi gratia, materia diſponitur ab agente, vt informetur anima rationali, non dicemus materiam illam imperfectiorem fieri, cum depoſita forma panis acqui-

Materia nutritionis & generationis comparātur.

acquiſiuit formam chili, & cum amiſſa forma chili, ſanguinis formam fuit adepta, & ſic de cæteris, ſed potius in dies perfectiorem euadere, quouſque anima rationali informetur. Sic quoque contingit materiæ generationis, cum ab anima fœminæ mediante vteri facultate ſenſim mutatur ex non viuenti ad formam embrionicam, & propter huius amiſſionẽ ad perfectam deuenit animam: ad ſubſtantialem ſimpliciter dictum actum ipſi materię debitum propter tales diſpoſitiones receptas à principali agente generationis.

Cur materia nutritionis non indigeat, ſicut materia generationis, media forma uiuenti ad animationem.

Explicare tamen oportet, quænam ſit cauſa, quare materia nutritionis non indigeat ad animationem media forma viuenti: materia verò generationis ipſa opus habeat: nam cum ambæ ab eodem termino à quo incipiant moueri, ab inanimato ſcilicet, & ad eundem terminum ad quem tendant, ad receptionem ſcilicet animæ, neceſſarium eſſe videtur, vt per eadem media procedant, vſque ad vltimam diſpoſitionem, qua acquiſita eadem facilitate vtraque animatur. Reſpondemus tamen maximum eſſe diſcrimen rationc mediorum, Nam cum in nutritione debita materiæ extenſio præexiſtat, ſatis eſt, vt materiæ nutritionis vltima diſpoſitio ſit ſimilis qualitas, & ſubſtantiæ modus ei, quam habet pars præexiſtens, vt os, caro, &c. Materia verò generationis aliis indiget mediis, vt diſponatur. Nam cum ipſa nõdum habeat cõuenientem partium extenſionem, & hæc fieri non poſſit ſine ope facultatum gradus vegetatiui: neceſſarium eſt, vt agens principale generationis, ante productionem principalis animæ, inducat in materiam mediam quandam formam, quæ ſit conueniens inſtrumentum eiuſdem agentis, vt impolitam, ac ruſticam materiam diuidat in partes neceſſarias ad vnionem perfectiſſimi actus. Quæ dicta ſufficiant, vt amplius non mirentur nouatores, quod grauiſſimi autores hanc ſequuti fuerint doctrinam: ſed, vt latius eius veritas pateat, diſſoluere oportet aliquas difficultates.

Prædicta Archiatri à Pariſano expenduntur, & vt falſa exploduntur omnia.

CRIBRATIONIS DECIMÆTERTIÆ.

LAPIS LYDIVS.

IN ſecundo verò loco (4. de part. animal. c. 5.) „Gall. „tact. 1.

Pariſan. Doctiſſimus Archiater Gallego de more vt ſupra ex aliorum ore & authoritate pendens, atque vt diximus, aliorum dicta & ſententias colligens ex libro totus, plenis velis ex Indijs, & nouo Mundo in hũc vetus ſeſe contulit. Vtque Archiater Magnus Collector proſpero & ſecundo autoritatum vento omnibus ſpretis ſcopulis ingentibuſque ſaxis, pergit ſuis cum vterinis filijs probandis aliis ſimilibus phantaſticis. Quæ plenis etiam velis aduolantia, quam fœliciter, ventilatione perpendemus, ipſis Ouidianis (ſuis vt verbis vtar) fabuloſiora oſtenſuri.

Pariſan. cont. 1. In hoc ſecundo loco (in primo enim loco Ariſt. 8. de hiſt. anim. cap. primo nihil obicit) Archiater cancrum capit: num verò imprudenter, & dormitando: An verò conſultò, vt Lectorem ſuã in ſentẽtiam ducat, aliorum eſto iudicium. Habet quidem Ariſt. eo loci, 4. de part. animal. c. 5. dicta verba, videlicet, Natura enim continuè ab inanimatis ad animalia tranſit, per ea, quæ viuunt quidem, ſed non ſunt animalia, ita vt parum admodum differre alterum ab altero videatur propter ſuam propinquitatem. Quibus Ariſtoteles Naturæ generationis progreſſum & ordinem narrat, & ab infimo imperfecto, & ignobiliori ad perfecta talia, media dari oportere exponit ad vniuerſi perfectionem, vt verba ſonat, & Sueſſanus vertit ac interpretatur ab imperfecto, à planta ſcilicet ad perfectiorem ſpongiam, quę vt planta nutritur & augetur, & vlterius dum hæret mouetur motu dilatationis & conſtrictionis à ſpongia tranſit ad vertibula (non vrticas marinas, vt Gallego ait, vide Sueſſanum ibidem) ſpõgiis viuaciora, id eſt magis accidentia ad naturam animalium.

Archiater tamen ex Ariſtotelis verbis

infert

infert animalia fieri ex non viuentibus, & ex viuentibus, quæ nondũ ſunt animalia, quũ ex planta, ex ſpõgia ex vertibulis, Gallego vrticis marinis, perfectum animal vnquam fieri auditum ſit, Ouidianis miſſis contrario modo; idque dicendum, inquit, de omni tranſitu de reliquis imperfectioribus vitæ gradibus ad magis perfectos hominis, quod cribrabitur.

Gall. tac. 2. „ Adeo verò eſt manifeſta iſta naturæ lex, „ quam inuiolabiliter ſeruat, &c.

Pariſan. cont. 2. Alium, hîc Gallego falſus, cancrum capit, Lectorem dedita opera vt fallat, ab eſſentialibus corruptionis gradibus ad accidentales viuentis perfectionis mutationes tranſeundo. Etenim varij ſunt quidem trãſmutationis eſſentiales gradus ad interitum: quia corruptiones ex præcipui inſtrumenti, inſiti calidi interitu, ex animę defectu non conſeruantis, non regulantis, omnia ruunt, formæ quæque, propria accidẽtia: Vnde cadauer, mox putredo: mox ad elementa eſſentialis tranſitus ex animę caſu, inquam, & materiæ imperfectione. Aſt non ſic in generatione, ſeu in geniti (propriè loquentes) perfectionum gradibus acquirendis, eadem ſemper agente & perficiente anima, arguere licet: quoniam accidentales perfectionis, & perfectioris mutationes, & gradus ſemper acquiruntur ab ipſa eadem agente perficienteque anima, à fabricæ initio ad perfectũ vſque opus, ac inde diu externas poſt operationes exercente, non recedente, & alia, ac alijs animabus ſubſequentibus, (rationali excepta) vt Archiater, & communiter fabulantur. Quoniam in inſtanti fit animal, non paulatim, & gradatim: quia temporis momento ſemen, aut ex putri, materia, animatur, etſi ſenſim perficiatur quo ad membra, & inſtrumenta: Proinde non bene dicitur, quod ſenſim fit, ſed perficitur: non quo ad eſſe animal; ſed quo ad eſſe perfectum, ad ſuas nempe exercendas operationes, quæ ab anima perfectis medijs, perfectis membris & organis eduntur: quę tempore perficiuntur, ſenſui ſi ſtemus.

Ea propter animal quodcunque illico per animæ ingreſſum in ex propagatione; per egreſſum ſeu è materiæ potentia eductionem in ex putri ortis fit, ſentiens, inquam, non primum vegetale, ſeu vegetali anima præditum, poſt ſentiens accedente ſentienti anima: quæ ſunt otioſorum figmenta: quoniam quòd ſemel purè vegetale, ſemper tale eſt, planta: quoniam vegetalis animæ non eſt producere ſentientem: nec talem aliud vegetans corpus ingredi, fingere eſt: quoniam vt in ex propagatione iam vita præſtita à generantium anima: Ita in ex putri iam orta, eductauè ex cœnoſa materia ab æquiuoco, quod in animatam perfectam iam materiam, non amplius putridam, ſic operari nequit: nec tale animatum aliam ſic vlterius recipere ab equiuoco poteſt.

Non propterea quia ſentire, mouereque nequit tale animans, ſentienti anima, non præditum, aut deſtitutum fore dicendum eſt: quoniam hoc inſtrumentorum ex defectu prouenit: vt proinde illud inferre non liceat: Secus & inferre liceret, rationalem animam, & non in vterum, & poſt annum à matris conceptu à Deo infundi: quod omnino communi ex ſententia damnandum foret vt erroneum: ſed ex partium, & inſtrumentorum, inquam, defectu id prouenit: quæ tempore & in dies perficiuntur, & idonea talia ad munera redduntur ab ea anima; Vt manifeſtè in oſſibus videre eſt: quæ in ſui ortus principio membranæ viſuntur, apparent, inquã, & temporis ſpatio, eſſentiali (quod notandum Archiatro) abſque mutatione, verè oſſa ſunt: vt etiam poſt infantis ortum bregmatis oſſa ſenſatè obſeruabis Gallego. Sicuti etiam in vite, arboreue palmites, & recentes ramuli, ortus initio molles ab aliis veterioribus in omnibus differunt accidentaliter: eſſentialiter eodem modo, quo alij, aliæ plantæ partes, eademque animatæ anima, & tempore veteribus ſimiles prorſus fiunt. An eſſentiali mutatione, corruptione, generationeue? An ſenſata hæc? An ſecus dicere ſenſum negare eſt, & meritò ſenſus pœnas dare?

Deindę idem manifeſtius multo apparet in materia nutritionis, &c. „ *Gall. tac. 3.*

In errore permanens Gallego exemplis etiam hallucinatus, proſequitur: quoniam *Pariſan. cont. 3.*

panis

panis manſus & commeſtus cum vino, iure, aliaue humiditate miſtus chylus euadit, non eſſentiali corruptione, vt nec in ore; accidentali mutatione ad quid perfectius tendens & verſus, ventriculi recepto temperamento: ſic chylus in iocinore vlteriùs cõcoctus, alia recepta perfectiori temperie ad vlteriorem Naturæ finem fit ſanguis accidentalibus mutationibus in perfectius ducentibus: qui in carne carnem inſtaurat & auget. Et ſic vlteriùs adhuc procedẽdo eſſentiali abſque mutatione & corruptione in ſpermaticis partibus ſemen euadit partem nutriendo & augẽdo, atque animæ particeps euadit, eo, quo aliàs modo diximus. Et ita panis, carnis, &c. tot mutationibus non deſtruentibus corrumpentibus; ſed perficientibus accidentalis fit verſio vlla abſque eſſentiali mutatione. Quare vt nullus ſit interitus panis, chyli, ſanguinis; ſed ſolùm mutationes accidentales in melius, & perfectius: mutationes inquam, ad interitum non tendentes; ſed ad perfectionem & vitam: & magis minuſue ſpeciem non variant, vt nec color, nec calor, &c.

Gall. tac. 4. „ Cum hoc igitur veriſſimum ſit in nutritionis materia, &c. „

Pariſan. cont. 4. Eo igitur falſiſſimo conſtituto, non proinde inficiamur nos, quin perfectorum animalium generationis materia perueniat ad perfectiſſimum vitæ gradum medios per alios imperfectiores vitæ gradus, non ſolùm ante, ſed etiam, poſt receptam animam.

Gall. tac. 5. „ In primis igitur quod materia generationis per varias etiam mutetur medias formas, &c. „

Pariſan. cont. 5. Quam ob rem admittimus quidem animalis proximam materiam, ſemen accidentales mutationes recipere, non eſſentiales, & quot, qualeſque Archiater attulit: quas iure, ac meritò confutauimus omnes, & ſub eadem eſſentiali forma, anima manere ſemper conſtituimus etiam abſque proprijs, & veſillibus inſtrumentis, vt etiam declarabitur.

Gall. tac. 6. „ Quod materia generationis recepta in vtero moueatur ab eiuſdem vteri facultate, &c. „

Hæc Archiatri in hoc tactu cuncta vt falſa, quinimo erronea ad vnum omnia ex dictis reprobata, vt ex dicendis ableganda: quoniam nec materia generationis in vtero datur ſpermatica, miſſo ſanguine puro alimento, aut affundendo pro parenchimatibus: quoniam ſemen animatum: quod non ab vtero, nec eius facultate mouetur, nec ante finis conſequutionem, nec poſt: nec per medias à Gallego commentas formas, quas reprobauimus: quoniam in vtero nulla corruptio, eſſentialiſue mutatio, ſed accidentales tantummodo ad perfectum tendentes, & nutritiones: quia ſeminis anima omnia ſibi conſtruit & fabricat Naturæ prouidentia & proprietate, medio quidem vtero, ſed quatenus prius animatum iam corpus in ſe receptum conſeruat, fouet, ac nutrit. Non autem inanime receptum vteri beneficio mediam ex genere vegetabilium animam conſequitur, quod non ſolùm merè phantaſticum; ſed purè ridiculum, Naturæ ordinem & ſapientiam deſtruens, vti ex ſupradictis ſenſatis liquet, & dicendis vlteriùs innoteſcet. *Pariſan. cont. 6.*

In primis igitur ſupponere oportet rotum munus generationis, &c. „ *Gall. tac. 7.* „

Ex ſibi & à ſe fictis ſupponere Archiater, inquit, oportet: & ſi oportet, oportet, quoniam adiſcentem credere oportet. Primùm bellum ſuppoſitum, vt pote omninò falſum damnamus in animalibus, in quibus vt anima ſentienti ſemen & embryo principiò prædita ſunt, ſibi fabricam (per extenſionem intelligit) conficiunt: ſicuti in ex oui fabrica ex primo apparente motu oſtendimus. Deinde ex Chryſalide, aurelia, nympha, quæ tactu mouetur, quæ non nutritur (ex dictis patet) ſit papilio alatum animal. Ex cœnoſa materia ab æquiuoco anima è materiæ potentia educitur, vna, vna inquam: quia ſemel putrida non amplius, eductam poſt animam: Vnde rana, mus, ſentienti anima prædita animalia, quæ nutriuntur *Pariſan. cont. 7.*

triuntur

triuntur & ſibi domicilium fabricant, quà ſentientia, non qua vegetantia: niſi cum Archiatro dicere velis, generans animal vniuocum, & procreans æquiuocum ex putri animam vegetalem progignere ortus initio: vegetalem poſtmodum ſentientem generare, quod maximè ridiculum; vt ſi plantæ ſemen ſua vegetali murem: muris ex putri canem, aut ſicuti Ouidianum, perfectum animal Laurum.

Etenim ſentiens animatum, vt planta, & vegetale animal nutritur & vegetat. Quòd ſi dicas, ſentientis animæ effectus & opera initiò non apparent, id euenit, quia nondum ſibi inſtrumenta fabricauit: non propterea dicendum, ſemen & embryonem ſentienti anima prædita non eſſe: ſecus & de rationali anima id etiam aſſereres in vtero, & poſt in lucem egreſſum, quod erroneum.

Quòd omnes Philoſophi id aſſerant, non admittimus. Nec Ariſtotelis verba id oſtendunt: quoniam vtriuſque animæ vegetalis & ſentientis eſt ſibi ſimilem procreare, & vegetare, nutriri, & augeri. Non animæ fœminæ purum Archiatri commentum; ſed vtriuſque procreantis, vt Medica Schola ſuſtinet, Hippocrates docuit; animas progignentium in ſeminibus miſceri, & non credentes dementes fore, & nos pluribus monſtrauimus.

„ Nam cum in ſemine nullam concedamus facultatem, &c. *Gall. tac.8.*

Ex ſuis falſis ſuppoſitis Gallego à recta magis ſemper recedit: quoniam ſi animæ miſcentur vt Hippocrates docet; quia ſemina miſcentur; quod muli, ginni, & cetera huiuſmodi monſtra ex ſpecierum miſtione manifeſtum reddunt: quia ſemina proinde animata facultatibus prædita, oſtendunt. Quia ſemen ſemine nutritur, & deinceps attrahendi, retinendi, nutriendi, & augendi facultates obtinet & poſſidet. Quod neceſſitas demõſtrat: quoniam ortus initiò, non eſt, quod ſemini animato pro nutritione præſto ſit, niſi ſemen ex coitu præparatum, quo nutriatur; quoniam ex quibus ſimus ex eiſdem nutrimur, proinde ſemen & ſeminea ex ſemine nutriuntur: Igitur medijs ſuis facultatibus. Et quum ſemen alimentũ id paucũ ſit, & quod illud dein ſubminiſtret vlterius non adſit, ſanguine poſtmodum in ſemen à ſe ſe conuerſo (vt ſapienter Galenus) nutrietur. Igitur ſemen vim attrahendi habet ab vteri vacuo primùm, mox venis, ſi Hippocrati & Galeno cũ ratione loquentibus credendũ eſt, miſſis Archiatri de medijs, imperfectiſque commentis. *Pariſan. cont.8.*

„ Quod verò materia illa ſtatim atque cõcipitur informetur anima vegetatiua, &c. *Gall. tact.9.*

Galeni autoritas & ſentẽtia ab Archiatro allata ſibi deſtruit: quoniam ſi quod antea (Galeni verba) erat ſemen, quum primum gignit, & format animal, fit natura: Ergo ſemen gignens, & formans animal (ideſt perficiens) eſt animatum: Igitur habet facultates Gallego. Siquidem gignere & formare, non eſt innanimatæ materiæ munus; ſed animati, & vlteriùs cuiuſdam perfectioris, Archiatre doctiſſime, quod nouit & docuit Sapiens Galenus, quum dixit, ſemen quum primum gignit, & format animal, fit Natura, quod Gallego non intellexit. *Pariſan. cont.9.*

Siquidem per Naturam non intelligit Galenus animam vegetatiuam cum Stoicis; ſed intelligit quid perfectius, ſapientius, quid diuinum, quod Naturam vocamus; Vt quum dicimus Deus, & Natura nihil faciunt fruſtra: non deſunt in neceſſarijs, &c. Quoniam Muris domicilium, Acari fabrica non eſt muris, vermis opus, ſed Naturæ, quia Intelligentiæ, ſapientiæ admirationis opus. Quæ opera homo quãtus vis ſapiens nunquam ad exemplar fingeret; vt Naturam nunquam intelliget; quia Naturæ opera ſilentio prætereunda.

„ Vnde non mirum eſt ſi in generatione, &c. *Gall. tac.10.*

Non certè mirum, Naturam ſic procedere à non eſſe ex putri ad eſſe animal, à ſemine alimento ad animatum ſemen. Sic ſumma neceſſitas cogit. Mirum eſſet ſi ſemen ſentiret & ratiocinaretur abſque inſtrumentis; At vt cœnoſa materia ab æquiuoco diſpoſita anima ſentienti anima abſque vlla corruptione ſui *Pariſan. cont.10.*

ſuiue

ſuiue ſubiecti ad perfectam fabricam peruenit: ita animatum ſemen gradatim vllo ſine interitu, vlla abſque eſſenitali mutatione, ſolis accidentalibus mutationibus perfectioribus ad eamdem peruenit: Et vt plantæ ſemen vegetatione, ſic ſentienti anima præditum ſemen, & ex putri ortum animal vegetatione, nutritione primùm, & ſimpliciter neceſſaria vtuntur fruuntur, etſi non appareat ſentientis actio, vt nec ratiocinantis: quoniam nec opus eſt, nec poſſibilitas adeſt. Non ex parte animę: quoniã vt rationalis ſemper, ſemper perfecta, & eadẽ abſque opere, ſic ſentiens ſine actione inſtrumentorum defectu, quæ tempore, & paulatim ab ipſis animabus propria & ſuis parentibus omnino ſimilia fabricantur, vt quotidie & continuo viſitur.

Hippocratis verba cum Archiatro non faciunt: quoniam quod non eſt animal fit animal, ſemen ſcilicet alimentale animatur, vt putris materia: & fiunt quæ ſunt, vt eadem ſcilicet perficiantur quo ad inſtrumenta ad fabricam, vt ſentire, ratiocicari queant: ſine quibus inſtrumentis ſunt imperfecta, quoniam ſentire, ratiocinari, moueri nequeunt: qua ſub ratione ſemianimalia dici poſſunt, vt planta: quoniam nutritio, & augumentum dumtaxat principio apparent inſtrumentorum defectu. Non ſemianimalia quo ad animam; quia ſentientia, & ratiocinantia ſunt: & ſic non eſt, & eſt: eſt ratiocinans & non ratiocinatur, ſentiens, & non ſentit: ſecus aſſerere, vt de rationali anima, erroneum eſt dicta: ita pari ratione de ſentiẽti, quod Archiatri pace dixerim.

Ex his præterea à Gallego allatis Hippocratis verbis de Natura pueri genituram animatam & viuentem eſſe inarticulatam, omnia ſua ruunt ex Ariſtotelis libro deſumpta, nimirũ animalis fabricam & inſtrumenta prius fieri, quam anima introducatur, educaturue.

Gall. tac. 11. „ Quod autem iſte vegetatiuus gradus in via generationis, &c. „

Pariſan. cont. 11. Animalia prius vegetare, quàm ſentiãt & ratiocinentur, nemo neſcit, nemoque inficiabitur; ſed quòd anima vegetalis materiam ad ſentientem diſponat, nõ admittimus: non ſolũ, quia animalia omnia ſemper vegetant, quemadmodum in ſui ortus initio, ſiue vt ſemen & embryo, aut ſimulatque è putri ortum duxit. At præparari materiam à vegetali ſentienti, & conducere ad egreſſum nouæ alius animę, ſentientis ſcilicet in ex putri ortis, eſt purè phantaſticum, niſi vnde, à quo, & quo modo fictitium etiam proponatur: fictu Gallego facile: factu nobis impoſſibile. Inſequenti capite perpendetur. Ariſtotelis autoritas & verba nõ officiunt: quoniã apud omnes conſtat, animalia prius neceſſario vegetare, quã ſentire, & ratiocinari dictas ob cauſas, quod nihil concludit.

„ Sed apertius multo affirmat fœtũ prius tempore viuere vita plantæ, quàm vita ſenſitiua, &c. „ Gall. tac. 12.

Sisyphium ſaxũ vertit ſemper ex libro & autoritate nihil concludẽte, ad remque minimè faciẽte: quoniam canis vt animatum ſemen, vt embryo, qua fœtus, quatenus perfectus canis in vtero, & extra ſẽper vegetat: ſuo tempore ſentit, non proinde prius anima prędĩtũ, non animal ſentiens, quemadmodum dum dormit. Sic (vt diximus) embryo & fœtus humanus in vtero homo eſt: tametſi non ratiocinatur, ratiocinariue poſſit, inſtrumentorum defectu. Sic pari paſſu canis, ſemen, embryo, fœtus canis anima præditus, priuſquã ſenſus (vt ita dicam) adueniat, eſt canis: & vt canis, anima ſibi canis inſtrumenta fabricat, atque ſuas proprias pro tẽpore canis actiones edit: tametſi, inquam, in ſui ortus initio ſola vegetatione participet, vt toto vitæ tempore vegetat additis etiam ſenſus inſtrumentis. Quare ex libro nauigatio deuios in portum non ducit. Pariſan. cont. 12.

„ Eandem doctrinam, tamquam veriſſimam pluribus in locis, adducit Angelicus Doctor, &c. „ Gall. tac. 13.

Parcat D. Thomas, quod eius autoritati non ſtemus in Veritatis gratiam, qua nobis antiquius eſt nihil. Siquidem Natura, vtpote quæ ſapienter ſemper agit, ſua opera non deſtruit: ſecus defectum argueret; ſed vtpote imperfecta ex parte materiæ, ſũma ratione cõtinuò diſponit & per- Pariſan. cont. 13.

ficit temporis ſpatio, vt in nutritione etiam patet pro ſtatu & animalis conditione. Ita vt animato ſemini (vt hic D. Thomas nobiſcum aduerſus Archiatrum rectè ſentit) pro nutrimento non offerat herbam, panem, carnem, vinum, vt iam perfecto animali, ſed ſemen alimentum, ſicuti cum Galeno ſtatuimus: quo abſumpto, ſanguinem, vt cum eodem Galeno conſtituimus, à ſemine in ſemen conuertendum. Sic matri perfecto animali panem, ex quo chylus, ex quo ſanguis abſque corruptione, ſed accidētali mutatione ad perfectius tēdente ſemper pro Naturæ ſapientia, vt ſupra in contactu tertio decreuimus. Ita animatum ſemen, embryo, fœtus minimè omnium eſſentialiter mutantur: quoniam eadem ſemper huius ſpeciei, & huius ſignati indiuidui anima animans & fabricans, & perfectis inſtrumentis ſuas poſtea proprias facultates exercens quo ad corpus, membra & inſtrumenta accidentales mutationes fiūt, ad finem perfectiorem ſemper tendentes, vt ſub ſenſum etiam cadunt, atque in plantarum ſeminibus, vt in oui fabrica colligere & videre eſt, quemadmodum alias docuimus. Quam ob rem ſicuti primę panis, chyli, ſanguinis, & puri (non animati) ſeminis nō ſunt eſſentiales mutationes, generationes, corruptiones. Ita Seminis, Embryonis, fœtus mutationes ad perfectius tendentes, non ſunt ortus, interitusue: quoniam eadem anima ſemper eſt, & operatur ac perficit ſua initiata inſtrumenta, neruos, venas, arterias, &c. Poſtea ſanguinem affundit, & parenchimata conſtituit, atque ſuum totum abſoluit opus, ſicuti videre eſt, inquam, in plāta, & oui fabrica: partium ſcilicet & inſtrumētorum emerſionem, ſenſibus prius non apparentium, exiſtentium tamen, quia animata: vt paulò poſt etiam ſub aſpectum cadentia & in plantæ ſemine, atque in ouo, quod Ariſtotelis, Gallego, & neſcientium pace dixerim.

Gall. tac. 14. „ Pater Suarez eamdem ſequitur ſententiam, &c. „

Pariſan. cont. 14. Patri Suarez, vt eiuſdem cum D. Thoma opinionis, eadem D. Thomæ ſuffeciſſent: Addimus tamen ad tergiuerſationem, quòd forma eſſentialis, imò anima, alterius diſpoſitio nec proxima, nec remota eſſe poteſt: quoniam in planta vegetalis ſibi conſtruit, & in aliud verti nequit, vt in animali, ſiue ex propagatione, ſiue ex putri. Præterquā quòd vegetalem non recipimus, ſed ſentientem tātummodo. Si daretur, cōſeruari appeteret, nō recedere deſtruiue & corrumpi: quia viuēs: quia ſibi fabricat: non antequam fabricet, ad quid perditio hæc, & Naturæ iocus? Quo modo alius ingreſſus? quî abſque pugna & interitu, quæ contrarietate fiūt: vnde & quo modo iſtæc? Si poſtquam fabricauit, & inſtrumenta fabrè fecit, quod ſentientis, nō vegetantis: quia ſcientis, & ſibi fabricantis: ergo ſentiens; quid tum?

Suarez exemplum & ſimilitudo de ſanguinis ad carnem, non currit quatuor pedibus, nec eſt ad rem: quoniam accidētalis diſpoſitio & perfectio, & alimēti hîc ad altum à natura & ſecundū naturā: inibi viuētis defectus, & interitus pręter naturā.

Gall. tac. 15. „ Quo tempore inquit, viuentia illa, non eſſe ſimpliciter viuentia, ſed &c. „

Pariſan. cont. 15. Non video Suarez, Archiatre, quam ob rem ſimpliciter ſemen vegetans, ex Suarez embryo & fętus non viuant, ſi planta imperfectior abſolutè viuat: & in ex oui fabrica (pręter fętum perfectiorem) ſpermaticarum quoque partium initiò Cordis & Aortæ motus viſitur. Quam ob rem non partialia viuentia, ſed animalia nūcupanda: quoniam viuunt, & non plantæ, ſed animalis anima prædita, vt ratio abſque riſu, ſed ſeriò tunc dictat, & ſenſus paulò poſt confirmat.

Gall. tac. 16 „ Petrus Martines etiam defendit dictam Ariſtotelis opinionem, &c. „

Pariſan. cont. 16. Ariſtotelis ſententiā aliàs cōfutauimus, & cōſequēter Martines, ni meliora portet.

Ad Diui Auguſtini autoritatem & verba, quæ ſunt „ Humanum corpus ſine anima rationali, nec viuere, nec naſci poteſt. Hoc eſt, vt humanū ſentiēs & perfectū, & quatenus ad hāc rationalē natū perficiendū, ac rationalē cōſtituēdū nec viuere, nec naſci poteſt, vt tale, ideſt, ſine anima rōnali. Addit & cōiūctiue ſcilicet, „ Vegetatur

ta-

tamen,& mouetur, & humanam formam in vtero recipit. Ecce, quòd vt animal ſentiens vegetatur, mouetur, (quod non eſt credendum, niſi recepta rationali anima: quoniam cordis & Aortæ motus non eſt in vtero, quippe à matre:& localis motus ex neruis non datur, niſi poſt à conceptione hebdomadas) & humanam formam, ideſt materialem ſentientem in vtero recipit: quia mouetur, quod non eſt vegetantis, ſed ſentientis. quod hiſce verbis claudit, & ſignat, videlicet. „ Priuſquam animam rationalem recipiat. Ergo humanum corpus ex maximo Logico & Philoſopho, quod eſt perfectũ animal in vtero vegetat & mouetur, quando? priuſquam rationalem animam recipiat, qui locus, an ad rem faciat; an Archiatro conducat; An verò omnino deſtruat, quiſque diiudicet.

Gall. „ *tac.17.*„ Ex Medicis quamplurimi etiam ſunt, &cæt.

Pariſan. cont.17. Nos autoritatibus non ſtamus Gallego, niſi ratio ſuadeat, & ſenſus vrgeat: quam ob rem tu ex præceptorum verbis, Ariſtotelis, Sagarræ, & Conciliatoris abſque ratione vlla. Nos te, & tuis præceptoribus confutatis, à rei Natura philoſophamur, & Autores cum ratione loquentes ſequimur. Quia animæ miſcentur, (patet in mulo, ginno, ſemi lupo, ſemiuulpe, ſemicane) ex ſeminibus: quod qui non credit, demens eſt, inquit, Hippocrates: quare ſemina animata: Quoniam ſemen nutritur, inquit, Galenus: ergo animatum: quoniam ſemen eſt optimè (iure noſtro animatum) arbitratu tuo, præparata materia; Sed Gallego quis vnquam vidit ſemine ſic eiaculato elaboratiorem materiam? quis aliam, meliuſue elaboratam deſcripſit? quis alius meminit? An Ariſtoteli menſtruum à ſemine præparatum ſic elaboratum? An eo admiſſo, menſtruum ſemine elaboratius, perfectius? An ab vtero & in vacuo elaborari poterit? An ibidem & à ſe ſuas ſemen vltra vires aget? An hîc, & ſic à Natura ſenſum & gradatim ſapienter abſque nugis non procedi tur? An demum Palabras; y plumas el Viento ſe las lleua?

Nam & in rebus corporalibus eumdem ſeruare naturam ordinem experimur, &cæt. „ *Gall.* „*tac.18.*

De dentibus exemplum, non currit quatuor pedibus: immo omnibus claudicat, vt ſtare nequeat, nec ad rem faciat: quando de minimæ corporis materialis & imperfectæ partis receſſus ſit, dentatim ſcilicet totius vlla abſque iactura: Et de vegetali anima ad rem quod attinet de totius iactura; de rei eſſe ad non eſſe: de animæ, & totius, & proprij calidi inſiti vegetantis, propriorum accidentium, & conſequentium eſſe ad non eſſe peragatur: quæ toto Cœlo à dentium imperfectorum permutatione differunt: quoniam illi ad perfectionem, hæc ad interitum tendant & perducant, immo ipſe interitus ſunt. Non grauatur illorum permutatione certò Natura: quoniam ipſa permutat & rectè; Sed an grauabitur ſui corruptione te autore Archiatro doctiſſimo? An tot poſt labores, & ſapientiæ peractos actus, etiam te iudice, vt abiecta & inutilis ſerua ſuos extra domeſticos parietes eijcietur, immo trucidabitur, alia vt introducatur domina, anima? Eapropter tuus iſte generatiuus gradus nimis gratis dicitur: & eo maximè, quòd abſque gratijs Sapiẽtiſſimæ Naturæ tuum tale præmium redditur: Et potiſſimum, ſi à matris matrice id fiat, quod non eſt maternum, ſed nimis materiatum; Atque vt dicis, à fœminæ anima opus, fœmineum etiam tale conſilium. *Pariſan. cont.18.*

Et ridiculum nos cum Conciliatore eſſe aſſerimus, &c. „ *Gall.* „*tac.19.*

Si vnius ortus alterius eſt interitus, quod in animatis non fallit: quoniam materialis anima ſiue per ingreſſum per propagationem ex ſemine: ſiue è materiæ potentia per eductionem cęnoſa ex materia: propria ſentiens progignentis indiuidui generatur; & propria ex tali putri præparata materia eſſentiali abſque mutatione ex animarum permutatione: quod, præterquam quòd ſomnium ſecus eſt, fieri non poſſet eſſentiali abſque interitu: quoniam vegetalis anima corrumperetur, & ſimul cum ea proprium *Pariſan. cont.19.*

Digitized by Google

illius inſtrumentum, quo vitam ducebat, & ſibi domicilium fabricauit, calidum, inquam, innatum, quod in cuius vis animalis interitu patet.

Quocirca Gallego dicta, huiuſmodi videlicet mutationes ad perfectionem tendentes non ſunt interitus, non corruptiones; ſed propriè loquendo, inquit Gallego deſitiones, ſeparationes: & vlterius mediarum formarum acquiſitiones nomine cruditatis, & coctionis exprimi.

Quæ Archiatri pura verba ſunt, & terga dantis verba dare eſt: quoniam corrũpuntur vegetalis: ingreditur, educiturue ſentiens, & cum formæ interitu omnia illius propria pereunt. Quare non ſolùm lãguet, (vt quidam lamentantur) ſed vlteriùs deſtruitur. Interitum verò illud, deſitionem vocare, vt propriè loquatur, ex nimis craſſa Minerua propria loquutio, ſubtilitas, & fuga: quoniam non deſinit ab actu ſecundo, ab opere; ſed deſinit eſſe, & ab eſſe: & quod erat & non eſt, corruptum omnino eſt. Neque dicere eſt deſinit & ſeparatur, quod erroneum: quia materialis forma: & quia deſinit informare, & eſſe. Et ſeparari ſolius rationalis animæ eſt. Quamobrem Archiatrum hæc dixiſſe admiramur: quoniam vt diximus, pura & deceptoria verba ſunt.

Gall. tac.20. „ Quod quidem patentius obſeruamus „ in nutritionis materia, &c.

Pariſan. cont.20. Quod panis, anima rationali informetur, vt exemplum nimis longè petitũ mitto: ſed minimè patentius obſeruatum obſeruo: quoniam iſta alimenta panis, chylus, ſanguis, non viuunt, non corrumpuntur; ſed alterantur, perficiuntur, & diſponuntur, atque demum ſemen animatur. Aſt Vegetalis Anima, vtpote non humor, non alimentum, non materia, ex qua ſentiens; ſed quid perfectum, non perficiendum, alterandum, concoquendum; ſed animans, viuens, perficiens, fabricam nobiliorem, perfectiorem, atque inſtrumenta idonea & præſtantia ad dignius opus peragendum fabricans; vt ijs fabricatis, quà ſentiens moueat, ſentiat, & mirabilia dein opera præſtet; Vt de viliſſimo animalculo Araneo ſupra dicebamus, miſſis otioſorũ nugis & commentis: quoniam vnica in quolubet animali materialis eſt anima, quæ pro tempore agit primùm ac è veſtigio ingreſſa vegetando, ac ſibi fabricando, dein mouendo, poſt ſentiendo, demum extrinſecus mirabilia præſtando; Quippe eadem ſemper mirabilis Natura: Primum in ſemine quà vegetans & fabricans: vlteriùs imperfecta adhuc fabrica mouens Cordis & Aortæ motu, quo modo in oui hiſtoria diximus (non in vtero vbi matris talis motus) ac poſtmodum, progreſſiuo neruorum motu. Deinde ſentiens; Demum ignorantibus quoque diuinam ſe præbens extrinſecus mirabilia opera cuique ſub obtutum cadentia peragens; Vt Sapiẽtibus ſemper fuerit, ſit, & erit in ſeminis & fabricæ ingreſſu, etiam ex putri, in internis, & externis actionibus diuinis; & vtpote diuinis, hominibus vt plurimũ ignotis. Hinc phantaſtica, & vanitatum vanitates noſtri ex intellectus debilitate, & Dei infinita Sapientia, vt nos ipſos agnoſcentes, ſurſum corda & mentem vergamus.

Diſſoluuntur aliqua argumenta aduerſus dictam opinionem: explicatur ſcilicet, quo modo aliqua accidentia corrupti maneant in genito, & diſtincta ſit formatio imperfectorum viuentium à formatione perfectorum, & à quo agente corrumpatur forma embrionis, & cuius ſpeciei ſit indiuiduum. Gallego. Gallego lib. 3. c. 23. pag. 157.

QVamuis* veriſſimum ſit quod in ſuperiori cap. docuimus: ſunt tamen aliqua argumenta, quæ veritatem illam perturbare videntur. Nam in primis, cum à nobis ſit ſtatutum ad animæ introductionem, neceſſariò præcedere debere, non ſolum conuenientiſſimam venturæ animæ actionibus diuerſarum partiũ temperaturam, ſed & earundem partium conuenientem ſtructuram: eſſe ſcilicet neceſſarium, vt cor cerebrum, & hepar debitam habeant temperaturam, & compoſitionẽ, eaque omnia ſenſim, & in longo tempore fieri ab eo agente, quod conatur ſimile ſibi facere indiuiduum; ignorare quidem videmur opinionem quandam philoſophorum 1

rum

Opinio quorundam philoſophorum, formam ſubſtantialē non introduci in materiā primam nudam.

rum, quæ ſtatuit omnem formam ſubſtantialem in nudam materiam primam introduce debere. Vnde ſecundum horum philoſophorum ſententiam inanis, & omnino fruſtra eſt totus ille agentis labor in polienda, ac diſponenda, extēdendaque materia ante introductionem formæ cum ad illius aduentum omnino expoliari debeat materia à quantitate, & à reliquis omnibus accidentibus. Quod ſi dicamus, hoc falſum eſſe, nos tanquam ignaros logicæ, ac philoſophiæ taxant, & omni ex parte artifices materiales eſſe Medicos dicunt.

Cæterum maximum nobis aduenit ſolatium, cum vidimus ſummos noſtri temporis philoſophos, tanquam delirium habentes illorum philoſophorum opinionē. Ad noſtri igitur argumenti ſolutionem neceſſarium erat exagitare quæſtionem eam, in qua inquirunt philoſophi, vtrum in interitu fiat reſolutio vſque ad materiam primam: an ſcilicet accidentia ſubiectentur in toto cōpoſito, an in materia prima, & vnde deſumant numericam indiuiduationem, quod longè alienum eſt à noſtro
2 inſtituto. * Interim tamen veriſſimam eſſe exiſtimamus ſententiam Patris Suarez 1. met. ſectione 3. diſp. 14. & Patris Hurtadi 2. de cauſis, & ordine generationis, ſectione 1. & aliorum neotericorum, qui tanquam veriſſimum defendunt, eandem numero quantitatem, & reliqua omnia accidentia, quæ ſunt diſpoſitiones neceſſariæ ad conſeruationem formæ venturæ, recepta prius tempore, ac via originis in materia, quàm in toto, manere in ipſa materia etiam ſi corrumpatur forma embrionis. Nam quamuis forma ſubſtantialis non recipiatur immediatè in quantitate, ſed in materia prima: debet tamen recipi in eadē materia exiſtente actu debitè extenſa mediante quantitate, ac conuenienter attemperata. Vnde fictitium eſſe iudicant dicti autores dicere neceſſariam eſſe corruptionem quantitatis, & reliquarum diſponentium materiam qualitatum ad introductionem formæ. Nam cum quantitas immediatè inhæreat ipſi materiæ, ita naturaliter, vt per eam efficiatur capax ad ſuum receptiuum effectum complendum, impoſſibile eſt, vt à materia ſeparetur. Vnde fit, vt nec qualitates diſponentes corrumpi ſit neceſſe. Nam cum hæ quantitati immediatè innitantur, nihil impediunt, quo minus forma immediatè in materia recipiatur: imò ſine illis nullo modo recipi poteſt. Nam licet Ariſt. 1. phyſic. dicat materiam per ſe primò reſpicere formā ſubſtantialem: ex parte tamen eiuſdem formę repugnat imprimi in materiam neceſſariis diſpoſitionibus expoliatā, vt dictum eſt. Totus enim agentis labor, & conatus diſponendi materiam dirigitur ad introductionem vltimæ diſpoſitionis: nam poſt ipſam ſuapte natura, & abſque nouo eiuſdē agentis labore aduenit forma ſubſtantialis. Naturaliter enim forma ſubſtantialis vltimam diſpoſitionem ſequitur ex neceſſitate ipſius actionis. Nam non conſequitur forma diſpoſitiones ipſas, quia ipſæ aliquid operantur in illius introductionem ſed quia talis eſt vis dantis vltimam diſpoſitionem, vt nihil aliud poſſit dare ipſi materiæ poſt vltimam diſpoſitionem, niſi formam ipſam ſubſtantialem.

Quātitatem eandem numero, & reliqua accidētia recepta prius, manēt in ipſa materia, etiā corrupta embrionis forma.

* Cum hoc igitur veriſſimum ſit, delirium erit dicere ad introductionem formę corrumpi debere vltimam diſpoſitionem cum reliquis ab agente introductis ad vnionem, & conſeruationem aduenientis formæ. Nullus enim mente conſtans concipere poterit, quod genitum cor, cerebrū, & hepar ad introductionem formę debeāt corrumpi ad illius ingreſſum. Nā quamuis corrumpatur prima forma, à qua illa accidentia prius fouebantur: nunquam tamen corrumpi debent propter defectum fauoris ſubſtantialis formæ, quia eodem modo conſeruantur à ſubſequente: imò aliquid amplius ab eadem perficiuntur, cum reuera genita ſint ab agente, propter ipſam. Fit igitur illorum conſeruatio ſine intermiſſione. * In eodem enim inſtanti fit vnius introductio, & alterius corruptio: cū aduenientis introductio ſit cauſa formalis corruptionis alterius. Vnde fit, vt nuſquā materia ſit forma expoliata, neque illius accidentia ſine principij ſubſtantialis fauore inueniantur. Nam, vt Suarez inquit, quando formæ, quæ recedit, ſuccedit alia, quæ

3 *Ad formæ introductionē nō corrūpitur vltima diſpoſitio.*

4 *Materia nūquam ſine forma, nec accidētia ſine ſubſtantia.*

quæ ſit nacta conſeruate idē numero ſubiectum, neceſſarium eſt, vt eadem numero accidentia etiam conſeruentur à ſubſequente forma, quæ ab antecedente fouebantur; vt cum lumen ab vno luminoſo productum conſeruatur idem numero à ſubſequenti. Sic etiam cum accidentia embrionis leonini, verbi gratia, introducta ſint ab agente, vt in tali materia ſic diſpoſita per illa accidentia, recipi poſſit forma leonis, ad quam, tanquam ad finem tēdit; abſurdum eſt dicere talia accidentia corrumpi, vt introducatur forma in nuda materia. Ex quo ſequitur, vt aliqui cogantur dicere alia eiuſdem ſpeciei in eodem inſtanti generari: alij verò ſufficere aſſerunt quandam ſigillationem, quam in materia manere fingunt poſt eorundem accidentium corruptionem. Primum enim eſt contra naturæ legem quærentis ſemper breuiorem viam, & contra naturalem ipſam rationem, quæ nullo modo inuenit agens, à quo illorum accidentium corruptio, & reproductio fiat. Illud verò de ſigillatione adeo eſt falſum, ac obſcurum, inquit Suarez, vt illius autores, quid illud ſit minime intelligant, neque quomodo ſufficiat ad diſponendam materiam ſciant: an ſcilicet illam diſponat ſigillatio, vt ſubſtantia, an verò, vt accidens. Nam mens non capit, quod ſi agens generationis diutius detentum fuerit in generatione cordis, tāquā neceſſaria diſpoſitio ad introductionem animæ, deinde verò ad introductionē eiuſdem animæ corrumpatur, quam ſigillationem relinquet in materia prima, quę ſit ſufficiens ad ſupplendam vicem cordis, & idem dicendum erit de caliditate, vt duo, vel, vt tres. Quapropter ſecurius, ac magis verum eſt dicere, materiam diſponi ab agente generationis mediāte illius extenſione, & attemperatione, & cum peruenit ad vltimam diſpoſitionem, formam ipſam ſubſequi manentibus omnibus eiſdē numero diſpoſitionibus. Nam forma ex ſua natura expoſcit introduci in materiam actu diſpoſitam, neque propterea negare oportet materiam primò, & per ſe reſpicere ſubſtantialem formam, vt dictum eſt.

5 * Secundum argumentum aduerſus noſtram ſententiam iam à nobis ferè ſolutū eſt. Dicunt igitur noſtram opinionem falſā eſſe, quia multa ſunt animalia, in quorum generatione impoſſibile eſt, vt materia perueniat ad principalem formam mediante forma embrionis. Animalia enim ea, quæ ex putri generantur materia, tum etiam & omnia inſecta, piſces, & omnes ouorum pulli, nullo modo poſſunt conformari media anima embrionica, quia nullum eſt agens, à quo generetur. Nam non poteſt generari à ſemine, quia nullam habet virtutem, ſecundum noſtram opinionem, neque à parentibus, vt conſtat.

Doctrina de generatione animaliū ex putri materia, inſectorū, piſciū, &c.

Reſpondemus igitur verum eſſe, quod argumentum probat, & veram etiam eſſe noſtram opinionem. Nam in ſuperiori capite ſolùm egimus de perfectorum animalium, potiſſimè hominis generatione: argumentum verò non de perfectiſſimis, ſed de imperfectiſſimis viuentibus concludit. Reperitur autem inter horum animalium generationes maximum diſcrimen: quoniam perfectarum animarum vnio nō poteſt ſine inſtrumentis cōſeruari. Nequeūt etenim propter ſuam perfectionem in vna conſeruari parte, ſed potius expoſcunt ad ſuam conſeruationem trium principiorū mutuam communicationem: at imperfectorum animæ non expoſtulant ad ſui conſeruationem abſoluta organa, ſed in vna conſeruari ſolent parte. Quod in omnium imperfectiſſima anima manifeſtiſſimū eſt. In plantis enim in quacunque illarū parte conſeruatur anima, propter ſui operis imperfectionē. Vnde ad ſui introductionem leuiſſimam expoſtulat organizationem, quemadmodum ad ſui cōſeruationem leuiſſimam etiam expoſtulat organizationem. Vnde non indiguit media forma viuente, quæ eſſet inſtrumentum formationis, ſed in vna recipitur parte, & poſtea per nutritionem neceſſarias efficit partes. Quod quidem ſatis manifeſtum eſt exemplum ad perſuadendum magnum inueniri diſcrimen in generatione viuentium pro diuerſa animarum perfectione. 6 * Vnde quia pulli, vermes, & animalia ex putrefactione orta maiorem habēt ſimilitudinem

Perfectorū & imperfectorum animaliū diſcrimen quoad generationem.

Manifeſtum id eſt in plātis.

cum

Digitized by Google

cum plantis, quàm cum perfectiſſimis animalibus, potiſſimè cum homine: propterea ſatis eſt ad illorum perfectionem, vt ab agente generationis vna diſponatur pars, in qua poſſit anima recipi, & poſtea ipſa per nutritionem reliquas generet corporis partes abſque eo, quod præcedat anima embrionis, vt præcedere diximus in perfectiſſimis. Nam etiamſi hæc animalia non poſſunt vitam protrahere ſine natiui caloris, & ſenſitiuæ animæ inſtrumentis, quemadmodum ſine his ipſam protrahunt plantæ: eſt tamen illarum animarum tanta imperfectio, vt in conformationis corporum, & earundem conſeruationis modo potius plantis, quàm perfectis animalibus aſſimilentur, vt in alijs quamplurimis. Vnde non mirum eſt, ſi ex perfectionis differentia dictum diſcrimen in generatione reſultet. Nam, vt conſtat ex plantis, & ex inſectis ferè omnino mutantur generationum circunſtantiæ propter diſcrimen perfectionum animarum. Plantæ enim, vt diximus, magis aſſimilantur elementis, quam animalibus, & in eo potiſſimè illis aſſimilantur, quòd non indigeant determinata parte, ſiue determinato organo ad generationem celebrandam; & inſecta non poſſunt perficere generationem, niſi diutius perſeueret coitus, eo modo, quo dictum eſt. Tum præterea poſtquam receperunt animam, non poſſunt niſi trina corporali facta mutatione, ad perfectam organizationem deuenire: quemadmodum ouipara per duplicem: viuipara verò per

Plantæ magis ſimiles elementis quã animalibus.

7 vnam. * Quapropter ignorantis eſt indicium ex imperfectorum animalium generatione concludere, ſiue colligere omnia quæ ſunt neceſſaria ad perfectorum generationem. Nam quia animæ perfectorum, vt diximus, non poſſunt vniri, niſi facta ſit organizatio: propterea indigent media forma viuenti, reliqua verò medijs indigent formis, non tamen viuentibus, vt plantis contingere diximus. Et quamuis Ariſtot. 3. de gen. an. cap. 2. dicat: Viuunt autem principio, & quæ in ouis gignuntur vita plantæ, &c. His tamen verbis non intellexit pullos, piſces, inſecta, viuere in ouis exiſtentia, vita plantæ ſtatim à principio in eo ſenſu, in quo diximus animalia perfecta prius viuere, vita plantæ, quam ſenſitiua: ſed ſolùm dixit illa animalia viuere ſtatim à principio vita plantæ, propter modum attractionis alimenti. Nam quemadmodum plantæ, quia ſunt terræ affixæ, non indigent motu locali, vt alimentum ad ſe alliciant, ſic nec animalia, quæ viuunt intra oua. Quod eſſe verum explicat dicens: adhærendo enim capiunt primum, & incrementum, & alimentum, &c. Et paulo ſuperius dixerat: cibum enim, quoniã corpulentus eſt, humidũ eſſe oportet, qualis plãtę ſuppeditatur.

* Dubitant quoque autores, à quo agẽ-
te corrumpatur embrionis forma, vt in- 8
troducatur perfectior. Nam, vt dicebamus, nulla forma ſubſtantialis poteſt eſſe diſpoſitio alterius, permanendo in ipſa materia, ſed ſolum per modum tranſeuntis. Cæterum quamuis hæc dubitatio pleroſque maximè perturbauerit: facilis tamen eſt illius ſolutio. Nam in primis ab anima adueniente, tanquam à cauſa formali expellitur, non quidem contrarietatis ratione, ſed ob repugnantiam incompoſſibilitatis exiſtendi in eadem materia, eo modo, quo duo quanta ſimul eſſe nequeunt in eodem loco. Nam quemadmodum vnus, idemque locus adeo ſufficienter vno ſibi prorſus æquali repletur quanto, vt impoſſibile ſit ſecundum recipere, niſi primũ expellat. ſic etiam materiæ capacitas ita repletur vna forma ſubſtantiali, vt niſi nouiter adueniens præexiſtentem formaliter expellat, ingredi nulla ra-
tione poſſit.* Pręter iſtũ tamen modũ ex- 9
pellendi formã illam embrionis, eſt cauſa quędã vere agens, à qua poſitiuè corrũpatur: ab eadem .ſ. matris anima, à qua fuit producta. Nã cum imperfecta illa anima nõ fuerit genita, niſi, vt eſſet mediũ, ac inſtrumentũ ad perfectioris introductionẽ, illico, ac ceſſauit illius neceſſitas, diſſoluitur ab eodem agente, à quo fuit genita, vt perfectiorẽ imprimat. Quemadmodũ .n. ab eodem agente, à quo fuit producta forma chyli, corrũpitur, vt introducatur forma membranæ, & ſic de cæteris. Sic igitur

Forma embrionis à quo agẽte corrũpatur ad introductionẽ perfectioris.

tur

Digitized by Google

tur accidit formæ embrionis, quæ ab eadem anima fœminę, mediante vno eodem inſtrumento, nempe vtero, generatur, & corrumpitur, prout expoſtulat progreſſio ad finem, ad quem tendit. Non poteſt enim ad illum peruenire, niſi per dicta media.

Embrio dū viuit vita plā-ta, cuius ſpeciei de prædicamēto ſub ſtātiæ ſit indiuiduum.

10 * Inſurgit etiam aduerſus noſtram ſententiam alia logica dubitatio, cuius ſcilicet ſpeciei de prædicamento ſubſtantiæ indiuiduum ſit embrio, toto eo tempore, quo vita plantæ viuerē diximus. Nam cū à ſola anima vegetatiua habeat eſſe, vel dicendum eſt indiuiduum eſſe alicuius plantæ, vel animam vegetatiuam, quam habet, eſſe animam vegetatiuam eiuſdem ſpeciei, cuius eſt embrio, remiſſam tamen, ac imperfectam. Quæ omnia ſunt abſurda. Nos autem omiſſis variis huius dubitationis explicationibus, veriorem eſſe iudicamus ſententiam Toleti 2. de anima, cap. 3. qui aſſerit indiuiduum illud non eſſe eſſentialiter plantam, ideoque non eſſe ſub aliquo genere, aut ſpecie plantarū, ſed contineri ſub genere embrionis, & ſub aliqua ſpecie eiuſdem generis. Nam cum natura ita ſit vigilās, ac opulenta in neceſſarijs, & parca, ac pigra in ſuperfluis, non fuit grauata facere duo diſtincta genera vegetatiuorum, quorum alterum ſit planta, alterum verò embrio. Quod quidem embronicum genus ſub ſe comprehendit tot embrionum ſpecies, quot ſunt animalium perfectorum ſpecies. Nam humana ſpecies embrionis propriam habet ſpeciem, quæ vt inſtrumentum generantis faciat organizationem conuenientē ad receptionem animæ rationalis à Deo creatæ.

Vnde fit, vt forma vegetatiua embrionis producta ab vtero humano non faciat organizationem plantæ, neque alterius animalis, ſi materiam habeat obedientem, ſed potius humanam organizationem, tū, quia dirigitur ab anima fœminæ, ſimilem habente organizationem; tum quia ſecundum ſuam naturā ad talem organizationem faciendam habet naturalem inclinationem. Quod ſi aliquando generet conformationem monſtruoſam, ſolum id fit propter inobedientiam, ac malam materiæ diſpoſitionem. Tunc etenim contingit illi, quod reliquis naturalibus agentibus, quæ cum primum à ſe intētum finem conſequi nequeunt, malunt aliquid, quā nihil agere. Appellatur igitur ab Ariſtotele, & ab alijs omnibus anima embrionica, vegetatiua, non quod conueniat eſſentialiter cum anima plantæ, ſed propter ſimilitudinem operandi. Propter quam eti ani cauſam gradum nutriendi, & augendi animæ rationalis vegetatiuū nominant, quamuis eadem ſit anima rationalis. Vbi enim eſt maior accidentium ſimilitudo, ibi maior eſt diſtinguendi eſſentias difficultas. Quamuis igitur planta nutriatur, embrio leonis, verbi gratia, nutriatur, & perfectus ipſe leo etiā nutriatur: principia tamen eſſentialia nutriendi horum trium viuentium inter ſe ſpecie diſtinguuntur.

Anima embrionica, vnde vegetatiua dicatur.

Ex quibus conſtat, nec formam embrionis eſſe remiſſam aliquam animam, nec eſſe formam alicuius plantæ, ſed eſſe formam embrionis diſtinctam ſpecie ab alijs omnibus. Sed iam agere oportet de ordine, quo procedit mater in toto tempore formationis, & quomodo producat embrionem.

Embrionis forma diſtincta ſpecie ab alijs omnibus.

Archiatri Gallego argumentorum diſſolutiones à Pariſano reſcinduntur. Diſtinctiones reprobantur. Improbata comprobantur: Et Cetera ſomnia oſtenduntur.

QVARTEDECIMÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

„ *Gall.* „ *tact.* 1.

QVamuis veriſſimum ſit quod in ſuperiori capite docuimus, &c.

Pariſan. cont. 1.

Falſiſſima omnia iamnum iſtæc tua probata ſunt Gallego, & nunc quin etiam talia comprobabuntur: quoniam non ſine ratione Antiqui Sapientes animalis fabricam ita admirati ſunt, vt illius diuinas cauſas quæritantes, Ideas alij, alij Cholchodeas, alij alias nominātes Intelligentias, aliqui Cœlos, quidam Angelos, nonnulli Mundi Animam dixerunt,

atque

aeque alij Deum Ipſum (illius maximam ob admirationem) efficientem immediatam cauſam fore crediderint. Quod ſi verum eſt, quemadmodum veriſſimum, ſicuti eorum ex ſententijs colligere eſt, & quẽadmodum dicebamus, non ſine cauſa, ſi admirabilem & propè diuinam cuiuſque vilioris animalis fabricam Acari, Aranei, Scarabæi, &c. ſpectes, atque perpendas; quas nec homo quantus vis ſapiens ſua ingenij & intellectus acie artem, & diuinam facturam capere & intelligere perfectè poſſit: tantum abeſt eiuſmodi pręſtantiſſimas fabricas conſtruere valeret; ſed tantummodò ſtupefactus, quiſque perpetuò admirari debeat: quia ſcilicet Dei opus.

Quæ ſi vera ſunt, vt reapſe germana iure ac meritò extant, Quis iure ac meritò nouam Indicam doctrinam, & Malachenſem Archiatrum docentem animalis admirabilem & propè diuinam fabricam fieri, componi, ſummo ordine diſponi, conſtrui, perficique ab accidentali forma, à formatrice facultate abſque anima, & ante animæ ingreſſum non quàm maximè admiretur?

Quod à Sapientioribus, animæ, nõ eſt concreditum fabricæ opus; ſed Intelligentiæ, &c. nunc accidenti, quod per ſe non perſiſtit, nec exiſtit, etiam abſque anima id præſtet? O maximè diuinum accidens humano intellectu hæcce nõ capiente quidem valentius & potentius partium & inſtrumentorum ſtructuram, tẽperationem, compoſitionem, poſitionem; & ſummos ordines Cordis, Hepatis, Cerebri, Splenis &c. intelligens ac præſtans. Ecquis vnquã Argus, maximèque ſimul oculatus ac ſapiens homo in prægnanti opportunè; & tempori aperto vtero Cerebrum, Cor, hepar, ſplenem vidit, non viuente animali (fœtus cuius ſunt) ijs prædito vidit? quis etiam ſaltem iſtæc initiata? Ecquis in ex putri ortis hæcce obſeruauit? Nos bene contrarium in ex oui fabrica ex oculata fide obſeruauimus, & ſcripſimus in prima parte nobil. exerc. de Subtilitate, quæ Archiater vidit, ſed minimè ſubodorari voluit, valuitue, quod experiri potuit, & debuit, vt refellere oportuit, priuſquam ſua talia commenta ſcriberet, Vt ſicuti quidã (eo hîc etiam referente) formas & animas nudam materiam primam informare & animare voluerint: quæ tamen ſic nunquã viſitur; ſed minimum elementa, & elementata abſque vita. Ex putri poſtea diſpoſita à Cœlo materia; aut in ex propagatione ortis ex ſeminibus. Ita Gallego maximè perſpicax Archiater, aliud extremè extremum phantaſticum ſuſtinere contendit: Animam ſcilicet, non materiam primam illico animare, neque ſecundam imperfectam, ſed perfectam vndequaque, & ſibi conſtructum mirabile domicilium ab accidentibus fabricatũ ingredi. Quæ Malachenſia, nemo in hoc noſtro Veteri Mũdo vidit, videbitque. Propterea ne mente viſilia Autoribus ijs nuncio remiſſo, Autore huic deſponſata reliquamus, & pergamus.

Interim tamen veriſſimam eſſe exiſtimamus ſententiã Patrum Suarez, & Hurtadi, &c. „*Gall.* „*tact.* 2.

Quum ſatis ſuperque ex à nobis ſupradictis pateat, nullam fieri in animalis procreatione eſſentialem mutationem ad interitum, nec vllo modo fieri poſſe; Vt propterea vlteriùs iſtis in commentis non amplius inſiſtendum; nedum progrediẽdum foret: quia nihilominus Gallego autoritatibus fultus, in eiſdem potiſſimum Patris Suarez, & Hurtadi perſiſtit: Quicquid Doctores illi dicant, quum materialis animæ actio omnis à proprio ſuo inſtrumento pendeat, immo eſſe & exiſtentia, & tandiu vita permaneat, quandiu proprium tale inſtrumentum perdurat: Nec recedere, emori queat anima, (niſi violenti ex trucidatione, ſubitaneaue morte) quin innatũ calidum intereat: Propterea dubio procul ex tali naturali (Gallego & ſequacibus) corruptione inſitum calorem prius intereat: Propterea dubio procul ex tali naturali (Gallego & ſequacibus) corruptione inſitum calorem prius interire neceſſe eſt; Secus eo permanente, anima non corrumpitur conſeruãte calido inſito: quia repugnat dũ aliquid actu ab aliquo fouetur & ſeruatur, conſeruante permanente, *Pariſan. cont.* 2.

illud

illud perire: dum, inquam, ab illo conſeruatur, vt pereat, niſi illius defectu. Quum autem inſitus calor non deficiat, niſi proprij & idonei alimenti defectu, aut frigoris pugna & victoria, quæ in ſemine, embryone, fœtu non fiunt permanete vita, fieriue poſſunt; & ſi fierent, non à ſubſequente anima phantaſtica. Igitur eſſentialis mutatio & corruptio talis animæ nõ fit: & poſito fieri in Archiatri gratiam, alia ſubſequens anima innato abſque calido, nec ingredi emergereue, (vt ita dicam) nedum viuere & agere, tantum abeſt opus perficere, poſſet. Quod ſi ſic eſt, vt re vera res ita ſe ſe habet, non poteſt vegetalis anima recedere, corrumpi, nec deſinere, quin illius proprium innatum calidum, proprium inſtrumentum, ac conſeruãs recedat, & è conuerſo: Et ſic diſponere non erit Gallego doctiſſime; ſed totum, & actum deſtruere ſuis cum proprijs diſponentibus accidentibus; quod potiſſimum in ex putri ortis certiſſimum conſtabit, vbi Archiatro ad facultatem formatricem, ad vteri, & fœminæ animam, & ſimilia phantaſtica confugere non dabitur: quando vt diximus æquiuocum agens non amplius agit, poteſtue: quoniam materia non putrida, ſed animata quæ meridiana luce clariora ſunt ſi intelligantur.

Gall. tac. 3. „ Cum hoc igitur veriſſimum ſit, delirium „ erit dicere, &c.

Pariſan. cont. 3. Si Archiatri falſiſſima omnia, vtpotè purè commenta, non erit delirium Sapientum autoritati pauliſper adhærere: eo minus, rationi, & ſenſui ſtare, ni vapulare meritò quis velit.

Profectò fatemur, confitemur, & profitemur delirantis fore Gallego ex hypoteſi, & ſuppoſitum ipſum Cordis, cerebri, hepatis ad introducendam formam & animam, facta inſtrumenta ad eam conſultò recipiẽdam, & priorem fabricatricem corrumpendam eſſe. Sed iam diximus, id purum & merum fuiſſe Archiatri figmentum (delirium ne dicamus) à ſæculo iam nunc inauditum, & inuiſum, quod nec videbitur vnquam, vt pote repugnas, vt ſatis ſuperque probatum eſt, & in oui fabrica viſitur.

„ In eodem enim inſtanti ſit vnius intro- „ ductio, & alterius corruptio, &c. Gall. tac. 4.

Pariſan. cont. 4. Quo magis hanc Gallego ſententiam perpendo, pondero, examino, atque excutio, eo minus capio; Vt non videam, quo modo Malacheſis magnus Archiater ſubtiles Hiſpanos, noſque Italos non craſſi ingenij, (alios breuitatis gratia mittam) ſuas haſce in ſententias nullo negotio trahere ita fidenter audeat, vt primùm animalis corporis diuinum inſtrumentorum opus ab accidentali forma ſine anima in ſeminibus & menſtruo fiat, matricis, matriſue fauore & priuilegio, poſt vegetali anima animetur. De ex putri verò ortis, quæ non ab vniuoco, non à matre, matriſue anima, atque à matricis facultatibus & auxilijs, eſſe, exiſtentiam, & vitam conſequuntur, ne verbũ quidem ad rem: quaſi non ſint ſibi curæ: quia iſdem ſit ortus, eadem materia, eædem cauſæ: concepta ſcilicet ſomnia in lucem edita, vt iam iam infra.

Quæ Gallego phantaſtica nos, inquam, imaginari nequimus. Non ſolùm quòd accidentalis facultas mirabiles illos effectus præſtet, iam ſic ablegatos; ſed quam ob rem in vtero, ac in cœnoſa materia, ijs, inquam, conſtructis & perfectis inſtrumentis; corde, cerebro, & hepate, atque conſequenter arterijs, neruis, & venis, ac deinceps ceteris ab hiſce neceſſariis: vegetalis anima introducatur, educaturue: Si iam ſentientis animæ præparata & in promptu ſint eius dicta inſtrumenta, cerebrum, cor, hepar, &c. quæ vegetali nihil conducunt: vegetalis nihil illis conferat: quando vegetalis munus tantummodo ſit vegetare nutrire: quæ ſentientis itidem partes ſunt; Vt non videamus quam ob rem talia figmẽta Malachenſia edantur, & quin etiam à tot Licentiatis laudentur Hiſpanis, & quinetiam Lugdunenſibus Gallis.

Et ſi poſitis & perfectis iis inſtrumentis opportunum introducendæ ſentientis animæ tempus ſit: quid, & cur primò non introducitur? Sin verò Vegetali principiò opus eſt, quid eidem talia inſtrumenta fabricantur? Et ſi iis vtitur mediis arteriis, venis, neruis, &c. Ergo ſibi conſulit

iis

Digitized by Google

iſs dum vtitur: Ergo ijs omnino ſibi opus eſt? Ergo completis ac à ſeſe conſultò & opportunè perfectis vtitur, & mouet & ſentit, vt ratio ſuadet miſſis Archiatri fi-ctitijs.

Secus prӕterea explicandum fuit, quo modo miſera Vegetalis Anima tot poſt labores, & tot prӕſtita poſt beneficia, vitam, & actiones, accidentium, & qualitatum conſeruationem in inſtanti vlla abſque pugna perdat, & corrumpatur. Quo modo, à quo, nulla prӕcedente corruptionis diſpoſitione.

An à matris anima? Ergo ab generante carnifice corrumpetur, quod erroneum: Ergo ab eodem vita, & mors.

An à ſentienti ingreſſura anima? Nequaquam, quoniam vt de generanti dixerim, Animӕ inuicem non contrariantur. An à Matrice, cuius Archiatro generare fuit? Et hoc minimè: quoniam cuius eſt generare, eſt etiam fouere & conſeruare, vt prius: Igitur Gallego media pugna à contrario & deſtruente, quӕ non fiunt nec fieri poſſunt in matrice: nec in ex putri ortis. Tum quia corruptio propriorum accidentium eſt, & prӕcipuè proprij inſtrumenti, innati calidi: ſine quo ſentiens anima ingredi, educiue nequit, nedũ viuere: tantum abeſt illis inſtrumentis vti: quà recedente ſeu corruptis inſito calido, & anima ſunt ӕquiuoce cor, cerebrum, hepar, &c. Prӕterquam quòd, vnde, & à quo corrupatur abſque pugna, nec in tempore, ſed in inſtanti, nobis craſſioris Mineruӕ ſaltẽ, indicanda. Niſi conſequenter dicere velimus, à primo ad poſtremum, & vt prius ac poſterius, Palabras, y plumas el Viento ſe las lleua.

Gall. ii. lect. 5. Secundum argumentum aduerſus noſtram ſententiam &c. verum eſt, quod probat, & vera eſt noſtra ſententia de perfectis animalibus, potiſſimum de homine, &c.

Pariſan. cont. 5. Tandem glorioſus Dux tot poſt tergiuerſationes ſӕpe ſubterfugiens, obſcurè magis modò, herbam dat: modò minus, manipulũ prӕbet: nũc apertè terga vertit,

Sed bellum profectò Archiatriũ reſponſum: quia ſcilicet de perfectis animalibus de homine potiſſimum loquitur. Cӕterùm hӕc pura verba Gallego, non ſolùm quia ad deſtruendum ſufficit vnum: verùm etiã quia à ſimili omnino neceſſario arguimus, ne ab eodem dicam generationis modo. Si in ex putri ortis, vna & eadem anima quatenus ex putri è materiӕ potentia educitur vllo abſque à parentum ſemine: vlla ſine facultate eorumdem. Non à matris anima, minimè à matricis, matris fotu & virtute procreatur: quẽadmodum nec ab ӕquiuoca cauſa amplius: quia nõ ampliùs putris materia illi prӕſto eſſe poſſit, vt alia anima ingredi, educi, emergereue queat, vt proinde prima, & perpetua ſentiens ſit. Ita, inquam in ex propagatione ortis & perfectis, ſentiens principiò adnaſcitur ſibi inſtrumenta & domicilium fabricans, vt (omnibus miſſis nugis & commentis) ſemen animatũ ſit, & vlla abſque eſſentiali mutatione, vlla ſine corruptione, inſtrumenta primũ ſpermatica ex ſemine emergant, hoc eſt perficiantur: quo modo in prima, & ſecũda parte noſtrorũ librorũ diximus & oſtendimus. Vt minimè interſit dicere & diſtinguere de perfectis: quoniam difficultatẽ illud non tollit. Addo melius, quòd ex putri mus adeo perfectus, atque ex coitu ortus. Vt certò pateat, nullum prorſus adeſſe diſcrimen: quare pura fuga: quoniam tria etiam illa prӕcipua prӕcipuè principia, & inſtrumenta obtinent, &c. vt nullus ſit fugӕ locus. Addo prӕterea, quòd adeò perfecta & admirabilis eſt muris fabrica, ac canis, equi, leonis: quoniam eadem inſtrumenta poſſidet, ac illi obtinent.

Addimus, quòd aues ex ouo orti, ita perfecti, ac perfectum quodlubet brutum: Vt maximè admiremur Archiatrum infra, ex ouo ortos aues, pullos, inter imperfecta animalia collocare: quum non ſolùm ex perfecta eorum fabrica; ſed ex materia, ſemine ex propagatione: & ex eorum perfectionibus, actionibus, Variarum, Pſitaci loquacitate, Philomelӕ cantu &c. quorum admiratione afficimur: & conſequenter hiſce de puris diuerticulis, fugis, & commentis quàm maximè admiremur, & vlterius Archiatrum ita fidenter hӕcce

doctis Viris proponat, ſpe ductus, vt recipiantur & laudentur, quemadmodũ à ſuis licentiatis comprobata fuere: quando nec vllo ponderi reſpondeant: nec leui malleo reſiſtant: minimeque Lydio Lapidi ſtent. Et ita te & tuis, me & meis ſæpius diſcuſſis, & Lydio, inquam, lapidi ductis, cõſtabit, dico, Vtra tua an mea ſententia fatua: Vterue noſtri arrogans extiterit. Hicce contentus, ne te Racha dicam.

Gall. tac.6. „ Vnde pulli, vermes, & animalia ex putrefactione orta maiorem habent ſimilitudinem cum plantis, &c.

Pariſan. cont.6. O Deus Optime, quo modo hæc Malachenſis Archiatria doctrina probantes, & comprobãtes inuenit? Quod pulli & aues ex putri naſcantur? Quòd mures, ranæ, & innumeræ animalium ſpecies ex putri ortę maiorem cum plantis ſimilitudinẽ, quàm cum perfectis animalibus habeant? quum in omnibus ſimiliter admirabiles ſint in fabrica, in præcipuis membris, in motu, & ſenſu, in operibus vt de Araneo diximus; atque in animæ declarandis paſſionibus? Quis hęc ſanę mentis ſenſata negare abſque erubeſcentia audebit?

Gall. tac.7. „ Quapropter ignorantis eſt indicium ex imperfectorum animalium generatione concludere, &c.

Pariſan. cont.7. Quapropter Sapientis eſt, haud ignorantis, entia ſine neceſſitate non multiplicare: quia fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt, & æque bene: immo melius: quinimo quòd per plura fieri nequit: quia repugnat, quia à rectè ratiocinanti talia phantaſtica capi nequeunt accidentibus tributa, facultatibus materialibus abſque anima (animæ propria, vt in cęnoſa ex materia, vbi Archiatri imaginatio fabricare nequit) mirabilia attributa: plures eſſẽtiales mutationes & corruptiones ad Archiatri libitum, & ab re; animarum interitum, & aliarum ortum in eodẽ inſtanti, aliàs nunquam ſic auditum, vtpote impoſſibile: quoniam ſemper illico & è veſtigio ex vnius viuentis interitu vbique & ſemper cadauer remanet: ex animæ receſſu, & interitu inſitus calor & propria accidentia ſemper euaneſcunt; Vt alterius perfectioris, & ſublimioris ſpeciei & generis ſentientis, inquam, ſine proprio tūc inſito calido, & aliorum requiſitorum pręſentia ab vniuoco, æquiuocoue non ingrediatur educaturue anima; ſed non omnibus poſitis, & prius præparatis, atque ſapientiſſimè fabricatis & perfectis inſtrumentis abſque præparante & fabricante eſſentiali intelligenti ſubſtantia, anima; ſed accidentali materia facultate ab Archiatro commenta: quæ pugnantia & repugnantia omnia, ex putri orta, & ex ouo pulli & aues docent.

Dubitant quoque Autores, à quo agente corrumpatur embryonis forma, vt introducatur perfectior, &c. „ Gall. tac.8.

Vegetalis anima ab anima aduenien- Pariſa. cont.8. te tamquam à cauſa finali expellitur, non contrarietatis ratione, inquit hîc Gallego.

Sed qui malùm ſcribendi modus? Nonne pura iſtæc verba? Nonne hiſce verbis, eſt dare verba? Quandoquidem quum viuentia omnia ſui conſeruationem appetant, & interitum abhorreant, aufugiantque, & Vegetalis (iure ſuo, non arbitratu noſtro, quia ſentiens) informet, vigeat, & ſe ſe conſeruare ſtudeat, vt plantæ anima: nec abit abſque pugna vnquam, nunquam certò ſponte ſua. Quippe talis ceſſio animarum non datur niſi ficta, & Archiatri imaginatione. Et ſi è materiæ potentia ſentiens educitur: Ergo per antecedentem præparationem: igitur media pugna & contrarietate: non ex repugnantia incompoſſibilitatis: quoniam ſi per tot dies & menſes, exempli gratia vegetalis (nobis ſentiens) animauit, & gubernauit corpus ſentientis animę inſtrumentis pręditum, Corde, Cerebro, Iocinore, & ceteris, vlteriùs animare & gubernare potuit, nullo impediente & pugnante. Quod ſi expellitur igitur vi eijcitur: & talis vis non datur in animarum receſſu, ſeu propriùs, interitu: quoniam animæ inuicem non contrariantur, & ſubſtantiæ nihil eſt contrarium: & hic ad rem niſi contrarietate innati calidi (innatus dictus quia animæ innaſcitur, & cõſequẽter inſtrumentis, & deinceps non ante animã inſtrumẽta, vt Gallego fabulatur) & qualitatum

litatum ratiône ad illius interitũ tendẽte.

Exemplum non ſatisfacit, minimèque eſt ad rem. Vrget quidem, ſi exempli gratia, in phiala vacua, ſeu aëre referta aqua infundatur, & ſic aer recedat. An ſic Gallego in informante, & informato animato ſubiecto? Eſt ne vegetalis animans anima ceu in vacuo & in loco, vt aer in phiala? An verò in toto animato ſubiecto, & vbique, & vbique ſubiecti pars, atque præcipua tale eſſe, exiſtentiam, & vitam præbens? & per te talibus idoneis proprijs diſpoſitionibus & inſito calido alijs vlteriùs ſpeciei vegetali non competentibus potiſſimum fabricatis inſtrumentis,] Cerebro, Corde, Iocinore: eo minus illius alia tibi, alterius ſpeciei perfectiori, vt ſentienti animæ. Quo modo igitur iſtis proprijs huius vegetalis recedentibus, ac etiam (tibi eſto) permanentibus, alijs ſentienti animæ competentibus & requiſitis non præſentibus, inſito potiſſimo calido, è materiæ potentia educetur, conſeruabitur, & ſuas partes præſtabit? An hæc fieri poſſe repugnant ſi noſti? An ignis cum aëris qualitatibus, (non dico aquæ) ſic ſentiẽs cum vegetalibus diſpoſitionibus ſtabunt & vigebunt.

Gall. „ *tac.9.* „ *Pariſan. cont.9.* Præter iſtum tamen modum expellendi formam illam embryonis, &c.

Equidẽ benigne Lector fateor me nunquam inueniſſe, legiſſe, audiuiſſe Scriptorem promptiorem, faciliorẽque ad ſoluenda enodãdaque dubia iſto doctiſſimo Malachenſi Hiſpano Archiatro. Et quod plurimi refert, niſi vnum, alterumue reſponſum placeat, alterum illico in promptu eſt. Et niſi imaginatum ſumma cum ratione (intellige) allatum: dictum factum alio poſitiuo præſto eſt. Quid plura? experire, & in ſinu gaude, quòd talem Semi Mundi Archiatrum enodatorem adinuenerimus ad diſſoluendas & enodandas etiam nullo negotio animas.

Matris animam Embryonis animã Archiatro vegetalem procreare (multis vt phantaſticum reprobauimus) in Gallego gratiam eſto: Aſt quòd eadem matris anima ſuum opus exanimet, eadem conſultò genitrix & carnifex ſit, inaudita, & penitus nobis noua hæc Malachẽſia. Sed quæſo te, Archiatre doctiſſime Matris anima quo modo poſitiua, vt aſſeris, corrumpit embryonis animam? quo nam pacto, amabo te, vegetalem illam expellit? Qui in vteri vacuum, intraque fetus membranas ſe ſe confert matris anima ſuo corpori, & vtero alligata? At tranſeat. quo modo explodit, amicè ne, an hoſtiliter? non amicè, quia interficit, & corrumpit: nõ hoſtiliter, quia maternè: quo modo igitur? At corrumpit, ſed quibus inſtrumentis deſtruentibus necantibus vegetalis trucidatur? qua vi, quaue violentia expellitur, tuis vt verbis vtar? Ceterùm quod expellitur, exploſum remanet, quod materiali animæ non competit, quæ corrumpitur. Verùm quo modo à Matris anima corrumpitur? Quis audiuit vnquam præterquam ab Archiatro Gallego animam, animam corrupere: immo vel etiam ſibi contrariare? Et, ſi omnis corruptio per contrariam qualitatum pugnam, quod nõ admittis, & quia totum deſtrueret inſito cum calido & temperamento, & ſubſtantiæ nihil eſt contrarium. An alimentum ſubtrahendo necat? Atqui non eſt animæ tale opus. Præterea partes, & vaſa pro neceſſitate trahunt, nec viuentia impediri poſſunt: quoniam Natura in neceſſarijs non deficit, ſecus vt diximus, rueret.

Demum vt vno dicam verbo, quo modo Matris anima ſuum opus, ſuã animam conſultò & ſua ſponte trucidet & interficiat, niſi omnino ſtulta ſit, nõ video, quod vt vaniſſimum propterea inficiamur: Et proinde ac conſequenter Archiatria iſtac omnia adeò purè fantaſtica fore, vt nec pedes (vt dici ſolet) ad fugam habeãt, nec caput ad meliorem vitam poſſideant, quod totum ſuum phantaſticum eſſe in Gallego immaginatione obtineant.

Inſurget etiam aduerſus noſtram ſententiam alia logica dubitatio, cuius ſcilicet ſpeciei &c. „ *Gall.* „ *tac.10* *Pariſan. cont.10.*

Vt magni Archiatri cũ puluiſculo verramus omnia, noſtra iuxta promiſſa; vtque veritas expoſcit. Nõ placet Archiatri ex Cardinali Toleto reſpõſũ de Embryonis ſpecie: quoniã prꝗterquàm quòd fugæ

ſe dat ſẽper, vt tale eſt animal imperfectũ,
non quo ad ſentientem animã, ſed quo ad
fabricam in fieri, in via, vt plantæ ſemen,
quod eſt plãta: Embryo animal eiuſdẽ ſuę
ſpeciei in facto eſſe: Quippe nõ datur em-
brio perdurãs, quoniã quotidie perficitur,
donec omnino perfectum fiat, & nobis ſubi
aſpectũ cadat, vt plantę ſemen nobis plan-
ta: quia eius partes, radices, folia, trũcus à
nobis viſuntur, & ideo planta: neſciẽtibus
ridiculum videtur & indicatur. Plantarũ
ſemen paulò poſt etiam ignorantibus eſt
planta. Sic Embryo intelligentibus, vt in
Oui fabrica viſitur, eſt auis, quia animatũ
ſemen, vt primis diebus quibuſdam appa-
rentibus partibus vitalis motus ex ocula-
ta fide ſe promit: ſicque in dies perfectius
viſitur, & breui, paucis ſcilicet diebus il-
lud inchoatum ſub obtutum cadens per-
fectum animal emergit & apparet, auis
dico, non ridicula planta, vegetali anima
prędita, quæ à matris anima expelli opor-
teat, vt ſẽtiẽs educatur ingrediaturve quę
nimis puerilia, Archiatri pace dixerim.

Gallego lib. 3. c. 24. pag. 161.

Quod prima matris actio circa materiam generationis ſit, ex poteſtate materiæ hepatis educere animam embrionis, & propter quem finem, & quod ab initio generationis inueniatur ſanguis in vteri cauitate cum vtroque ſemine. Gallego.

1 QVoniam eo à nobis explicata eſt cõ-
munis conſuetudo, ac perpetua lex,
quam ſeruat natura in ſuis mu-
tationibus, vt ſcilicet explicemus particu-
larem modum, quem ſeruat quælibet ma-
ter, præſertim mulier, in ſuo viuificando,
ac animando, & formando fœtu: propte-
rea declarare oportet, quomodo hęc om-
nia præſtentur à matre. Incipiemus ve-
rò à modo, quo ex materia fętus fiat em-
brio, & ob quam cauſam producatur à
matre: de reliqua verò organizatione po-
ſtea longiùs agetur.

2 *Natura & artifices indigent instrumentis.*

* Cum ſit connaturale, non ſolum ar-
tificibus ſed etiam ipſi naturæ, operari
medijs accommodatis inſtrumentis, ne-
ceſſarium fuit agenti principali genera-
tionis neceſſaria ſibi præſtare ad tam ex-
cellens opus inſtrumenta. Obtinet au-
tem natura, non ſecus, ac ars, quædã com-
muniſſima ad multa opera inſtrumenta, vt
ferrarius incudem, & malleum; quædam
minus communia, & alia ſingularia: ſic
natura ad omnes tranſmutationes vtitur
primis qualitatibus, & magis particulari-
ter in omni perfectorum animalium ge-
nerationis vtitur calore natiuo. * Sed quo- 3
niam conformatio membrorum ſingulare
eſt, & excellens opus: propterea neceſſa-
rium fuit ipſi animæ fœminæ, ſingulare ad
tale opus facere inſtrumentum, quo poſ-
ſit partium generandarum materiam ex
vteri venis attrahere, detinere ſanguinem
ſcilicet, & in earundem partium naturam
commutare. * Nam cum maternus ipſe 4
ſanguis non ſemper attrahatur ab vtero,
neque ab internis fęminæ partibus poſſit
æqualiter, & vt decet, ad ipſum vterum
expelli, neceſſarium fuit ſtatim à principio
conceptionis mediam inducere formam
in parte aliqua illius materiæ magis di-
ſpoſita, mediante qua, omnia illa opera
conuenienter facere poſſit.

* In primis igitur tanta eſt ipſius ani- 5
mæ fęminæ cura in elaboranda, ac viuifi-
canda materia generationis, vt illico, ac
vtrumque ſemen, & aliquæ guttulæ ſan-
guinis ad fundum vteri perueniunt, adeo
conſtringantur omnes internæ eiuſdem
vteri partes ad totius maſſæ complexum,
& retentionem, propter naturale deſide-
rium illam commutandi, vt vteri os ita
comprimatur, vt neque ſpecillum acus
poſſit per illud intrare. Quod primus om-
niũ docuit Hippocr. & eius interpres Ga-
lenus plurimis in locis, præſertim lib. de
diſſectione vuluæ, cap. 7. dicens: Incredi-
bile enim eſt, quam meatus hic pro tem-
pore, latitudine, & anguſtia diuerſus effi-
ciatur, qui cum reliquo omni tempore
ſpecilli acuminatum capitulum, vel paulo
craſſius aliquid admittat, prægnante mu-
liere adeo vehementer occluſus eſt, vt nul-
li vel tenuiſſimo inſtrumento aditus pa-
teat: vt verò à vulua abſoluitur fętus,
à parturiginibus, adeo laxatur, vt, quod
mirum etiam auditu ſit, per eum, totum
animal exeat. Et 14. de vſu par. cap. 3. licet
vteri

Fœmina anima quã ſolli citacirca materiã genera- tionis ex colendã.

Digitized by Google

Vteri collum dicat eſſe iter recipiendi ſemen, & expellendi fœtum: cum tamen concipit mulier, adeo claudi inquit, vt nec minimum, aut intus foras laxet, aut foris intro recipiat.

6 * Quæquidem omnia ideo fiunt à matris anima mediante illo organo, vt tres illas ſubſtantias cõcoquat, vt inquit Ariſt. miſceat, illiſque vltimam tribuat diſpoſitionem ad animam embrionicam, tribuatque animam ipſam embrionicam. Nam quamuis vtrumque ſemen in proxima ſit poteſtate ad iſtam animam: ad illius tamen eductionem ex ipſius poteſtate indiget commutatione facta ab vtero, nõ aliter, ac piper ad calefaciendum commutatione indiget facta à ventriculi temperamento.

Natura mira ſapiẽtia circa generationis materiam.

7 * Conſideranda tamen eſt mira naturæ ſapientia, quam ſeruat circa dictam generationis materiam: nam, ſi aliquod ſeminum vel ſanguis deficiat, vel indiſproportionata quantitate omnia coniungantur, vel multum recedant à debita temperatione, nullo modo tentat commutationem, ac viuificationem illius materiæ ſed potius totam expellit. Quapropter ridiculum eſt, & omni experimento contrarium, dicere cum Carterio, & cum alijs, ſemen fœmininum, & partem craſſam ſeminis maſculini, non eſſe neceſſariam ad conformationem partium fœtus. Contingit enim naturalibus mixtis, id quod aliquibus artificialibus accidere videmus, vt ſcilicet nullo modo reſultet compoſitum, ſi aliquod ingredientium deficiat, vel non debita proportione ingredientia ad compoſitionem accedant. Et quemadmodum oximel, verbi gratia, fieri non poteſt ex ſolo melle, neque ex ſolo aceto, neque ex ſola aqua, neque vllum horum alterius vicem ſupplere eſt poſſibile, ſed neceſſarium eſt, vt tale mixtum reſultet, miſcere mel, aquam, & acetũ: ſic quoque, vt capax fiat materia fœtus animationis, neceſſarium ſimpliciter eſt, vt prima illa maſſa conſtituatur ex vtroque ſemine, & ſanguine ſeruante ſingulo ad aliud debitam proportionem. Diximus enim ſuperiùs, nullum ex duobus ſeminibus poſſe al-
terius vicem ſupplere, propter indiuidua-
lem ſexus naturam. * Quod autem in illa 8
prima maſſa, antequam fiat embrio, neceſſaria ſit aliqua ſanguinis portiũcula, conſtat ex eo, quod prima, quæ viuit pars anima illa embrionica ante quamcumque ſcilicet attractionem, ſit hepar, vt poſtea dicemus. Quod quidem ex maiori ſanguinis parte componitur.

Refelluntur aſſerẽtes ſemen fœmininum, & partẽ craſſam ſeminis maſculini nõ requiri ad generationem.

Oximelis compoſitio.

Impraegnatio frequentior quando fiat.

* Idem etiam patet, quia videmus frequentius imprægnari mulieres, quando mediocris ſanguinis quantitas inuenitur in acetabulis: quando ſcilicet, vel iam ſunt in limine menſis, aut cum iam finiuntur. Quod apertiſſimè docuit Galenus lib. de diſſectione vuluæ, cap. vlt. dicens: Conceptionis verò tempus eſt, vel incipientibus, vel deſinentibus menſibus. Quamuis enim reliquo etiam alio toto tempore expurgationis aperta ora hæc ſint, non tamen tunc concipere mulier vllo modo poteſt; cum ſemen nequit in vulua remanere, ſed ab influentis ſanguinis copia eluatur: at ceſſantibus, vel incipientibus menſtruis, & ora aperta ſunt, & menſtruum nõ multum, neque vniuerſum, ſed paucum & paulatim fluit. Quaſi ex humiditate quadam ſanguinea exudante. Vnde efficitur, vt ob aſperitatem vuluæ ſemen adhæreat, ſatiſque alimẽti ex ſanguinis confluentis paucitate habeat. Antea enim quàm menſes veniant, conceptus fieri propterea non valet, quia & alimento caret ſemen, & adhærentiam nullam inuenit, &c. Quibus ver-
bis plane oſtendit non poſſe fieri conce-
ptum ſine ſanguinis portione. * Quod 10
autem tunc ſufficiat guttula ſanguinis, exiguitas primæ molis fœtus declarat. Nã, vt ſæpius obſeruatum eſt à magnitudine grani hordei incipit: quare eius hepar erit ſicut granum coriandri. Vnde parua ſufficiet quantitas ſanguinis.

Cõceptus ante menſes cur nõ fieri poſſit.

11 * In primis igitur ita tota illa materia vnitur, ac intra membranulam colligitur, vt tota illa maſſa oui ſine putamine formam repræſentet, vt Hippocrates, Ariſtoteles, & Galenus experti fuerunt. Cæterum cum illa conglobata maſſa ſit heterogenea, non poteſt ad embrionicæ formæ receptionem ſimul diſponi. Vnde pro-

Digitized by Google

pter neceſſitatem vſus, & propter facilitatem cõmutationis, vt dicemus, prius omnium diſponitur à generante hepar ad receptionem formæ embrionis. Fieri enim non poteſt, vt ab iſta forma embrionis tota ſimul informetur illa maſſa: quemadmodum eſt impoſſibile, vt non ſimul informentur omnes partes fœtus, cum aduenit anima rationalis. De quibus poſtea dicturi ſumus. Informatur verò prius omnium hepar, quia eſt potiſſima ſedes, potiſſimumque principium omnium facultatum vegetatiuarum, quarum ſolæ actiones ſunt neceſſariæ ad totam complendam partium generationem, quæ ſubſeruiunt ſenſitiuo gradui: Quare neceſſarium eſt, vt prius ibi radicetur principium vegetandi. Hoc etenim, & leuiſſima indiget præparatione, & in vna ſola parte poteſt conſeruari propter naturalem ſuam imperfectionem. Satis enim illi eſt habere vias ſenſiles, vel inſenſiles ad attractionem, &

12 expulſionem. * Dicitur namque ſenſim procedere natura in generatione reſpectu introductionis huius imperfectæ formæ; * Nam conceptibus idem accidit iuxta introductionem huius formæ, quod accidit

Natura ſenſim in generatione procedat.

13 partibus plantarum. Quemadmodum enim non eſt neceſſe, vt aliqua planta ſit talis planta, quod omnes habeat partes, ſed ſatis eſt, vt vna ſit informata: ſic vt embrio humanus ſit verè embrio, ſatis eſt, vt illius hepar ſit informatum anima embrionis.

14 * Quod eſt adeo verum, vt Galenus lib. aduerſus Lycum capit. 7. dicat ex ſententia Hipp. ſexto die à conceptione apparere adhuc in fœtu innatum corpus, id eſt prima illa maſſa ſub liquida forma. Et ideo Hipp. lib. de ſeptimeſtri parte, & Ariſtoteles excretiones conceptuum, quæ fiũt vſque ad ſeptimum diem à cõceptione, effuſiones, & nõ abortus appellat: quoniam ſcilicet adhuc liquida eſt maior illius ſubſtantiæ pars. Quod quidem euidens eſt argumentum, quod non tota illa ſubſtantia ſimul informatur forma embrionica. * Quapropter, quod prius viuit vita plantæ, eſt hepar, à quo illico exurgunt venæ,

Cõceptuũ excretiones à conceptione vſque ad diem ſeptimũ cur effuſiones non abortus dicantur.

15 per quas attrahat alimentum ad totum ædificium, vt ab ſtipite plantæ illico oriũtur radices. Quod ita eſſe colligimus, quia, vt Ariſtoteles, & Galenus aſſerunt, idẽ eſt in plantis, & animalibus imperfectus iſte animationis modus. Vnde per ea, quæ in plantis ſenſu percipiuntur, deuenimus etiã in cognitionem eorum, quæ intra viſcera matris contingunt conceptibus.

16 * Introducta igitur ab anima ſeminæ operante, vt agens æquiuocum, forma embrionis in hepate, illico ab eadem forma reſultant in ipſo facultates naturales miniſtræ & miniſtratæ. Quæ licet ſint virtutes illius imperfectæ animæ vegetatiuæ embrionis: operantur tamen in virtute animæ matris, cuius ſunt inſtrumenta. Ab ea enim diriguntur. Nam mediantibus his facultatibus, omnes reliquas conceptus partes perficit. Quod verum eſſe colligitur ex doctrina Ariſtot. nam, quamuis fateatur. 2. de gen. animalium, cap. 1. cor fœtus prius omnium partium animari, hoc eſt animam vegetatiuam recipere: negat tamen reliquas partes ab ipſo fieri corde prius animato; tanquã à cauſa principali, quia ſequeretur, quod cor contineret hepar, & ſic de cæteris partibus, quod eſt abſurdum, vt dicemus. Vnde cõcludit omnes fetus partes ab eadem cauſa principali fieri, à mare ſcilicet mediante ſemine virtutem habente omnes partes generandi, Nam quemadmodum fecit cor, ipſumque animauit: ſic etiam reliquas partes facere tenetur; ſucceſſiuè tamen, ſicut ſucceſſiuè fit retis ab eodẽ artefice, vt probat quibuſdam Orphei carminibus. Et quamuis Ariſtoteles non dicat apertè ab anima, quæ prius fuit introducta in corde ab ipſo ſemine, oriri facultates, quę ſubſeruiãt ſemini ad reliquarum partium generationem; id tamen ex eius doctrina neceſſario colligitur, cum dicat, ideo prius omnium animari à ſemine patris cor fetus, quia cor eſt principiũ, & origo omniũ naturalium facultatum, Vnde concedere tenetur, quamprimum animatum fuit cor anima illa vegetatiua, qua prius tempore animari fetum aſſerit, fluere ab eadem anima naturales facultates, quæ cum non poſſint facere reliquas fœtus partes in propria virtute; concederet quidem

Hepatis productio quæ partes generentur.

Cordis animatio, & aliarũ poſt ipſũ partium.

dem

dem Ariſtoteles operari in virtute ſeminis, quod erat adhuc generationi intentum.

17 *Generationis principalis cauſa, fœmina.* * Nos verò, qui exiſtimamus hepar eſſe principium vegetandi, & fœminã, quæ actu continet hepar, & omnes principales partes eſſe principalem cauſam totius generationis, credimus etiam hepar prius animari à fœmina, vt mediantibus eiuſdem hepatis facultatibus principium pulſandi, & ſentiendi producat. Soli enim fœminæ totum generationis munus eſt à Deo commiſſum eo modo, quo poſtea dicemus. Vnde ipſa eſt, quæ totam facit accidentalem formationem; mediante tamen anima embrionis. Nam eius facultatibus ſanguinẽ attrahit, & cæteras naturales efficit actiones conducentes ad integram materiæ diſpoſitionem, ad attemperationem ſcilicet, & extenſionem. Fruſtra enim eſſet, omninoque impertinens anima embrionis, ſi non conduceret eo modo, quo dictum eſt, ad introductionem animæ principalis.

18 *Fœmina circa generationẽ actio prima.* * Prima igitur actio animæ fœminæ circa generationem eſt facere inſtrumentum ſingulare, ac maximè accommodatum ad illud munus, poſteaque ipſum illuſtrat, vt valeat ex vtero ſanguinem attrahere, & fœtus cæteras partes immediatè facere ad perfectiſſimæ animæ introductionẽ. Quod autem talis conformatio, ac productio partium fiat remotè ab anima fœminæ, conſtat ex eo, quia ab eadẽ anima fit productio animæ principalis, & vt ſæpius dictum eſt, ab eodem agente, à quo fit animatio, fit etiam vltima diſpoſitio: nam anima cõſequitur vltimam diſpoſitionem.

19 Quod autem immediatè, & tanquam ab inſtrumento eiuſdem animæ fœminæ fiat ab anima embrionis, conſtat ex attractione, & reliquis actionibus naturalibus, quæ exercentur ab illa maſſa, tanquam à proprio ſuppoſito, antequam informetur anima principali. Quæ quidem actiones, nec *Actiones ſimpliciter naturales et ſimpliciter vitales quæ dicãtur.* poſſunt dici ſimpliciter naturales, nec ſimpliciter vitales: nam hæ ſunt merè naturales, quæ oriuntur à principio mere naturali: merè verò vitales, quæ à principio merè ac ſimpliciter vitali cum reliquis cõditionibus. At actiones illæ non fiunt à principio merè naturali, quia omnia opera illa ſimul ſumpta, ſunt opera vitæ, neque à principio, quod ſimpliciter ſit vita, ſed quod ſit vita ſecundùm quid. Nam principium illud nondum operatur, ſicut filius emancipatus, ſed adhuc principium illud vitale embrionis eſt, ſicut filius, qui ſolùm mouetur ad patris, vel præceptoris voluntatem.

* Probat autem Scotus neceſſariam iſtam dependentiam, quam habet embrio à matre mediãte vteri natura, quia ſi Deus collocaret eum in quacumque alia corporis cauitate, & non deficerent ei nec ſpiritus, nec ſanguis, periret proculdubio. Ex quibus colligimus, veriorem eſſe noſtram ſententiam, animam ſcilicet embrionis introductam à matre in hepate reliquam facere formationem: eleuatam tamen ab eadem anima fœminæ, à qua fuit producta, quam opinionem Gẽtilis, & aliorum, qui dicunt maſculinum ſemen animari à teſtibus, & poſtea in vtero exiſtens illius animam facere formationem, & animationem in virtute, & tanquam inſtrumentum animæ maſculi abſentis. Sic etiam multo verior eſt noſtra opinio, quàm eorum ſententia, qui cum Ariſtotele fingunt ſolam accidentalem quandam virtutem ſeminis illa omnia facere abſque actuali influentia eiuſdem animæ patris. 20 *Embrionis depẽdentia à matre vt probatur à Scoto.*

* Abſurdior verò eſt alia opinio, quam nouiſſime legimus, quæ quidem ſemen fœmininum actiuum formationis, vt maſculinũ, licet minus forte, facit, & vtrũque eſſe completum principium generationis intra propriam ſpeciem, dixit, ita vt diſtinctæ partes formandæ diſtinctum, ac integrum habeant autorem; Quod quidem videtur eſſe contra rationem. Rectius enim eſt conſtituere idem totius fabricæ agens principale, quod ſemper ſit toti operi præſens, & influens in manuales miniſtros, ſimulque omnia agenda diſponat: non aliter, vt ex Galeno diximus, ac quidam ciuitatis permanſuræ peritiſſimus fundator, qui vias, ac calles, muros, & canales ſimul diſponit, & manuales, quid & quomodo faciendum ſit, miniſtros docet. Quod etiã Ariſtoteli viſum fuit. Vnum enim ſemen 21 *Semẽ fœmininũ et maſculinum vnum eſſe completum generationis principium, abſurda opinio.*

ma-

Digitized by Google

maſculinum omnia facere dixit.

Cæterum antequam abſoluamus ea, quæ de formatione ſunt dicenda, explicare oportet, quid præſtet pater in opere generationis, ne aliquid intactum relinquamus, &, vt firmior maneat noſtra ſententia, quæ totam actiuitatem ad generationem, quæ fit intra vterum, ſoli tribuit fœminæ.

Præællata Archiatri Gallego omnia à Pariſano expenduntur, & vtpote phantaſtica, omnia abiguntur.

DECIMÆQVINTÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall. „ tact.1.„ QVuoniam eo à nobis explicata eſt communis, &c.

Parisan, cont.1. Hactenus minimè cõſuetudo nequaquam lex mutationum Naturæ explicatæ à Gallego; ſed benè confusè ſunt in vniuerſali & generatim, vt ex dictis in omnibus iamnum liquet. In poſterum in particularibus modis à matre qualubet, muliere potiſſimum in viuificando, animando, & formando fœtu, Gallego modis, inquam, fictis, & quo modo fictis dilucidè innoteſcet.

„ Gall. „tac.2. Cum ſit connaturale, non ſolùm artificibus, ſed etiam ipſi Naturæ, &c.

Pariſan. cont.2. Vt Deus, quia Deus Omnipotens ex nihilo omnia: ſic Natura eius pediſequa non ex nihilo quidem, quod Domini tale eſt; ſed ex aliquo minimo ac maximè imperfecto, atque ferè nihilo initio mirabilia, atque diuina conſtruit. Vnde quia Sapientiſſima à Deo, Deo aſſimilatur; adeò vt quandoque pro Deo accipiatur. Quam ob rem dicere ſolemus, Deus & Natura nihil fruſtra faciunt: ſemper faciunt quod melius eſt: Numquam in neceſſarijs deſſiciunt: Dans eſſe, dat omnia neceſſaria ad eſſe, & ſimilia diuina attributa.

Vt propterea noſter Archiatros nimiũ ſibi ſumat & arroget Naturæ derogando, Ipſam arti, & artifici comparando (à qua omnis ars, & illius merè immitatrix) verbis, & æquiparando factis ſuis fictis inſtrumentis: quo modo numquam, neutiquamue admirabilis foret, quod nobis erroneum; Vt miremur talia & multa impreſſioni admiſſa, ſi ſubtiliter, & Aurificis ſtatera ponderentur, nedum à tot ſuis licentiatis laudata, & comprobata.

Quoniam Sapientiſſimæ Naturæ eſt, (contra quàm Archiater) nõ Artificis more & modo imperfecti, infirmique inſtar inſtrumentis incedere, agere, & operari dum conſtruit, & fabricat: quia Illa ſibi conficit, & illis abſque ſibi ædificat domicilium & organa: quibus, dein perfecto opere, extrinſecus mirabilia præſtat, vno tantùm ſibi innato, non vt artis externo, ſed interno, pro totius vitæ curriculo inſito, inquam, calido à generante vniuoco, æquiuocoue (in ex putri) præſtito: non à fictis Archiatri generationis principalis agentis inſtrumentis. Vnde admirabilitas maxima intimiùs & medullitus ſi ſubtiliter, non craſſa Minerua penetretur; vt non artificis more medijs inſtrumentis intrinſecus conſtruat & fabricet (indigna connaturalitas, comparatio, & exemplum Diuinæ Naturæ naſcentis, non diſcentis ad rudem artificem) ex minima vili cœnoſa materia omnia ſibi inſtrumenta mirabilia, & quæ melius fieri nequeunt, fabricet: quibus poſtea mirabilia extrinſecus opera exerceat & præſtet, vt exempli cauſa de Araneo dicebamus.

An dicet Gallego, vt ſupra, ſe de perfectorum generatione loqui, in qua nõ Natura, non Anima; ſed accidentalis facultas abſque anima & ante animæ ingreſſum & aduẽtum, atque eductionem, priuſquam, inquam, in rerum natura ſit, conſtituit? Reſpõſum ſanè haud Archiatro dignum: quod aduerſus, nos vrgebimus de imperfectis concludentes, in quibus nec talis indigna ridicula fuga ſufficit: In quibus Natura putridis ſine huiuſmodi putidis inſtrumentis ad intra fabricat, & ijs poſtea à ſe genitis intus & extra vtitur: intus ad augendam & perficiendam fabricam: extra ad mirabiles exercendas operationes.

Sed quid Archiatre, ſi in perfectis quoque à Natura, ab Anima ea fieri conſtaret

tuis

tuis miſſis fabulis? quoniã noſtra ex ſententia in prima parte probata in ſecũda comprobata, ſemẽ in procreãtibus delineatur: à propria deinde anima delineata perficiuntur, & parenchimata, affuſiones omnes nouiter, & abſolutè ab ipſa progignũtur. Quare inibi, & hic eadem natura: iſdẽ procreandi modus: iſdem finis: eadem informis ineptaque Gallego materia, (nobis, in perfectis ex propagatione ortis perfecta & delineata, ad ſpermatica quod attinet.) vt nobis in parenchimatibus, & affuſionibus. Hoc tamen poſitò diſcrimine, quòd Naturà, anima, non accidentalis phantaſtica facultas, fabricam, & ſibi domicilium conſtruit, fabricat, & perficit; quod pluries repetere, & replicare oportuit.

Gall. tac.3. „ Sed quoniam conformatio membro- „ rum ſingulare eſt, & excellens opus, &c.

Pariſan. cont.3. O quàm verum, germanum & opportunè dictum: Paruus error in principio, maximus in fine, vt præſenti in caſu, verè caſu, abiſſus abiſſum inuocat. Non recordatur Gallego eamdem eſſe Naturam in ex propagatione, ac in ex putri ortis, animam ſcilicet: eadem eſſe mirabilia opera; eundem ortus modum: eumdem finem, ſola excepta temporis neceſſitate. Quam ob rem ſuorum commentorum ſtat in ſententia; vt fœminæ animæ neceſſarium ſit ſingulare ad conformationis opus inſtrumẽtum facere, quo generandarum partium materiam ex vteri venis attrahere, detinere, ſanguinem ſcilicet, & in earumdem partium materiam, inquit, commutare.

Quæ nimis craſſa Minerua, non communi tantummodo opinioni contrariantur; ſed ſenſui quin etiam repugnãt. Quando fœtus hepar (de quo Gallego ſermo eſt) in matris vtero, fœtus fabricæ, nihil conducit: quoniam à matris iecinore totus pro alimento, & incremento ſanguis ſubminiſtratur ad perfectam fabricam, atque in lucem egreſſum vſque.

Gall. tac.4. „ Nam quum maternus ipſe ſanguis non „ ſemper attrahatur, &c.

Pariſan. cont.4. Abiſſus, inquam, abiſſum inuocat. Vt quid Archiatre doctiſſime, in prægnanti fœmina à cothyledonibus, à placenta, vteri cõtinuæ fœtus vmbelicales venæ matris venis coniunctæ non ſemper ab vtero, inquam, ſanguinem attrahunt? quũ ſemper fluat, & velit nolitue vterus (per loquendi modum) neceſſariò vacui vi ſanguinem ſubminiſtrare cogitur, ſi neceſſitas & vacui vis cogeret, dico, quod non ſequitur: quoniam fœtus præterquam ab vtero vnde trahat, & viuat non habet: & vterus vltrò ſubminiſtrat: & externæ matris etiam venæ ſponte ſua perpetuò eidẽ præſto ſunt, etiam ad maximam matris maciem, vt quandoque viſitur ad fœtus egreſſum vſque, abſque vllo ſui iocineris ope: quemadmodum & ſine cordis motu ac auxilio; vt communis fert ſententia, & ratio, ſenſuſque docent.

In primis igitur tanta eſt ipſius animæ „ *Gall.* fœminæ cura in elaboranda ac viuificanda materia, &c. „ *tac.5.*

Nos non ſemel vidimus, audiuimus, & *Pariſan.* certò ſcimus, quaſdam mulieres adeò moleſtè ferre, vtero gerere varijs ex cauſis, vt *cont.5.* medicamentis purgantibus vtantur, pugniſque abdomen & vterum percutiant, abortum vt faciant, alias ſcortorum malas artes mittentes ne concipiant. Aliæ niſi talia indigna facinora committant egrè tamen patiuntur graues fieri, forue: & tamen velint, nolintue, nutritur, augetur, perficitur quo ad omnia membra, & vterus perpetuò ſubminiſtrat; Vt videre neſciam, quo modo, quaue ratione Archiater tale deſiderium & voluptatem matris animæ tribuat, ſi impregnari abhorreat, & abortum procuret. Pugnant ne hæc, in muliere potiſſimùm, necne? An ad pauca reſpicientes de facili enunciant, & iure cerbellottico iudicant, vt ſupra patuit, & infra fuſius conſtabit? Admiſſis interim tamen vteri ſeminis, & priapi appetentia, emunctione, ſeminis attractione, retentione, amplexatione, & perfecta oris vteri cõſtrictione, vt Galenus & ſenſus docent, etiam nolente, & abhorrente mulieris anima, quod quæritur, & Archiatro repugnãs innoteſcit.

Quæ quidem omnia ideo fiunt à ma- „ *Gall.* tris anima mediante illo organo, &c. „ *tac.6.*

Pariſan. cont.6. Quæ quidem omnia matris anima non patrat,

patrat, toties vt diximus probauimuſque; ſed fiunt à propria ſeminis anima fouente, conſeruante, & fabricante; & alimẽtum ſubminiſtrante vtero, vt iam iam oſtendetur. Non vt tres illas ſubſtantias concoquat, & miſceat vterus: quoniam ſemina vtpote concocta & animata vlteriori concoctione non egent: bene menſtruus ſanguis, vt infra ex Galeno declarabitur. Vt cum ſanguine miſceãtur, quod perperam aſſeritur; ſed bene ſemina quippe quæ animata ſimul miſta cum Hippocrate & Galeno, eo nutriantur: miſſo piperis inopportuno de more exemplo, ad remque minimè faciente.

Gall. tac. 7. „ Conſiderandum tamen eſt mira naturæ ſapientia, &c.

Pariſan. cont. 7. Vt quid admiratio de Naturæ ſapientia in vteri materierum reiectione; ſi non ad rem, quum officialium membrorum id commune, & proprium ſit, ventriculi Hepatis, Cordis, ſplenis, Cerebri, vtriuſque veſicæ, atque & ipſius inteſtini recti? Vt quid oxymellis exemplum, ſi alia quamplura naturalia adſint, & maximè ad rem, quemadmodum nos aliàs attulimus abſque arte factis; præterquam quòd illud Carrerij, Ariſtoteles & ſequaces voluerint, etſi perperam: at compoſitum abſque ingredientibus nemo. Addimus, quòd nimis craſſa minerua aſſeritur, ſeminum & ſanguinis miſcellam fieri, vt nec cum Ariſtotele, nec cum Galeno, minimè cum ratione affirmetur.

Gall. tac. 8. „ Quod autem in illa prima maſſa antequam fiat embrio, &c.

Pariſan. cont. 8. Quod priuſquam embryo fiat aliqua ſanguinis portiũcula requiratur fatemur, & vltro concedimus; ſed non vt fiat miſtio, quæ doctis nunquam fit, fierique poteſt: minimè omnium vt tunc hepar fiat, ſicuti iam iam ventilabitur, & euaneſcet.

Gall. tac. 9. „ Idem etiam patet, quia videmus frequentius impragnari mulieres, &c.

Pariſan. cont. 9. Innocens eſt Gallego ab huius ſanguine, Omnia miſcet: omnia confundit, & pulchra à ſe allata, rectè intelligenda, etiã ſi facilia & clara, non capit.

Profectò ſanguinis portiuncula conceptionis initio, neceſſariò requiritur: quoniam ſine illa conceptio fieri nequit. Cur inquies? Non vt cum ſeminibus miſceatur: non vt hepar fiat Gallego doctiſſime; ſed vt hìc Galenus clarè docet de diſſectione Vuluæ capite vltimo, quum ſemen alimẽto caret, ſanguine videlicet, quo nutritur. Et tu aures habes, & oculos, & hæc non vides, non audis, non intelligis? Quia ſemen in vtero illico ſemine nutritur, vt Galenus docet 2. de ſem. c. 1. & 4. & 14. de v. p. c. 11. atque in lib. Hipp. de nat. humana comm. 1. ſent. 27. Mox conſumpto primo alimento, ſemine, ſanguine alitur, in ſemen prius, inquit, conuerſo, vt rationi maximè cõſentaneum. Et primo de ſemine cap. 6. iſdem Galenus docet, ſemen illico vim habere attrahendi ex vtero, nulloque tempore ab attractione quieſcere. Quare cõceptus initio ſanguis præſto eſt, non vt ſeminibus miſceatur, inquam: Non vt hepar generetur; ſed vt ſemen alatur. Ex quibus Galeni verbis, authoritate, & pluribus rationibus, aliàs à nobis allatis, ſemen quatenus attrahit, & primò ſemine, mox ſanguine nutritur, ſemen viuit animatumque eſt, & quà animatum fabricam & domicilium generantibus ſimile ſibi fabricabit, vt ſenſus docet: & conſequenter Gallego phantaſtica omnia ruere.

Quod autem tunc ſufficiat guttula ſanguinis, &c. „ Gall. tac. 10

Ad pauca, inquam, reſpicientes de facili enunciant. Non adeſt, nec ſufficit ſanguinis guttula, ſed plures requiruntur: & ſemen ſemper ab vtero, ſemper repplico, attrahit, vt eo nutriatur ſanguine in ſemen conuerſo, ſi intellexiſti. Non exiguitas primæ molis fœtus declarat: quoniam ſolummodo tunc ſemen nutritur, & illico ſeminea præſenti ſanguine in ſemen conuerſo; vt ſcias ſpermatica prius augeri, quàm hepar gignatur: quoniam tunc hepate non eſt opus, vt nec corde, nec per dies hebdomadas, nec menſes, ſi noſti: quoniam mater (de quibus tu loqueris) matrix ſanguinẽ affluenter ſubminiſtrat, vt ſenſu patet, & vteri fabrica vna cum fœtus membranis & vmbelicalibus vaſis oſtendit, ſi noſti. Pariſan. cont. 10.

In

Gal. tac. 11. ,, In primis igitur ita tota illa materia v- ,, nitur, &c.

Pariſan. cont. 11. Si quis verè ſubtiliter Archiatri diſcurſum vbique ponderare & ſimul diſcutere vellet, quot verba dinumeraret, tot errata colligeret: quoniam de Naturæ operibus, extra Naturam philoſophatur, ac falſis ex libro ſuppoſitis, ac nimis craſſo modo ratiocinatur. Det quæſo veniam: non ſolùm quia occaſionem, & ſcribendi, & liberè loquendi nobis præbuit; Verùm etiam quia in Veritatis gratiā, cuius partes capeſcere inſtituimus, ad Lydium lapidem acceſſimus comprobaturi quę aliàs ſcripſimus. Vt proinde & Veritatis & noſtram ſimul cauſam agamus. Et ipſe propterea vt Philoſophus, hoc eſt, Veritatis amator, pacato hæc animo videat, & ponderet ſuis de ſcriptis periculum facturus, & potiſſimum quum de noſtris, ſermonem habuit. Vtræ ſcilicet ſuæ, an meæ opiniones ſtultæ: vterue noſtri arrogans fuerit: quoniam ad Lydium, inquam, lapidem peruenimus, & Charta clarè cantat; ſed quò digreſſa eſt eò reuertatur oratio.

Prædictam hetherogeneam, ſeminum, ſpirituum & ſanguinis maſſam Hippocrates & Galenus meminerunt, non Ariſtoteles Gallego, qui in omnibus diſſentit. Et Galenus eam calidum innatum vocat & ſtatuit: de quo nos ſupra in ſecunda parte aduerſus Patauinos Academicos, non pauca egimus, eorum omnia reprobantes.

Non eſt hîc neceſſitas, vſus: quoniam ſanguis in promptu eſt ſemini attrahenti, & embryoni, vt ex iam iam dictis patet. Non eſt, nec opus eſt commutationis facilitate: quoniam ſemini & embryoni, inquam, anima eſt. Nequaquam prius alijs diſponitur hepar: quoniam iocinore in vtero, (ſicuti Archiatri in imaginatione) vt corde non eſt opus: quia vterque ſanguis, ſpiritus, & aer, affluenter à matre ſubminiſtrantur, quod Gallego à doctis Viris, ac ab ipſo ſenſu ex fœtus fabrica didiciſſet. Non ab Hepate certò tota maſſa hetherogenea dicta informatur, hinc Archiatri confuſio: quoniam hepar nihil habet cum cerebro, oſſibus, &c. Sed bene ſemen animatum, & conſequenter ſeminea membra omnia facile informare poteſt ceteras corporis partes, parenchymata dico, affuſiones, & propriè dictas carnes ſimul: quoniam omnes carnes, cor, hepar, lien, renes, muſculi venis, arterijs, neruis, & membranis participant in bona philoſophia: Et proinde affuſo hinc, inde ſanguine, è veſtigio totum animatur, vt rationalis anima ingredi poſſit, quod Archiatrum turbat, & ſaltare facit.

Quam ob rem ſemen principio vegetat, vt ſatis ſuperque conſtat ſine hepate, & abſque corde, ac alijs affuſionibus, ſubminiſtrante matre in vtero, non fœtus hepate, (quod ridiculum) de quibus hîc ex Archiatri mente egimus.

Adde, quòd ſentientibus partibus, venis, arteriis, neruis, membranis, affuſiones fiunt, ſanguis affunditur, quod non ſine Archiatri erubeſcētia recordari eſt. Quandoquidem venæ, arteriæ in vtero abſolutè neceſſaria inſtrumenta, Fœtus, Cor, Hepar, Pulmones, &c. in vtero omnino otioſā, ſi doctis cum ratione loquentibus, & ſenſui potiſsimum credendum eſt; Vtque nobis ex oculata fide in de Oui fabrica abſque iocinore, & corde motum referentibus adhibenda fides.

Dicitur namque ſenſim procedere natura in generatione, &c. ,, Gall. ,, tac. 12.

Senſim Natura in generanda, ſeu augenda fabrica procedere neceſſe eſt, non in introducenda imperfecta hac forma Archiatri arbitratu: non ſolùm quia forma in inſtanti introducitur, educiturue, & iam vt dilucidè conſtat, ſemina miſta & animata ſunt: & conſequenter repplico omnes corporis ſpermaticæ partes; ſed quia minimum animatū, paruum ſemen, vt momento temporis animatur: quod doctis eſt generatio, non poteſt breui & citiſsimè, atque niſi ſenſim procedere in acretione: (Archiatro generatione, quæ nobis non ſenſim, inquam, ſed temporis puncto fit.) quoniam ſenſim alitur pro tempore, inſito calido, & viribus concoquit & augetur: & ſic deinceps & continuò. Pariſan. cont. 12.

Nam conceptibus idem accidit iuxta ,, Gall. ,, tac. 13.

in-

introductionem huius formæ, quod accidit partibus plantarum, &c.

Pariſan. cont. 13. Siſyphium ſaxum ſemper vertit; ſed Siſypho ſemper in peius ruit, Conceptus exemplum cum plantarum partibus tranſeat. Eſto idem animalis ſeminis, ac plantæ; Sed quà planta, affuſionibus non egens; quia eius totum ſemen (quod tota planta, & omnes ſecundum ſui partes completa) animatum eſt in ſuo vtero pericarpio teca, vt animalis ſemen & embryo in matris vtero. Exemplum ad vnguem verum, adamuſſim & appoſitè poſitum: vt ſimul & ſemel plantæ ſemen totum ſit animatum & omnibus cum ſuis partibus, quemadmodũ animalis ſemen, quà ſemen, quo ad omnes ſemineas partes animatas, & viuentes; Non quo ad alias animal perficientes affuſiones, (quibus planta caret) Cor, Iecur, Splenẽ, Pulmones, &c. Vt totus Archiatri diſcurſus, & verba omnia caſſa & vana ſint, docente ſenſu.

Quod vt faciliùs experiaris, accipe Violæ, fabæ, piſi, faſeoli tecam virentem, in qua aperta videbis multa grana, ſemina minima & parua primùm, mox mediocria, demum ſtatæ ſuæ ſpeciei magnitudinis tecæ, pericarpio, medio petiolo continuo, qui eſt eius radix: quo petiolo pediculo à ſua teca pericarpio alimentum trahit, augetur, & perficitur. Et ita habes ſeminis veram radicem, proprium illius ambelicale vas.

Atqui ne peruicax inficias eas, tolle à pericarpio, à teca matura ſemina, obſeruando illius pediculi ſitum, & plantata inibi radicis internam remanentem partem, vt vmbelicalia vaſa in fœtu, erumpere obſeruabis.

Melius accipe Ciceris granum, ſemen, cuius pediculus petiolus, accuminata ſcilicet pars in pericarpio in teca eſt radix; planta & eiuſdem pediculum accuminatam partem radicem obſeruabis. Accipe poſtmodum maiora ſemina, ac etiam mediocria, vt pinei: diuide diligenter, & videbis eiuſdem folia & truncum. Planta ſemen pineum, & certò obſeruabis eaſdem partes omnes (vt radicem in teca & pericarpio) numero emergere vlla abſque corruptione. Vt non vna plantæ pars, ſed omnes ſimul & ſemel animatæ viuãt; vt animalis ſemen, ſemineæque partes, viuere & nutriri abſque iocinore, corde, & aliis affuſionibus in vtero ſuperfluis: quicquid dicant ex aliorum ore & libro pendentes philoſophaſtri: quoniam ex Naturæ libro philoſophandum, & ſui iuris ingenio valentibus.

Quod eſt adeò verum, vt Galenus libro aduerſus Lycum, &c. „ *Gall. tac. 14.*

Pariſan. cont. 14. Quod Galenus illam maſſam, innatum calidum vocet (in 2. parte aduerſus Patauinos Academicos reiecimus) noſtra nihil refert, nec Gallego conducit. quid tum? Quod Hippocrates & Ariſtoteles illius maſſæ excretionem nõ abortum, ſed effuſionem appellent, quid inde? Non nouerunt ſemen viuere, vt Galenus, nos, & nobiſcum alij aſſequuti ſunt. Et ſi initio ſemen animatum viuit, nutritur, & augetur, profectò priuſquam ſemineæ partes omnino ſolideſcant, venæ, arteriæ, nerui, &c. viuent, & magis auctæ ſunt: Non tota maſſa (vt non bene Gallego) ſanguinis ſcilicet grumus, vt locò citatò exploſimus.

Quapropter quod prius viuet vita plantæ eſt hepar, &c. „ *Gall. tac. 15.*

Pariſan. cont. 15. Ea propter ſi ſemen ſimulatque in vterum proiectum, & receptum eſt, viuit, nutritur, & augetur ex ſemine & ſanguine, & conſequenter ſemineæ partes, venæ, arteriæ, nerui, &c. & hepar in vtero tunc ſuperfluum ſit: quoniam tunc non ad vitam, nedum ad meliorem vitam: Ergo non primum viuens. Et ſi hepar eſt affuſio, quia ſanguis affunditur: ergo alicui affunditur: ergo illud, cui affunditur, & ſunt venæ, illo priores ſunt: Igitur non ab illo exurgunt; ſed ſanguis hepatis materia illis affunditur: vnde & affuſio dicitur, & parenchyma.

Per venas ad totum corpus alimentum attrahitur quidem; ſed nõ à iocinore Gallego doctiſsime, ſed ab vtero, à matre: & proinde nec eius eſſe, nec vegetali vita: nec præſtantiori eius vita opus eſt. Et quia ſemen nutritur, & venæ ſeminalis in-

inſtrumenta facta ſunt (etiam tibi à phantaſtica tua facultate) abſque hepate, & ſanguis à matrice abſque iocinore in vtero ſemper eſt: Et hepate, affuſione nõdum facta, & poſt etiam perfecta, ſanguis dico abſque Iocinoris ope & trahitur, & tranſmittitur ad enutriendam, perficiẽdamque fabricam fictis abſque nugis.

Miſſo interim quòd radices in planta à ſtipite nõ oriantur; ſed vt animalis ſemen animatũ viuit, &c. Ita plãtæ ſemen ſuis cũ partibus ſimul animatum, vt in teca in pericarpio quo ad radices ſenſu patere diximus & docuimus in 13. cõtactu; Vt vbiq; pateat, quot verba, tot errata emergere.

Gall. ,, tac. 16. ,, Introducta igitur ab anima fœminæ operante, vt agens æquiuocum forma embrionis in hepate, &c.

Pariſan. cont. 16. A patre proles ex Archiatro non procedit: quoniã patris ſemen Gallego eſt pura conceptus materia, anima & facultatibus deſtituta, pulchrum ſanè Archiatri excogitatum. Addit modò, quòd fœminæ anima, vt agẽs æquiuocum in hepar animam introducit: & ita Archiatri ex ſentẽtia, nõ datur generans vniuocum; ſed æquiuocũ tantũmodo, à matre tamen, arbitratu ſuo, procreante. Bellum ſanè inuentum in ex propagatione ortis Malachenſe; ſed quod nihil belli habeat, atque hactenus inauditum. Quia bella & germana Archiatria æquiuocatio in omnibus ſibi ſimilis, reſpondens, & eadem.

Sed quum vegetãs vegetale Archiatro procreat, & vegetalis anima embryonis ſtato tempore deſinat, recedat, corrumpatur eodem in inſtanti ad ſentientis ingreſſum Archiatro. Quomodo fœminæ ſentiẽs anima (abſque vegetali olim corrupta in ſentienti ingreſſu) vegetalem progignet: niſi dicas ab æquiuoco? à ſentienti vegetans, quod nimis durum. Stemus igitur in æquiuoco cum æquiuocante: Igitur vegetalis hepatis huius ab æquiuoco procreatur, & quæ paulò poſt ab eodẽ æquiuoco, matris ſcilicet ſentienti procreanti anima trucidabitur poſt genita (non ſibi ex Gallego: tametſi omne naturale agens ſibi agat, vt de officialibus docebat Galenus, ſecus intellectu, inquit, agerẽt) inſtrumenta ſentientis animæ ſibi non conducentibus: quod eſt vltra naturam: quæ Archiatro licẽt; vt maximè licet ſentienti animæ, & matris animæ, à ſe ſe genitam animam & prolem etiam poſt recepta commoda, & beneficia corrumpere, & interficere, quę præter naturam ſunt: naturalia tamen ab Archiatro poſita atque edocta Ouidiana: partim ex Ariſtotelis: libri exemplo falſis, & à doctis dilucide exploſis: partim proprijs ex phantaſticis.

Nos verò, qui exiſtimamus hepar eſſe principium vegetandi, & fęminam, quæ actu continet hepar, &c. ,, Gall. ,, tac. 17.

Nos Ariſtotelis de corde commentis aliàs reprobatis, miſſis, ſimilia Archiatria propria hepataria, melius hepatica põderemus, vtpote in imaginatione doctiſſimi Archiatri, & non extra extantia, tametſi non ſine libri aura, ſi rationi & ſenſui ſimul fores aperiamus. Quando vt ſupra etiam diximus, ex cœnoſa materia mus generatur ſimilis omnino muri ex propagatione orto, abſque matre, abſque matris vtero, abſque ſentiẽtis matris anima, & pedagogo, ſine ſentientis animæ vegetalis hepatis trucidatione: quæ minimè phantaſtica, nequaquam nos fallunt; ſed ſola ſentiẽtis animæ eductione: quoniam vlterius generans non adeſt, æquiuoci diſpoſitio & effectus: quoniam non amplius materia putris diſponenda, quia animata: nec adeſt Gallego trucidans & corrũpens: quam ob rem prima introducta, in ex propagatione (quicquid Gallego commentetur) ortis, & in ex cęnoſa materia progenitis vna ſola educitur ſentiẽs anima, quæ ſibi ſoli, & non alijs operetur, & fabricet: quo modo verè naturalia rationi conſentanea & ſenſata experimur in imperfectis, & in ex putri ortis. An igitur in perfectis aliorum ex falſis ratiocinijs Naturæ immeritò impoſita monſtra, ſupra, & vltra naturam, ac præter naturam admittemus, & recipiemus? Pariſan. cont. 17.

Quo modo in ex putri ortis (hîc ſiſte quęſo pedẽ, nec puris & vanis ad Epheſios verbis tergiuerſare, ꝙ de perfectorum generatione loquaris, nõ Archiatro dignum Aſilum) ſic ſenſatis & meridiana luce clario-

rioribus,pureque naturalibus abſque fuco mellea hęc Naturæ recondita Fucus ingrędietur?

Etenim ſi à fœminæ anima embryo animatur: Ergo idem numero tunc cum matre: (eo magis, quòd Archiatro patris ſemen pura eſt materia) Et hoc non, quia nec re vera,materia continua, & alia materia: alia principiò (ſibi) forma vegetalis: alia quātitas:aliæ poſitiones cum medijs diuidentibus,& impedientibus. Alij innati calores: alia ſigna & ſimilitudines: aliæ qualitates & conditiones.

Contra modò, Ergo idem numero animal ſentiens: quoniam in eodem inſtanti, in quo ingreſſa ſentiens fœminæ matris olim(nota) in eodem quoque (Archiatro) corrupta fuit vegetalis fœminæ; Igitur in fœmina nō eſt vegetalis: & proinde ſentiens producetur in ſemine, in embryoneue anima: non vegetalis dictis de cauſis. Et ſic Archiatro hepatis anima tantùm vegetalis & ſentiēs poſtea erit: tum quia ſibi ab æquiuoco: tum quia nemo dat,quod (fœmina) non habet. (quoniam mater quum ſentientis animæ particeps euaſit, eodem in inſtāti, ex Archiatro,vegetali deſtituta eſt. Hinc (ni fallor) bella & ſubtilis æquiuocationis mentio Archiatri) & ſimul & ſemel ab vniuoco: quia à matre immediatè producitur,& in matre. Et ſētiēti anima pariter ſimul & ſemel:quoniā à matris anima animatur,quæ Archiatro;inquā,ſola ſentiēti prædita eſt.

Quo modo igitur Ouidiana hæc moderno ex Archiatro? quod Embryo Archiatro vegetali & ſentienti ſic anima ſimul & ſemel animatus ſit,cōtra quā Gallego mordicus ſuſtinere pro viribus cōtēdit.

Quod ſentiēs vegetali deſtitutum anima (fœmina nimirum) vegetale generet Archiatro? Non nobis ſenſui credentibus in ex oui fabrica, & in ex putri ortis ſentienti dumtaxat animari, quæ vt talis vegetat,& ſibi propria inſtrumenta fabricat,atque germanas illa parentum ſimilitudines repræſentat: quæ non te fallunt.

Gall. tac.18. „ Prima igitur actio animæ fœminæ circa „ generationem eſt facere inſtrumentum ſingulare, &c.

Nulla hîc ſunt verba, quę maxima non ſint digna ſpeculatione, & voce quin etiā Archiatri, &c. *Pariſan. cont.18.*

Primùm ſupra à materiali accidentali facultate ſine anima procreata ex Archiatro fuere omnia inſtrumenta animalis mirabilia. Hîc animæ fœminæ prima actio eſt facere inſtrumentum ſingulare, quaſi ſecus alia, Cor, Cerebrum, Splen, &c. ſint vniuerſalia. Quaſi hepar (de quo eius eſt ſermo) embryoni & fœtus agēs ſingulare ſit: in quo tamen ſemper otioſum;quoniā venæ à matrice ſanguinem trahunt & hepati,& toto corpori; Ergo non hepar: Igitur venæ trahentes & primò agētes,primò viuentes erunt,non hepar. Quaſi matris animæ ſit in embryonis ſpatia ſpatiari, & maximè accommodatum ad illud munus, inquit,patrare, bellè. Poſtea illud (addit) illuſtrat. An illuſtrare hîc eſt docere? Vt quæ ſcilicet Iocinoris ſint partes, vt ſuo illico,& immediatè,vt ait,munere fungatur. Et tamen hepar,matris animæ dicto, & illuſtrationi obediens non eſt;quoniam niſi in lucem poſt egreſſum ſanguinem gignit,& operatur,totique conſulit. Et tamen matris eſt præceptum ſanguinem ex vtero attrahere,& fętus (quod belliſſimū) ceteras partes immediatè (immediatè inquit) facere ad perfectiſſimæ animæ introductionem,vt non benè illuſtret matris anima,aut malè Gallego hæc nos doceat. Siquidem ſi otioſū,ſi ſanguinē nec gignit, nec alijs trahit,nec toti conſulit, quo modo potiora,reliquas fętus partes patrabit?

Quod autem immediatè, & tamquam „ ab inſtrumento eiuſdem animæ fęminæ „ fiat ab anima embrionis, &c. *Gall. tac.19.*

Quo modo hepar immediatè: quo modo tamquam ab inſtrumento animæ fœminæ talia præſtat: quū in vtero, inquam, nihil agat, ſicuti ex ſenſu, ratione, & communi Doctorum conſenſu? In illa maſſa, (abortus Pſaltriæ Hipp.) non adeſt hepar, cuius nec Hippocrates, nec Galenus meminerunt; ſed eſt ſanguinis trombus ex abortu Gallego doctiſſime: Prius autem quoniam ſemen animatum erat, ſeminis nutritio & accretio fiebat, non ab hepate nondum in rerum natura exiſtente. *Pariſan. cont.19.*

Cete-

Ceteras Gallego facetias de maſſæ vitalibus, & non vitalibus, naturalibuſue actionibus: deque filijs mancipatis, & patris, præceptoris voluntati obedientibus, pulchra præcepta adiſces, ne vlterius tædio te afficiamus.

Gall. fac. 20. Probat autem Scotus neceſſariã iſtam dependentiam, &c.

Pariſan. cont. 20. Tu nimis fidelis es Malachenſis Hiſpanus: quippe qui dummodo ex libro nauiges, tutus es vbique. Animato ſemini, Embryoni, fœtui, opus eſt vtero, vt conſeruetur, foueatur, alatur: non particulari (quali à Gallego) matris animæ dependentia, niſi qualis eſt toti corpori, vt anima maris: vt anima in ex putri ortis: vbi non ſunt Archiatri fantaſtica, nec dependentiæ, & fętus viuunt & perficiũtur: quæ ſenſus docent: rationes conuincunt: periti in arte cõprobant, quibus in hiſce ſtãdum.

Vt Archiatri hæc ſententia multis nominibus falſiſſima extet, quemadmodum ex innumeris à ſenſu, ratione, & autoritate conuincentibus deductis patet, & deducendis argumentis conſtabit. Si igitur falſiſſima hæc eſt ſententia: Non igitur verior, quàm Ariſtotelis: non verior, quàm Gẽtilis, & aliorum opiniones: quas alias, vt omnino improbabiles, & ſenſui, rationique repugnantes confutauimus.

Mitto Archiatri verbum, Verior Sententia, non bene poſitum: quoniam quum vna tantummodo ſit Veritas, Veraue ſententia, verior, non datur: quia ſi vna vera, aliæ ab illa falſæ ſunt omnes, ſi Gallego placet.

Gall. fac. 21. Abſurdior verò eſt alia opinio, quam nouiſſimè legimus, &c.

Pariſan. cont. 21. Demum magnus Machinator multos inanes poſt labores, poſtremoſque poſt conatus ſuæ vaſtæ naui coronidem imponens noſtram recenſet ſententiam, nulla noſtri facta mentione, nec fortaſſe ſine vafritie: quia in Melampigum ſe incidiſſe nouerit, vt in primo ſuo libro cap. 20. vbi non ſine arte & calliditate inquit, cuiuſdam Pauli Æmylij ſententia, &c. Vt omnia ſemper miſceat, omnia confundat.

Noſtram, inquam, tantummodo ſententiam refert, ſuam, penitus deſtruentem ſenſu, ratione, autoritate: quoniam ſemina miſcentur, & animæ: ſecus qui ſentit, demens eſt, inquit, Hippocrates. Quoniam ſemen miſtum in vtero viuit, & nutritur, inquit Galenus: Et quia ſemen quodlubet, vt præualens, ſexum, & propria genitalia progignit, atque proprias indiuiduales ſimilitudines repræſentat, quæ litem dirimunt, & Gallego fugant: alias præter rationes plurimas, quas in prima parte noſtrarum de Subtilitate exercitationum vidit Gallego, quæ nihilominus ſubodorari noluit: propterea ne verbum ad illas quidem, quod ſcribentis non eſt, Archiatri potiſſimum. Prætet alias multas, quas in Pari, & San. Iudicio ad Mundinium & Sequaces addidimus, ac vlteriùs præter alias, quas nouiter in ſecunda parte, in Lydio Lapide eoſdem aduerſus edidimus; atque præterea alias nunc ſupraattulimus, & infra addemus: quarum plurimarum, vt iamnum reſponſa deſideramus à Medicorum Caterua; Ita & illorum, & harum Archiatria expectabimus, nón ampliùs craſſæ Mineruæ Malachenſia; ſed ſubtiliſſima Archiatria Hiſpana Lydio Lapidi reſpondentia. Non amplius Archiatro hoc cum reſponſo. „ Quod quidem videtur eſſe contra rationem. Reſponſum ſanè non Archiatro Hiſpano dignum: ſubtilibus noſtris incongruum & inopportunum: ad quæ tu ſic reſpondere erubeſciſſes. Siccine reſpondes tu Malachenſis? Siccine tot tantiſque ſenſatis rationibus, autoritatibuſque abſque erubeſcentia ſatisfacis? Apageſis. Bene ſcio, quòd melius nec ſcis, nec potes, nec poteris quin etiã vnquam; Sed tibi proinde tacendum fuit, vt nunc ſi ſapis: tametſi ſerò ſapiant Friges; Verum ſerò ſatius, quàm nũquam: propterea hæc nunquam tu melius ruminabis, nedum digeres. Eapropter ad calendas Græcas ad rem tu reſpondebis: & conſequenter ad Calendas Græcas vſque tibi ſilenti publicè, non ſecreto apparebit, Vtra tua, an noſtra abſurdior opinio extiterit. Vter Noſtri arrogans fuerit in hoc, Nouoque tuo Mundo Malachenſe doctiſſime: nobis verò nunc Victoriam canentibus.

Digitized by Google

Gallego lib. 3. c. 24. pag. 165.

Vtrum mares ſint cauſa vniuoca ſuorum filiorum, vbi declaratur quid ſit id, quod conſtituit patrem in eſſe patris & quod mas non ſolum præbeat ad generationem materiam, ſed potiſſimum etiam inſtrumentum. Gallego.

EA, quæ in hoc cap. diſputare, ac explicare decreuimus, ſecum afferunt fere totum pondus earum difficultatum, quæ aduerſus noſtram dictam opinionem de principatu agentiæ in generatione perfectorum animalium proponi poſſunt. Nam cum dictum à nobis ſit ſolam fœminam eſſe cauſam principalem, ac vniuocam ſui fetus, quia ſola eius anima habere poteſt iuriſdictionem, ac integram poteſtatem, ſiue dominium in illius materiam, dum formantur partes, ac animantur, ad idemque munus nulla ratione accedere poſſe maris animam, neque per ſe, neque mediante aliquo ſeparato inſtrumento abunde ſit probatum: relinquitur, vt mas, nec ſit cauſa vniuoca ſui filij, nec eiuſdem formationis aliquo modo ſit autor.

Femina ſola eſt cauſa principalis et vniuoca ſui fætus.

Quod quidem omnino contra rationem, ac maximum abſurdum eſſe videtur. Nam quamuis Ariſtoteles 2. de generat. anim. cap. 1. dicat marem, & fœminam neceſſariò coniungi debere mediante coitu ad generationem indiuidui; probat tamen marem perfectiorem eſſe, magiſque diuinum ipſa femina. Vnde colligit ſolum marem præbere in generatione principium motus, & feminam ſolam materiam. Et idem probare videtur ratio; nam ideo mas eſt excellentior femina, quia robuſtior eſt ad omnes actiones, & multo perfectius omnes edit: ergo multo perfectior erit ad generationem, quàm femina. Nam cum hæc actio omnibus naturalibus ſit excellentior, committi debet excellentiori artifici. Tum præterea impoſſibile videtur, quod pater non agat in generatione, vt indicat ſimilitudo natorum. Plerunque enim filij patribus ſimiles oriuntur, quod ſine propria actione fieri non poteſt.

Mas perfectior femina.

Deinde abſurdum eſt, quod pater non ſit cauſa vniuoca ſui filij, nec aliquod habeat paternitatis fundamentum: Nam propter ſolam materiæ exhibitionem non poteſt id acquirere. Quemadmodum enim non dicitur ædificator is, qui ad domus confectionem ſolos lateres præbet, ſed ſolum appellamus ædificatorem eum, qui lateres, & reliquas domus materias ita diſponit, vt ex illorum coordinatione eiuſdem domus formam educat: ſic in naturali generatione non erit illius cauſa vniuoca id agens, quod remotiſſimam aliquam diſpoſitionem materiæ præbuit, eamque ſic diſpoſitam alteri exhibuit artifici, qui ex eadem materia ſimilem ſibi producat effectum; Hunc enim ſolum artificem, qui formam dat materiæ, cauſam vniuocam ſui effectus appellamus, reliquum verò cauſam remotam, ac minus principalem. Vnde cum mas, vt probatum eſt, ſolum det materiam ad generationem, idē dicemus de ipſo, quod Ariſt. & S. Th. aſſeruit de femina, eſſe ſcilicet cauſam remotam, & veluti imperfectum quendam artificem reſpectu alterius excellentoris ſecundum eundem effectum. Quapropter nunquam Ariſtot. fecit feminam cauſam vniuocam generationis, quia ſecundum ſuam ſententiam, ſolum exhibet materiam, & accommodatum locum.

Patrem eſſe cauſam vniuocā filij adſtruitur.

Tum præterea ex ſupradictis conſtat, ſolam materiæ exhibitionem non conſtituere veram paternitatis, aut maternitatis aut filiationis relationem. Nam etiamſi vermes materiam recipiant à corpore humano, non dicuntur filij corporis humani, & quamuis Adæ materia fuit limus, non dicitur limus eius pater, nec Adam pater Æuæ, nec terra pater metallorū, & ſic de cęteris. Quare ſi pater nihil aliud habet in generatione quàm eius materiam præbere: non videtur illi relatio paternitatis cōuenire, magis quàm corpori, quod præbet materiam generationi vermium, conuenit paternitas eorumdem vermium.

1 *Mares nō minus quàm feminæ sūt cauſa uniuoca filiorum ſuorum.*

* His tamen non obſtantibus veriſſima concluſio eſt, quòd mares, non minus quàm feminæ ſint cauſa vniuoca ſuorum filiorum, & veriſsimum habeant relationis fundamētum. Quod vt intelligatur explicare

Digitized by Google

care oportet ea, quæ docet Ariſt. 4. prob. q. 14. vbi inquit: Cur ſi ex noſtro ſemine procreatũ animal eſt, prolem id noſtram appellare ſolemus. Sed ſi ex aliquo alio noſtro, vel ex excremẽto, vel ex parte prodijt noſtrum id eſſe nunquam fateamur? Multa enim ex ſemine putreſcente proueniunt, &c. Ex cuius quæſtionis reſolutione colliguntur conditiones neceſſariæ ad eſſe patris, aut filij.

In primis igitur illa omnia, quæ in noſtris corporibus ita redduntur præter naturam, vt gubernari à naturalibus virtutibus amplius non poſſint, ſiue ſint humores, ſiue ſemen, ſiue aliqua corporis pars, iam non dicuntur noſtra, ſed potius à nobis omnino aliena: quare quidquid ab illis oritur, non erit noſtrum, ſed à nobis omnino alienum, cum non regatur à noſtra natura. Nam prima conditio, quam debet habere noſtra proles, eſt, vt fiat, tanquam ex materia vel tanquam à cauſa efficiente, ab eo quod à noſtra natura rectè operante, adhuc gubernetur. Vnde nec vermes, qui ex putrefactis humoribus oriuntur, nec mola, nec monſtrum, quæ ex deprauata generationis materia originem habent, noſtra dici merentur, quia ſcilicet orta ſunt ex ijs, quæ aliena à noſtra natura ſunt. Imò Ariſtot. aduertit, non omnia, quæ à nobis ſecundum naturam oriũtur eſſe noſtram prolem, nec tam magnificum nomen mereri. Vnde nec ſemen, inquit, magni facimus ipſum, nec carnem, &c. In quo loco aſſerit, quod etiamſi ſemen, & caro ex ipſo ſemine, vel ab ipſo ſemine genita, noſtra ſint, quia noſtrarum virium beneficio orta ſunt, & reguntur: non tamen mereri magnificum, & nobile filij nomen. Et reddens huius rei rationem inquit: quorum nihil nobile eſt, quoniam nondum naturam obtinent deſtinatam, ſed catenus naturam attingunt, quatenus ita ſe habent vt ex illis tale creari poſſit, quale nos ſumus, modo ſeruentur, &c. In quo textu excludit etiam à nomine filiorum eas partes, quæ præter naturam ac ſuperfluè in fœtibus gigni ſolent.

Proles noſtra quas requirat cõditiones.

2 * Deinde verò explicans adhuc magis, quod animal appellari debeat noſter filius, inquit, quod ſi ex rebus noſtris ſolo ſemine natum animal ſit, rectè quod ita prouenerit prolem id eſſe noſtram tantum putabimus, &c. Et inferius iterum inquit, talem debere eſſe filium, vt fiat à natura ex non corrupto ſemine, & ſit talis, quale eſt id animal, quod ſemen generauit. Vnde colligitur, quod, vt aliquod animal filius alicuius dicatur, debeat oriri ab eiuſdem patris ſemine omnino ſe habente ſecundũ naturam, factumque ſit à natura eiuſdem ſpeciei rectè operante.

Quod nã animal appellari debeat filius noſter.

3 * Cum igitur tale animal non eſt embrio, ſed acquiſitam iam habet eam naturam, ad quam eſt deſtinatum, iam dici meretur filius. Nam non aſſequitur nomen filij, quouſque noſtram naturam integra ex parte habet acquiſitam. Imo maiori cum proprietate noſter dicetur filius is, qui non ſolum factus nobis eſt ſimilis in natura ſpecifica, ſed etiam in accidentibus indiuidualibus, figura ſcilicet, colore, &c.

4 * Nam hoc pronomen, noſter, apud natos ſignificat proportionem quandam naturalem inter nos, & ipſos. Quæ quidem proportio originem ducit ex noſtro ſanguine, ſpiritu, & ex noſtræ naturæ actione, atque propterea filius, qui propter iſta ſimilis in omnibus ſuis parentibus eſt, maiori cũ proprietate nominatur filius, ideoque magis diligitur.

Pronomen noſter, apud natos qd ſignificet.

5 * Cæterum, vt ſimpliciter aliquod animal dicatur verus pater, aut mater alterius, ſatis eſt, vt illud genuerit per deciſionem ſeminis, aut ſanguinis, aut vtriuſque in locum conuenientem proiectum, & ex ſua propria natura nati. * Ex quo fit, vt in tali ſemine, & ſanguine reſideat aliqua connaturalis virtus actiua, licet ſit inſtrumentalis, & potiſſimè, vt

Vt animal aliquod dicatur verus pater aut mater alterius, quid requiratur.

6 talem habeat connaturalem virtutem paſſiuam recipiendi formam ſuæ ſpeciei, vt aliam non poſſit recipere. Nam mediantibus his potentiis poterit mater ipſum perducere, vt tale fiat, quale eſt id, à quo deciſſa fuit materia.

7 * Vnde colligimus veriſſimè conſtitui aliquod animal in eſſe patris, aut matris per ſolam procreationem talis materiæ genera-

rationis, quæ ex ſua natura ſit capax manere in filio informata forma ſuæ ſpeciei. Nam propter iſtud principium materiale manet ſemper filius coniunctus cum patre.

Qualibet pars filij eſt partialis filia vtriuſque parentis.

Ex quo etiam naſcitur, vt nulla inueniatur pars in filio, quantumuis minima ſit, quæ non ſit partialis filia vtriuſque parentis. Nam cum nulla ſit in corpore pars, cuius ſtamina non ſint ex vtriuſque ſeminis mixtione, nulla erit pars in fœtu, quæ non poſſit ſimul dici filia patris, & filia matris, & ex conſequenti totus integer filius æqualiter erit filius patris & matris.

8 * Ex quibus ſequitur, ſemen potius conſtituere aliquod animal in eſſe filij eius, cuius eſt ſemen, quatenus eſt principium materiale eiuſdem fœtus, quàm vt principium efficiens. Nam propter eam ſubſtantiam patris, quæ manet in filio, dicitur filius coniungi cum patre, & ab eodem tanquam à proprio patre oriri: quoniam ſi ſemen non mutaretur in ſubſtantiam fi-
9 lij, nihil patris haberet filius. * Pater enim

Pater in generatione filij quomodo agat.

non agit in generatione ſui filij, niſi mediante ſemine: * quod ſi ſemen ſolum concurreret actiuè, vt volũt Ariſt. S.Tho, & alij, non conſtitueret patrem in eſſe pa-
10 tris, quia nullum agens naturale conſtituitur in eſſe patris per ſolam virtutem agendi, niſi ſimul aliquid proprium illius ſit principium materiale fœtus, in eoque maneat. Propterea enim quamuis Spiritus ſanctus fecit Redemptoris noſtri ſacratiſſimum corpus, non dicitur eius pater, nec Deus dicitur pater Adæ in ſenſu
11 propoſito, * nec cœlum pater vermium. Nam quamuis ab eo generentur, tanquam à vera cauſa efficiente: quia tamen nihil materiale eiuſdem cœli manet, verbi gratia, in vermibus, non poteſt manere coniunctum cum ipſis, vt manent ea agentia, quæ verè patres appellantur
12 mediante ſemine, & ſanguine. * Vnde, vt

Generatio eſt emanatio.

vera ſit diffinitio viuentis tradita à D. Thom. 1.part. quæſt, 27. art. 2. & alibi in hoc ſenſu intelligi debet: inquit enim generationem viuentis eſſe, quandam emanationem alicuius viuentis à principio viuente coniuncto in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ. Vbi nomine emanationis potius eſt intelligenda productio ab aliquo principio, tanquam à cauſa materiali, quàm tanquam à cauſa efficienti, propter dictas rationes: quia ſcilicet ſola efficientia non conſtituit agens in eſſe patris, & quia coniunctio, quam pater debet habere cum ſuo filio, potiſſimè ſit mediante principio materiali filij orto à natura eiuſdem patris. * Eſt ta- 13
men neceſſaria actio alicuius agentis, quod ſit eiuſdem ſpeciei, nempe fœminæ, vt filius ſimilis, ſaltem in ſpecie, ſuis duobus parentibus efficiatur. Ad quam ſimilitudinem concurrit mas præbendo materiam aptiſſimã informari forma ſpeciei, & fœmina præbẽdo materiam etiam, & ſubſtantialem formam in materialibus.
* Ad ſubſtantialem namque formam in- 14
ducendam impertinens eſt matris, & patris partialis concurrentia. Satis enim eſt talem habere formam, qualem imprimere intendit agens. Ad materiæ verò productionem diuerſa eſt ratio, vt dicemus.

* Ex quibus omnibus concludimus, 15

Concluſio ſupradictorum, licet fœmina ſit præcipuũ generationis agẽs, effectum tamẽ eſſe verũ filium patris.

quod, etiam ſi concedamus præcipuum munus generationis commiſſum fuiſſe à natura matri, fateri ſimul oporteat effectum eſſe verum filium patris: quia ſcilicet aliquid productum ab eiuſdem patris natura, neceſſariumque ad generationem eiuſdem filij, manet in ipſo filio. * Nam quemadmodum S.Thom. ad conſtitutionem matris ſolum requirit, vt concurrat paſſiuè ad generationem ſui filij, præbendo ſcilicet materiam diſpoſi-
tam per eiuſdem matris naturalem vir- 16
tutem, vt naturaliter ſit apta ad receptionem generationis factæ à maſculino ſemine: nullamque aliam vim agendi neceſſariam eſſe dicat ad eſſe matris; ſic nos aſſerimus ad veram paternitatem conſtituendam ſufficere generationem ſeminis, quod ſit potiſſimùm fundamentum materiale, ac veluti baſis omnium partium fœtus, potiſſimamque afferat diſpoſitionem ad earundem partium naturam recipiendam. * Et quamuis mu- 17
nus, quod à fœmina compleri diximus,

illo

illo videatur excellentius: primum tamen arguit robuſtiorem agendi vim, quod in artibus experimur. Nam, vt artifices, qui lapides frangunt, & ligna ſcindunt, & vltimò aptant ad domus fabricam, maiori indigent robore, ac labore, ſimul cum mediocri artificio, quàm ij, qui ex lapidibus, & lignis iam diſpoſitis ædes conſtituunt: ſic mares, qui validius fundamentum totius fabricæ fœtus faciunt, atque diſponunt, maiore indigent virtute, quàm fœminæ, quæ ſemen ipſum leui quadam mutatione formant, & viuum reddunt. Ad quam quidem actionem eas maribus robuſtiores eſſe diximus, non propter ſubiecti naturam, ſed ſolũ propter præſentiam & agendi diuturnitatem, quam mares adipiſci propter defectum loci, eſt impoſſibile. Niſi dicamus inſectorum mares, in quorum corpora fœminas mittere ſuas particulas ad generationem diximus, ſuo etiam ſubſtantiali influxu proprios anire fœtus. Cæterum hoc non fit propter ſubſtantialem influxum, ſed vt debiliſſimus fœminarum calor robuſtior efficiatur à calore maſculorum.

18 * Aduertere tamen oportet, nos non negare abſolutè ſemen maſculinum aliqua habere vim agendi: imò talem in eo concedimus eſſe naturam, vt ſecum afferat à patre potiſſimum, omninoque neceſſarium generationis inſtrumentum; magnam ſcilicet natiui caloris, ac ſpirituum vitalium copiam deriuatam à patris corde, qui calor adeo neceſſarius ad efficientiam generationis eſt, vt ſi tantiſper extin-

Calor natiuus quã neceſſarius ad generationis efficientiam.

19 guatur, nulla fiat generatio. * Solum enim negamus hoc inſtrumentum in vtero exiſtens operari in eiuſdem patris virtute. Nam illico, atque ſemen illud recipitur ab vtero, non agit calor ille in virtute patris abſentis, quemadmodum neque conſeruatur: cum ſi non amplectatur ab vtero, confeſtim corrumpatur, ſed potius operatur in virtute animæ fœminæ, à qua ſola fouetur & conſeruatur, tanquam propria res. Vnde ab ea ſola tunc eleuatur ad operandum. Recepit enim inſtrumentum illud tale eſſe à ſuo generante, vt mediocri mutatione recepta à fœmina, eiuſdem reddatur ad totam generationem commodũ,
& neceſſarium inſtrumentum. * Hunc 20
igitur calorem ſeminalem eſſe vim aſſerimus, qui ſimul eſt diſpoſitio materialis fœtus, & neceſſarium agentis inſtrumentum ad totum generationis opus. Nam illico, ac vtrumque ſemen, & ſanguis in vtero veniuntur, ipſumque calefaciũt, ac ſuis proprietatibus à tota ſubſtantia ortis eundem incitant ad operandum in eandemet materiã, à qua veluti mouetur, ex illarũ ſubſtantiarum caloribus, & ex ſuo proprio vnum conflat, ac debitè temperat, ſibique aptum ad totam generationem complendam facit inſtrumentum, quo immediatè operatur forma embrionis eo modo, quo
diximus. * Eſt namque vt diximus, calor 21
natiuus communiſſimum inſtrumentum ad omnia opera generationis. Quod docet Ariſt. 5. de gen. an. cap. vlt. vbi aſſerit, in rebus à natura inſtitutis varium ſpiritus exhibere vſum. Sunt etenim inquit, ſicut in arte excuſoria malleus, & incus. Et Galen. 14. de vſu part. cap. 6. calorem natiuum eſſe primum, & potiſſimum naturæ inſtrumentum inquit; & 2. de ſem. cap. 5. ad membrorum fabricam ignem, & aërẽ neceſſarium eſſe aſſerit. Et non mirum eſt, quòd fœmina calorem natiuum maſculi incluſum in eiuſdem ſemine, faciat ſibi cõmodum inſtrumentum, & partium fœtus potiſſimam diſpoſitionem ad animæ eiuſdem ſpeciei receptionem: quia cum fœtus ſit opus vtriuſque, neceſſarium erat tale inſtrumentum aptare, quod eſſet connaturale ad vtriuſque materiam perficiendam.

Eſt communiſſimum inſtrumentum generationis.

* Vnde mas, non ſolum eſt pater, quia 22
præbet potiſſimam fœtus materiam, ſua propria virtute diſpoſitam, & aptam ad omnium partium fœtus generationem, ſed quia etiam præbet potiſſimum, ac communiſſimum totius generationis inſtrumẽtum Concedimus enim nos ſemen maſculinum ſecum afferre ex mare omne illud, quod afferre dixit Ariſt. nempe calorem ſimilem in exercitio calori cœleſti.

Mas cur pater dicatur.

* Cæterum quemadmodum ille dice- 23
bat maris calorem facere generationem in virtute eiuſdem maris: ſic nos aſſeri-

mus

Digitized by Google

mus eleuari ad omnia illa opera ab anima matris. Quod procul dubio conceſſiſſet Ariſt. ſi ſciuiſſet, aut intelligere voluiſſet, quod Hippocrates docuerat: matrem ſcilicet virtutem habere generandi. Ex hac noſtra ſententia facile diſſoluuntur omnia problemata, quæ circa generationem exagitari ſolent ab autoribus, & potiſſimè illud, à quo non ſciunt ſe liberare doctiſſimi viri, qui dicunt marem, & fœminam eſſe cauſas partiales generationis, an ſcilicet vna alterius vicem poſſit aliquandò ſupplere. Ex dictis etiam conſtat patrem eſſe cauſam vniuocam ſui filij, cum det vniuocam materiam, & vniuocum inſtrumentum. Nã homo, verbi gratia, dat materiam humanam, & inſtrumentum humanum. Sed tempus, eſt vt ad ſoluenda dubia accedamus.

Præallata Archiatri Gallego omnia à Pariſano perpenduntur vt falſa exploduntur omnia.

DECIMÆSEXTÆ CRIBRATIONIS

LAPIS LYDIVS.

Gall. tac. 1. „ HIs tamen non obſtantibus veriſſima concl. „

Pariſan. cont. 1. Perinde marem ac fœminam vniuocam ſuæ prolis cauſam eſſe nos aſſerimus, & certò credimus, quemadmodum æque ab vtroque verè ſemina animari ſuſtinere intendimus & non fictè ac fantaſticè vt Gallego commentatur.

Quandoquidem hîc ſupra Ioannes cognomento Gallus (Gall'ego) de more benè cantat, ſed è veſtigio, malè ſcalpurit vnguibus miſcendo & confundendo, inquã, omnia. Nimis ſane ponderosè difficultates, de agentiæ principatu in generatione (eius vt verbis vtar) fateor à Gallego proponuntur, & nimis ſanè, confiteor, craſſa Minerua expenduntur, Et quod grauiſſimum iniqua nimis ſanè ſtatera ponderantur ex libro ſemper, minimè animaduertens, quo vento nauiget, ſecundo ne, an aduerſo. Quandoquidem Ariſtotelis non ſtat ſententia de more, ſed modò hoc, modò illud cantat, & recantat, in Problematibus potiſſimum: quam ob rem, multorum eſt opinio illud operis ſuum non eſſe, quos falli alij certò aſſerant.

Verumtamen ſua ſunto, opus, ſententia, verba. Quæſo te, an tecum faciunt Gallego? An verò tu ceu turdus tibi malum cacas? An neſcis tu, quod Ariſtoteles vim generandi & animãdi ſemini in menſtruũ agenti tribuit? Igitur ſi noſtro ex ſemine filius fit, proles noſtra dicitur: quoniam (nobis ſemen animatum eſt) Ariſtoteli vim agendi & procreandi habet. (miſſo, quòd ſemen tibi ignotum, Ariſtoteli vt crepitus egreditur, & euaneſcit) Aſt tibi magno Archiatro nequaquam; quia eſt pura materia cum inſtrumento calido innato abſque anima, ſine facultatibus; quid quod igitur? An ſic verſa vice tecum Ariſtoteles ſi noſti? An ad rem tuam? An potius tibi deſtruit, & tu euertis, tuaque in omnibus ruunt omnia ſi ſapis Archiatre?

Deinde verò explicans adhuc magis, „ Gall. &cæt. „ tac. 2.

Pariſa. cont. 2. Admiratione quempiam affici quandoque ex ignorantia creditur, potiſſimum ſi de Ariſtotele & ſemi mundi Archiatri erratis quis præſumat. At cum ratione admirari, non præſumentis, ſed ſcientis ſtatuere eſt; vt in præſentia nobis meritò contingit.

Etenim ſummopere placet, quòd, vt Ariſtoteles hic orationem retexit: tu itidem ex eius libro recantes eiuſdem exemplo nõ tamen cognito; vt bellè vobis deſtruentibus, tu, inquam, & Ariſtoteles palinodiã canatis, & belliſſimè noſtram in ſententiam adamuſſim inuiti, & ſimul ſponte veſtra veniatis, quod pulcherrimum nobis eſt, & candido Lectori videbitur, & conſtabit.

Adeò ſubtilis hæc tua eſt doctrina: Ita bellè ratiocinaris, vt mutuò contrarij, & inuicem pugnates velimus, nolimusue, quod tu, dicamus & concludamus oportet. Et quod auditu, & dictu pulcherrimũ, & fortaſſe inauditum, Tu Gallego Malachenſis Semimundi Archiater ſimul & ſemel inuitus & ſpontè tua ex propria ſententia, & ex Ariſtotelis libro nauigans can-

cantes, & recantes nobis penitus & omnino aduerſeris: cõtraria prorſus in opinione conſultò, & noſtram in ſententiam omnino ad vnguem, adamuſſim, ad verbum manibus pedibuſque venias. Ad rem itaque hic ex tua litera, quòd (charta cantat) ex patris ſemine proles & filius fit, exurgit (quicquid aliàs dixeris contrarium ſtatuens) & patris ſemen Ariſtoteli eſt agens formans, non pura materia Malachenſis. Quare proles ex duobus ſeminibus agentibus nobis animatis; quid quod Gallego?

Amplius inquit hîc Ariſtoteles, & tu ſecum, videlicet, „ Talem debere eſſe filium, vt fiat à natura ex non corrupto ſemine, & ſit talis, quale eſt animal, quod ſemen generauit. quid clarius? quid luculentus? Vt fiat inquit, à Natura, hoc eſt ab anima. Ex non corrupto, inquit, ſemine Archiatre doctiſſime: quia ſemen eſt animatum, vt nos ſcripſimus & ſuſtinemus, Et tu nihilominus ſupra ſuſtinere contendis, ſemen corrumpi, embryonem corrumpi. Quam ob rem tu ex libro (vt dicunt) aiunt, aio, negant nego. Aedepol belliſſimè,

Gall. tact.3. „ Cum igitur tale animal non eſt embrio, ſed acquiſitam iam habet eam naturam, ad quam, &c.

Pariſan. cont.3. Vt plantæ ſemen Ariſtoteli & ignorantibus eſt inanimatum; ſcientibus tamen & peritis, non ſolum animatum, & viuit, ſed eſt planta, vt non ſemel vidimus & oſtendimus nutriri, augeri, & plantæ partes actu gerere, radices, (quibus in tecis & pericarpijs nutritur) folia, & truncum, & cõſequenter ramos, (non ſub aſpectum cadentes) à quibus folia emanant. Sic animalis ſemen, vtpote; quod Galeno (& rationi) ſemine primùm, deinde ſanguine nutritur, & augetur, nec corrumpitur, vt hîc ſupra tu cum Ariſtotele, & nos volumus; ſed ſemineas partes poſt erumpentes, emergentes, vt è plantæ ſemine tota planta, ſub obtutum non cadentes, obtineat ſenſim & gradatim, vt planta perficitur, & in apertum ſe ſe promit: & licet ſit animal imperfectum, non proinde non animal. Vt infans in vtero: cum principio tum in fieri, ac in facto eſſe, & poſt inde egreſſum, eſt homo, animal rationale, tametſi nõ diſcurrat, & ratiocinetur: ſic nec ſemen embryo, nec ſemen remotiora, vt plantæ ſemen: quoniam magis, & minus ſpeciem non variant. Quid refert, quidue impedit, quin filius ſit patris proles, etſi patri ſimilis non ſit quo ad naſum, oculos &c. ſed matre, aut etiã neutro, quemadmodum ſæpe vſu venit? An accidentales ſimilitudines eſſentialibus detrahũt & derogant? An quia erumpentia è terra ſemina, plantæ à maximè peritis tantummodo cognoſcuntur, non ab imperitis, nõ propterea ſunt tales plantæ? An vt dicebamus, quia tibi & Ariſtoteli ſemina non viſuntur, videnturue plantæ, nobis videntibus non erunt? An (propiùs) quia os bregmatis in infantis capite, exempli gratia, ſui ob tenuitatem in vtero, & extra, ſui ex tenuitate, & continuo motu ex ſubiectis membranis parto, membraneum apparet, cartilagineumue corpus videtur, non eſt os? Os certò ſenſui tunc non eſt: & tamen eſſentiali abſque mutatione, vlla, inquam, ſine corruptione omnes ſecundum dimenſiones augetur, & os craſſum, durum, & ſpongioſum; vt patris tale os, eſt. An igitur quoniam tunc perficiebatur (vt in vtero ſemen, & feminea) & quoniam ſubtilis & pulſans, ſeu mobile, & motum, ſub ſenſum os non cadens, non erat pars cranij, & os? Certò non eſt corruptum & eſſentialiter mutatum; ſed auctum & perfectũ. An quia infantis hepar in vtero ſanguinẽ non procreat: Cor ſpiritus non gignit: Cerebrum non ratiocinatur, non ſunt præcipuæ prolis partes & inſtrumenta progignentia poſt ſimilibus ſimilia? e chu. An tibi ſubtiliori Malachenſi figura & ſimilitudo ex inſpectione pulchri picti iuuenis, & picti ethiopis (poſitis aliorum ſomnijs) erunt proles & filij pictarum imaginum?

Nam hoc pronomen, noſter, apud natos ſignificat proportionem, &c. „ *Gall. tact.4.*

O bella Malachenſis de voce, noſter, ſubtilitas. Eſto propterea in tui gratiam quædam naturalis proportio inter nos, & noſtros filios. Sed quod iſta proportio originem ducat noſtro ex ſanguine & ſpiritu, *Pariſan. cont.4.*

tu,

tu, & ex noſtræ naturæ actione, nimis Indica, ac longiſſimè, & proinde craſſa ex Minerua ducta: Quoniã ex alimento, quod non facit ad figuram, ad eſſentialem ſimilitudinem; ſed ad quandam accidentalem dumtaxat: ſecus omnes filij matri perpetuò, nutricibus ſimiles ſemper: Et quidam populi, qui capras ſugunt, lac è mammis hauriunt, capris (etſi ferini & caprini ſint) in eſſentialibus, & figura ridicula forent.

Ex noſtræ naturæ actione, tranſeat; ſed quatenus moderat, & opus perficit iam prius delineatum (nota Gallego) ſemen: vnde eſſentialis & vera germana ſimilitudo: quia ſemina miſcentur, & prout aliud validius (vt aliàs diximus) in toto, in qualibetue parte dominatur, ſimile totũ, partes, partemue ſuo progenitori mari, vel fœminæ in genitalibus, & in quacunque parte ſimilem facit: quoniam ſemen animatum, ſemen dominatur, & perficit, parentis ſimilitudinem gerens: quoniam ſeminearum partium eſt ſimilitudo, non carnearum ex ſanguine; ſic pudendorum, & omnium, oculata fides docet.

Gall. tac. 5. ,, Ceterum vt ſimpliciter aliquod animal dicatur verus pater &c.

Pariſ. cont. 5. Nimis ſimpliciter, hoc eſt ſimpliciori modo, ſeu craſſiori Minerua hoc doces: quoniam nullum ſic animal progignitur. Nulla mater, minimè omnium pater vllus filium generat ſimpliciter, id eſt abſolutè per ſanguinis deciſionem, quo tantùm fœmina illum nutrit. Sed bene ex vtroque ſemine & ſanguine. Ex ſemine, ſeu (melius) ſemen primùm ambo parentes procreant: Et ita ſemen vtriuſque filius, & proles eſt: quoniam ab vtroque animam aſſequitur: vnde vita, nutritio, augumentum: à quibuſque eſſentiales ſimilitudines, ſexus, figuræ, &c. Et nonnullæ accidentales, colores, caloreſque, &c. A Matre poſtmodum ſanguine perficitur fabrica, carnibus, affuſionibus, parenchymatibus, quo ad eſſentialia ſed iuxta (nota) baſis & fundamenti ſeminalis prædominiũ, Cordis, inquam, Iocinoris, ſplenis, Demum &c. ſeminum, replico, ſecundum ſtamina, vt aliàs expoſuimus. Et ſic quo ad accidentales quaſdam ſimilitudines à ſanguine & lacte, hoc eſt alimento matris & nutricis pronaſcentibus: vnde mores, mollitia, læuitas &c.

Ex quo fit, vt in tali ſemine & ſanguine reſſideat &c. ,, Gall. tac. 6.

Ex quo nullo modo fit, vt in ſanguine, ſic in ſemine pura materia arbitratu tuo, aliqua reſideat virtus actiua connaturalis: quoniam ſic non eſſet pura materia, à qua vt diximus, neutiquam eſſentiales, quemadmodum nec accidentales virtutes, vires, ſimilitudines. Pariſan. cont. 6.

Vnde colligimus veriſſimè conſtitui aliquod animal in eſſe patris &c. ,, Gall. tac. 7.

Vnde falſiſſimè colligitur & conſequẽter aliquod animal in patris, aut matris eſſe, conſtitui poſſe ſolam per talis puræ materiæ generationis procreationẽ: quoniam quà talis maximè in filio, incapax ad talis ſpeciei formam eſt: non ſolùm vtpote pura materia corruptibilis, & ad talem formam inepta: Verùm ineptiſſima quoque ad maſculinum ſexum, ac ad patris eſſentiales, necnon accidentales proprietates, & ſimilitudines: quæ nec mater Malachenſis per ſomnium quoque præſtare, conſtituere, ſubminiſtrare poterit, & deinceps nunquam mas, & filius patris, illiue coniunctus, niſi phantaſticus Malachẽſis. Pariſan. cont. 7.

Ex quibus ſequitur ſemen potius conſtituere, &c. ,, Gall. tac. 8.

Loquimur Gallego de pura ſeminis materia, vt de ſanguine arbitratu tuo, & vt ſupra ſtatuiſti: quod nobis nimis materiatum eſt: quoniam vt nutrix, nunquam erit mater: ſic nec pater ſolum præbendo ſemen, puram, intellige, materiam, nec ſic generans, nec efficiens, quemadmodum nec ſic lactans nutrix. Contra verò efficiẽs principium cauſa producens, & generans, vt Sol & Cœlum ad generationem concurrentia: vnde Sol & homo hominem generant, Sol conſeruando homo progignendo, & Sol ex putri progignit diſponendo. Non pater puram ſubminiſtrando materiam, vt commentaris, & nos ſupra confutauimus: Quoniam ſeminum animæ miſcentur, quod qui non credit, demens eſt inquit Hippocrates: Et ſi anima eſt, quæ dat eſſe rei, viuere, & agere, & ſemen a genera Pariſan. cont. 8.

Digitized by Google

[illegible]ntibus: Ergo, inquam, animatum eſt: Igitur à patre & matre omnia, non à pura materia. Hinc eſſentiales repeto ſimilitudines, ſexus, & genitalium: accidentales ſimilitudines, cæcitatis, ſtrabonitatis, luxationum &c. quæ non fallunt Archiatre doctiſſime; niſi ſtrabonicè agimus.

Gall. tac. 9. „ Pater enim non agit in generatione ſui filij, niſi mediante ſemine &c. „

Pariſan. cont. 9. Quo modo quæſo te, ſi nulla in ſemine tibi actio: nec vt quæ, nec vt quà: quia pura per te materia, medio ſemine pater in generatione agit? An phantaſia tibi phantaſtica venit? An alter tu, ceu Deucalion apud Theſalos ex ſaxis, pura materia homines? Tu itidem maſculino ex ſemine pura materia apud Hiſpanos homines tibi ſimiles progignis, ab ouidianis quoque ne recedas?

Gall. tac. 10. „ Quod ſi ſemen ſolum concurrere actiuè vt voluit Ariſtoteles &c. „

Pariſan. cont. 10. Ariſtotelis de ſemine ſententia à nobis in prima parte confutata eſt, quæ falſa quidem, ſed tua probabilior: quia efficientis ſibi partes gerit, & animal ſibi & Peripateticis (etſi falſo) conſtituit &c. quod pura materia nequit, & potius eſt cauſa eſſe efficiens, quàm pura materia: & vt pote talis omnino inepta ad conſtituendum animal, ineptiſſima ad conſtituendum patrem eſt, quouis matris auxilio, multis dictis de cauſis.

Cœlum vermium non eſt, diciturue pater: non quia non dat puram materiam; ſed quia nō præbet materiam animatam, vt animalia per vniuocā procreationē; ſed vt æquiuocum alienā materiam diſponens: ex qua diſpoſita educitur (nō introducitur ab vniuoco) anima, quę dat eſſe rei & operari. Ea propter non verè Cęlum generās, ſed efficiens æquiuocum ſua vniuerſali virtute. Homo, & brutum animal ſuum eſſe cum inſtrumento, proprietatibus, ſimilitudinibuſque & propriam animam in ſemen à ſeſe confectum introducendo præbet: & ſic verè vniuocum agens, generans & Pater eſt. Itaque Filius verè eſt alter ego. Verèque pater viuit in filio, quatenus verè eius materialis anima filio communicata viuit: & ſic Adam in nobis viuit Archiatre doctiſſime ſi ſubtiliter ratiocineis, & non purè materialiter ſapias.

„ Vnde vt vera ſit definitio viuentis tradito à Diuo Thoma, &c. Gall. tac. 12.

Tuis ſelectis armis tecum collato pede agemus ſemper, vt à tui in nos inſultus principiò perpetuò, & cominus ad finem vſque experiaris, quanti interſit tuam inter puram Archiatriam materialitatem, & noſtram ſubtilitatem; vt tandem receptui canendo, & ſimul recantando canas; Heu patior telis vulnera facta meis. Hæc Diui Thomæ definitio, „ Generatio viuentis eſt quædam emanatio alicuius viuentis à principio viuente „ coniuncto in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ. Ita noſtræ ſententiæ quadrat ſicque adamuſſim prolata eſt, vt nil melius & concinnius. Si eſt emanatio alicuius viuentis: Ergo non puræ materiæ, vt Archiater; ſed alicuius viuentis, ideſt, ſeminis viuentis animati, non alius: quoniam ſemen duntaxat principio emanat à principio viuente coniuncto. à Corde dicet D. Thomas cum Ariſtotele: quod nos non recipimus; quoniam à toto prolabitur, vt aliàs fuſius: & ita à materiali viuenti patri, materialis viuens filius patri primò coniunctus, & quin etiam vt diximus iſdem numero: poſt iſdem ſpecie: non purè quid materiale. in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ, quod puræ materiæ quadrare nequit: quoniam pura materia non oritur à natura eiuſdem patris, quæ eſt anima, viuentis intellige: naturæ ſpecificæ exempli gratia leonis Archiatre: quæ bene noſtro animato ſemini quadrat. Et ita vt eſſe eſt magis ab efficienti ab anima, non à cauſa materiali: Ita in generatione vniuoca dependet ab vtraque efficienti, ſcilicet formali, & materiali: ſimul quidem, ſed ab efficiente potiſſimum conſtituitur, nec ſecus, niſi phantaſticè, & Ouidianè, vt diximus.

Eſt tamen neceſſaria actio alicuius agentis, quòd ſit eiuſdem ſpeciei, &c. „ Gall. tac. 13.

Nulli dubium eſt, quòd in generatione per propagationem ortorū eiuſdem ſpeciei, neceſſaria ſit aliqua actio, fœminæ nimirum; ſed (nota) poſt coitum, poſt ortū, & proinde non ad generationem; ſed ad Pariſan. cont. 13.

con-

Digitized by Google

conſeruationem, ad fotum, ad nutritionē, & augmentum. Quòd ſi dicas, abſolutè neceſſaria fœminæ actio ad perfectionem ad affuſionum carnium procreationē, non reclamabo immo ſponte mea, vt ſupra, & aliàs ſcripſi, admitto. Sed eò tuum nō tendit iter: quoniā tunc procreatio facta eſt, ſemen animatum, viuit, nutriturque. Et tu ſcribis, quòd fœmina ex pura, pura inquā, materia maris, & ſui propria, ac ſubſtantiali forma fœtum patri ſimilē progignat, genitalia fabricando, & indiuiduales ſimilitudines imprimendo, quod prorſus impoſſibile eſt, & purè phantaſticum, vt ſupra omnia.

Gall. text. 14. „ Ad ſubſtantialem namque formam introducendam, impertinens, &c. „

Pariſan. cont. 14. O benedicta Archiatri Impertinentia, ſi fas eſt dictu; quando Malachenſibus hiſce phantaſticis omnia rationi cōſentanea deſtruuntur, & peſſumdantur. Quippe cōmuniter certum creditur, quòd ad concipiendum, & generandum neceſſe ſit, vt coeuntia, mas, & fœmina eodem tempore ſemen eiaculent, ſicuti à Doctis obſeruatū eſt: quoniam in tali venereo actu, matrix deſcendit, membrum emungit ſemen colligendo, & collecto clauditur; atque tunc ſcimus (ex non egreſſo maris ſemine) conceptum factum eſſe: ſecus Archiatro, nec coitu, tali ſaltem opus erit. Bella profectò doctrina.

An tergiuerſando dicet Gallego, ſe loqui de concurrentia poſt dies & tempus: quoniā matrix & mater primum ſibi membrum hepar generant, & ſimilia commenta? Pura iſtæc commenta ſupra confutata: quia in coeundi actu, aut illico poſt, fit cōceptus; quippe è veſtigio à ſemine ſimilitudines; quoniam animę in ſemine, & ex ſemine miſcētur: quod qui non credit demens eſt inquit Hippocrates: quia ſemen ſemine primùm, poſt ſanguine nutritur, inquit Galenus; quoniam vt ex propria lege credas Archiatre, Ioſeph oues in aſpectu concipiebant, quid quòd? quid plura? An iſtæc tibi quadrant?

Gall. text. 15. „ Ex quibus omnibus cōcludimus, quod etiamſi, &c. „

Pariſan. cont. 15. Vt paruus in principio error maximus in fine ſe ſe promat, maior continuò fiat oportet. Ita pariter Gallego à recta declinans maximus Archiater, celeberrimus vt appareat ſcriptor, in principio Auius, in omnibus capitibus Deuius ſemper perpetuò labitur; vt nullibi pedem ſiſtere poſſit; quando ex pura materia, lubrica & præcipiti via, in lubriciorē prolabatur ſemper, vt ad finem vſque videris; omnes vbique lapſus; aut in omnibus vnam continuam (vt hactenus) prolapſionem obſeruabis, & ſecum concludes.

Vt præcipuum generationis munus matri non eſt commiſſum luculentis dictis de cauſis; Ita pariter ortus effectum, verū patris filium ex pura materia fieri neutiquam poſſe, cum ex patris pura Archiatro materia; in qua pura, nihil patris, ex qua pura à matre patris & maris genitalia, & ſimilitudines eſſentiales & proprietates ſignatæ cælari nequeunt.

„ Nam quemadmodum S. Thomæ ad conſtitutionem matris, ſolum requirit, vt &cæt. „ Gall. text. 16.

Diui Thomæ ſententia eſt Ariſtotelis opinio, quam Medici vt falſam non recipiunt, quoniam fœmina actiuè concurrit, vt mas docente ſenſu; quam tu propterea in medium afferre erubeſceres, eo maximè vt Archiater; ſed quia ſemper ex libro nauigas, vt peritior videaris, ſat tibi Celeberrimi Sancti Autoritas; qui propterea vt non Medicus, nec in re anatomica peritus, vt Religioſi & Sancti Viri munus non eſt, nec mulierum corporis ſectionem ſpectare, & obſeruare licuit, & ſuo tempore impius Auerroes Ariſtotelis, corporis hiſtoriam ipſam veritatem affirmaret & celebraret, vt in calce Ariſtotelis vitæ clarè oſtendimus, ipſe in philoſophicis communi ſententiæ adhæruit. Quam ob rem ſi propter quod vnumquodque tale, illud magis; Tu ſubduce Gallego in tui gratiā Archiatriam, maximam tuę ſententiæ falſitatem, & eo maiorem, quia tu Medicus, & nunc ſcribis, & anatomen ſciuiſſes. Pariſan. cont. 16.

„ Et quamuis munus, quod à fęmina cōpleri diximus, illo videatur excellentius, &cæt. „ Gall. text. 17.

O magnus artifex, o ſubtilis & celeber archi- Pariſan. cont. 17.

architectus, ò maxima Archiatri Hiſpaniarum & Indiarum exempla lapidum, lignorū, ad rem nihil, nihil inquam facientia. Sed maximè ad rem ad propoſitam fabricam tibi ſunto: quam quæſo te Archiatre doctiſſime ellaborationem ſemini præbuit mas, pater, nullam Gallego ſapientiſſime: quoniam tibi eſt pura materia, vlla abſque actione, artificio, diſpoſitione: Vnde igitur marri facilitas? Ex hac pura materia feminea maris, patris qua vi virtute, artificio mulier viri mariſue genitalia, eſſentiales ſimilitudines, proprietates celabit? Nos immunitæ imaginationis maxima iſtæc tua phantaſtica Ouidiana non aſſequimur.

Gall. tac. 18. Pariſan. cont. 18.

„ Niſi dicamus inſectorum mares, &c.

En ecce, à ſocco ad coturnum plura ad rem non facientia: plurima ſibi deſtruentia proponens. Iam iam cum lapicidis & fabris lignarijs magna ob oculos conſtituit opera, magnis laboribus perfecta: applica, ad rem, nihil eſt in buſſula. Pater, inquit, dat puram materiam. Vbi igitur ingentes ſunt patris, mariſue labores, lapicidarum & lignariorum fabrorū conatibus ſimiles reſpondentes? Supra de perfectorum procreatione tantummodò ſe agere promittit & profitetur, quod perperam factum fore oſtenſum eſt: Hic modo de inſectis etiam agit ſibi deſtruendo immeritò omiſſis imperfectis. Marium ſupra, puram materiam proponit; hîc, inſectorū mares & patres progignere, animare, & in ſeſe prolem perficere cōtendit, etſi neſciat ſtare loco de ſubſtantiali influxu ſimul negans, & affirmans. quid plura? Archiatro Hiſpano nil ſubtilius, nil firmius.

Gall. tac. 19. Pariſan. cont. 19.

„ Aduertere tamen oportet nos non negare abſolutè ſemen, &c.

Quot verba, tot, inquam, errata. Maris ſemen ſupra pura materia conſtituta eſt: Hic agendi vim poſſidet: igitur à forma, non purè miſti, quoniā altius ſcandit. Hîc talem naturam (ergo animam) ſemini puræ materiæ præbet, vt ſecum à patre generationis inſtrumētum magnam natiui caloris, & ſpirituum vitalium copiam deriuatam à patris corde. Et ita ſemen pura materia vlla ſupra abſque facultate: hîc naturam nō formam, aſſequutum eſt, vim agendi non facultatem poſſidet, & generationis inſtrumētum quo, calidum innatum ſine quod, abſque anima. Magnam innati calidi copiam (qua menſura in magna copia Gallego menſuret, nos ignoramus) & ſpirituum naturalium à corde. Quum ſemen re vera nihil penitus à corde innati veri calidi: nullum re apſe (ſcienti) vitalem ſpiritum à corde obtineat, miſſis ignorantium autoritatibus; ſed à parte, & partibus à quibus ſemen progignitur inſitum calidum, & ſpiritus naturales, genitaleſue ſi mauis, non vitales obtinet, & conſequitur. Quoniam vitales ſpiritus à corde, & ab Aorta in cirſoidibus paraſtatibus, vt ſubtiliores cordis arterioſi ſanguinis partes conſumuntur in alimentum trāſeunt: quam ob rem (aliàs oſtendimus) in cirſoidum fine & prope teſtes, ſemen ſanguinemue (non ſubtilem, arterioſumue) dealbatum videbis, quod etiam Galenus docuit. Eo minus igitur in teſtium perfecto & elaborato ſemine reperietur, in quo, & à quo inſitus calor partim, prout à teſtibus, & alijs ſpermaticis, qui nobis, & nobiſcū innaſcitur, vt ſpiritus naturales, non vitales, vt neſcientes docēt, & cū illis Gallego ex Ariſtotelis & aliorum libro nauta.

Gall. tac. 20. Pariſan. cont. 20.

„ Solum enim negamus hoc inſtrumentum in vtero, &c.

O' Gallego Gallego, ſi innatus calor (quomodocūnque illum accipias pro ſubſtantia, temperamentoue, de quo nos aliàs conſultò) copioſus & validior, & ex elaborata, maris ſeminis maiori eiaculatione fit, quum illius ſeminis, Cur non vt talis (patris) operabitur? & eo magis, quod eſt fortior, & validior fœminæ calore, & eo magis, quod eſt indifferens, inſtrumentū ſcilicet, quo anima, quo ſemen, quo fœtus illius ſignati ſeminis, embryonis, fœtus ad vitam & conſeruationē, non partialis ad marem, fœminamue, niſi quà robuſtior & fortior ſubiectū & indiuiduū robuſtius reddat, vt quotidie fieri videmus pro maiori cocuntium robore, quia eſt eiuſdem rationis cū inſito fœminæ, & vt ſemina miſcentur, ita inſiti, ſiue pro ſubſtantijs, ſiue pro temperamentis innatis, accipiatur. Et ita vnū &

Digitized by Google

idem corpus, & temperamẽtum, quemadmodum animæ, vt germanus Archiater Hippocrates docuit, ſecùs qui credit, demens, inquit.

Vt quid igitur ſi vnum & idem eiuſdem rationis, & eiuſdem intẽtionis, communiter & indifferenter ad vtriuſque vitam & conſeruationem non operabitur? Vt quid vis mutari à fœmina? quo modo, quibus artibus in ſubſtãtiane, an in tẽperamento, docendũ fuit, ſubtilitas in mediũ afferẽda, ſi à nobis craſſioris Mineruæ intelligi volueris. Certum cuique eſt, ꝙ ſemen, tẽperamentũ, virtutes, & poteſtates ab vtero nõ immutãtur Gallego, (nec præbẽtur, docebit te Mola) niſi ex accidẽti corpus quo ad accidentia, vt ſupradiximus, in corporis mollitie, leuitate, & huiuſmodi alijs.

Gall. fac. 21. Hunc igitur calorem ſeminalem eſſe vim aſſerimus, &c.

Pariſan. cont. 21. Quid tibi ſit inſitum calidum, innatus calor, ſeu ſeminalis calor Gallego, neſcio, etſi credam te ignorare: non ſolùm quia ex libro nauigas, non noſtro primo, quem vidiſti, & bellè profectò intellexiſti, vt perbellè inde ſcripſiſti, vtque proinde dignã Archiatriã mercedem recepiſti. Neque ex Ariſtotelis Galeniue libro, de quibus, & de quo innato calido, inſito calore in prima parte egimus: fuſiùs ex profeſſo in ſecũda parte ad Præclaros Patauinos Academicos, quo loci videris, an tua hæc fragmẽta Archiatrio nomini reſpõdeãt. Verũ etiã quia ſi innatus ſeminalis calor, quod, nobis innaſcatur (proinde nobis ſemini animato, non puræ materiæ) eſt animæ & facultatum poteſtatum inſtrumentum: quo modo tibi eſt vis, poteſtas, facultas?

Etſi vt inſtrumentũ menſtruũ ſanguinẽ diſponens, concoquens &c. quo modo eſt diſpoſitio? Et ſi neceſſariũ agentis inſtrumentum ad totum generationis opus, vt tale innatum perpetuò animæ & totius materialium operationum erit, ac etiam, inquam, in totius animalis vitæ curricullo.

Ceterùm Gallego doctiſſime, quo nam pacto vtrũque ſemen & ſanguis, pura materia illico in vtero vniuntur? an à ſe ſe, ex ſe ſe puris materiebus? Et quæ nam eſt vnio iſta? Siquidem ignoramus hæc nos craſſioris ingenij: Quoniam ſi puræ iſtæ materiæ miſcentur, ab aliquo miſcebuntur; ſed à quo? perfectè ne, an confusè & imperfectè? Et ita iſtis ſic ex perfectè, imperfectèue miſtis, omnia corporis membra miſtim fient, hinc Caos, indigeſtaque Moles: Non seminea alia, alia carnea, alia media, vt de Cuti aliàs ſcripſimus: alia hinc inde tranſeũtia, arteriæ, venæ, nerui, membranæ. Aſt ſi ſimul iſtæc vnita ſemina cum ſanguine vterum calfaciunt, vt quid, quam ob rem, & quo modo ipſum calfaciant lubenter audiremus.

Et quæ ſunt harum materierum à tota ſubſtantia ortæ proprietates? Hæc Archiatria arcana. Mundo noſtro Veteri publicanda ſunt. Potiſſimùm quia hiſce vterum ad operandum incitant: & deinceps quæ ſit iſta quoque ſecreta incitatio? Quando ſecus Docti ſcribant, Vterum ſemen appetentem deſcendere, priapum emungere, ſemen attrahere, ſugere, amplecti, fouere, ſeruare, enutrireque ad perfectam fabricam, atque ad in lucem egrediendi tempus vſque.

Vterum incitant, inquis, ad operãdum, ad fœtum formandum, ad animam illis materiebus vnitis incitantibus præbendam. At iſtæ vnionis (ſeminum & ſanguinis) proprietates nobis ignotæ facultates, qualitates non quia incitant vterum ad agendum in ſui ſubſtantiam, fundamentum, materiam, in ſemina ſcilicet & ſanguinem ſimul vnita: Vt proprietates huiuſmodi ſint quid intelligẽs & ſciens quid agendum, quid mouendum ſibi ſit, & quid vtero incitando operãdum & præſtandum ſit in eamdem materiam, à qua veluti, inquit, mouetur. illud, Veluti, Gallego nimis debile, ſed tranſeat. ſe ſe veluti mouetur à materia illius vnionis.

Quo modo ab eiuſdem proprietatibus Vterus, inquam, incitatur? Etſi ex illarum ſubſtantiarum caloribus: Igitur non à proprietatibus. Sed amabo te doctiſſime Archiatre, quo modo ſi calores trium ſubſtantiarum, ſeminum & ſanguinis vnus ſunt inſitus, quo modo Vteri calor externus ſubſtantias illas ingreditur, & vnus, ſeu quid vnum cum illis ſit?

Nos

Nos phantaſtica Archiatria Gallegonea intelligere ariolariue neſcimus, ſi verum eſt, quòd innatus vteri calor ab vteri ſubſtantia nullatenus ſecedere, recedereque nec per latam paleam poſſit; ſicuti nec anima. Ea propter Vteri innatus calor non vnus cum eorum illo: Igitur nec debitè temperat, nec illuc, Debitè, quadrat. Nec Vteri calor inſitus habet, poteſtque temperare. Nec alia eſt innatorum calorum temperies, præterquam ex ſeminum miſcella, & deinceps calorum innatorum miſtione; qui vnus & iſdem factus, alium non poteſt admittere, vt nec anima, materialem animam, ſi noſti.

Gall. tac.22. „ Eſt namque vt diximus calor natiuus „ communiſſimum inſtrumentum, &c.

Pariſan. cont.22. Inſitus calor non communiſſimum totius generationis inſtrumentum tantummodo eſt; ſed totius vitæ, & vitę actionum animalis ſi noſti, quod minimè, tua pace dixerim: quia non penetras: quoniam ex libro (non Naturæ) nauigare profiteris, nec ſic ſcitè, verùm ad pompam ſolummodo, vt ſcribas. Nihilominus ſciendum fuit, quòd à maximi Monarchæ Archiatro, Archiatria, non hæcce minus quàm vulgaria expectabantur, ſi ſanus ſum; Vt non ſemel propterea admiratus fuerim in tui libri principio earum ingentium Doctorum erga te laudum vbertatem.

Ceterùm ad rem noſtram. Tu quidem ex libro nauigas, & nauigare profiteris vbique; ſed Verſoriam (nauigandi, vt aiũt, buſſulum) non inſpicis, tantum abeſt, obſerues. Quippe Ariſtoteles aliter ſentit, vti ex magno Peripatettico Philoſopho Cęſare Cremonino Patauino Academico colligere eſt: quem cõfutauimus in ſecunda parte noſtrarum nobil. exercitationum. Et tu cum Ariſtotele bifariam ignoras: tum quia, vt dixi aliter ſentit: tum quia cum ipſo ſpiritus ex corde varium exhibere vſum exiſtimas, quum in ſemine cordis ſpiritus non adſit, vt probauimus: & extrinſecus accedens, non intrinſecus, non inſitus, nec aptus ad talia opera.

Nec Galeni libros vidiſti, tantum abeſt eius ſentẽtiam obſeruaueris, qui innatum calidum, ſemen, menſtruum, & ſpiritum ſimul voluit, quod Patauini Academici Sala, Caimus, atque Sanctorius ſuſtinere voluerũt: quàm Galeni & eorum ſententiam ibid. in ſecunda parte nos confutauimus, & quid ſentiamus, ſcripſimus. Ea propter ex Galeni ſentẽtia inſitus calor, innatumue calidũ (vt ſuo loco fuſius egimus) non eſt ignis & aer, vt tu non verè, nec bene ibi tribuis, & iudicas ſuperficie tenus. Quare tu (cum Plauto) Verſoriam cape, & tua pace dixerim, quoniam in Veritatis gratiam hæcce omnia.

„ Vnde mas non ſolum eſt pater, quia „ præbet, &c. *Gall. tac.23.*

Gallego vtpote qui in tenebris ambulans iter facit, eius pes vbique vacillat & prolabitur. Primùm patris ſemen puram materiam ſtatuit; poſtea addit, ſua propria virtute diſpoſitum, quum antea nulla eidem facultatem conceſſerit, & de iſta vi virtute ne verbum quidem. Demum poſt multa, fugę conſulens, in Ariſtotelis & neſcientium Aſylum ſeſe confert, vt qui poteſt capere capiat, & ipſe omnia confundat. Concedimus enim (inquit) nos ſemen maſculinum ſecum afferre ex mare omnę illud, quod afferre dixit Ariſtoteles, nẽpe calorẽ ſimilem in exercitio calori cœleſti. *Pariſan. cont.23.*

Et ita maris ſemen abſque matris facultatibus, abſque matricis calore, ſine matris anima poteſtatem habebit è materiæ potentia, vt cœleſtis calor educendi formam, animam; Et ita aiunt aio, negant nego.

„ Ceterum quemadmodum ille dicebat, „ maris calorem facere generationem, &c. *Gall. tac.24.*

En ecce, dictum factum, inquam, ſententiam mutat. Cum Ariſtotele Gallego patris ſemini (non in Ariſtotelis via, quod ex menſtruo formet & generet, poſtea in crepitum abeat) fetus materiæ cęleſtem calorem, virtutem, &c. concedit, & ita vim generandi, & formam è materiæ potentia animam educendi, vt ex putri cœleſtis calor. Mox vt Ariſtoteles à maris calore, &c. Sic Gallego à matris anima ad omnia illa opera elleuari aſſerit. Hinc bella contradictio, Maris ſemen ex ſe ſolo, matris abſque ope & anima (polito matricis tamen fotu, & alimẽto) generabit. Sic mater, &c. *Pariſan. cont.24.*

Digitized by Google

Vt ſi in hiſce,& ex hiſce omnia confunduntur, non video quo modo vllum poſſit ratione & ſenſu diſſolui problema. Ac tandem ex phantaſticis ablegatis vanitatibus patet;Patrem ſui filij vniuocam cauſam eſſe,ſicuti eſt mater: quia materialem animam præbet Archiatre doctiſſime. Nõ quia materiam dat; ſed quia eſſe, viuere, operari, eſſentiales ſimilitudines, atque proprietates: Vnde filius eſt alter ego:& ſæpius in omnibus,quæ ab anima ſunt ſimilimus: quæ à materia pronaſci abſque patris anima, eſt vanitatum vanitas.

Quam ob rem verè ſemen nutritur,quia animatum, Animæ miſcentur quia ſemina animata. Et Vniuocæ Cauſæ ideò Vniuocæ: quoniam animam præbent,& verè proinde Pater & Mater dicuntur.

Quo ſano modo verè Omnipotens Benedictus Deus eſt Pater Noſter: quia creat & dat animam rationalem,non materiam, vt ſupra de Adã dicebamus. Sic Noſter Soter Chriſtus docuit nos orare, Pater Noſter,Qui es in Cœlis,&c. De ſecus ſic credenti actum eſt. De quibus te eſſe non crediderim,abſitque.

Æquiuoca cauſa,& generans,eſt,quod non dat animam;ſed ipſam è materiæ potentia educit,vt ex putri ortorum Sol & Aſtra. Sed iam ſubtiles ad Archiatrias ſolutiones accedamus.

Gallego lib.3. c. 26. pag. 168.

Diſſoluitur argumentum de ſimilitudine natorum cum patre aduerſus ſupradictam ſententiam propoſitum;ac explicatur accidentalis ſimilitudinis cauſa. Gallego.

QVoniam ex ijs, quæ diximus ſatis ſoluta manent omnia, quæ aduerſus noſtram ſententiam propoſuimus, præter id,quod de ſimilitudine filiorum cum parribus diximus, propterea nunc explicare oportet,quæ ſit illius ſimilitudinis cauſa,& cur non ſint omnes fœtus fœminæ cum à ſola fœmina fiant. In hoc igitur capite primam dubitationem ſoluere decreuimus; in ſequenti verò ſecundam explicabimus.

1 * Meritò igitur dubitatur, cur multi filij patri aſſimilentur, cum totam actiuitatem neceſſariam ad formationem, & animationem fęminæ tribuamus. Ad cuius dubitationis reſolutionem reſpõdemus in primis ſolam ſimilitudinem ſpecificã primò,& per ſe intendere agens generationis vniuocæ,quodcunque fuerit agens: ſimilitudinem verò ſexus,& indiuidualem plerumque contingere ex accidenti.

Filij multi cur patribus ſimiles cũ tota formatio fœminæ tribuatur.

In primis igitur, quod ſolum conetur agens vniuocum facere fętum ſibi ſimilem in ſpecie, patet; quia totus eius labor eſt inducere animam ſibi ſimilem. Nam propter eius inductionem varijs,ac multis diſpoſitionibus præparat materiam, non propter hanc, vel illam figuram,vel propter hunc,vel illum colorem, vel propter hunc,vel illum ſexum, ſed propter finem, propter formam ſcilicet ſubſtantialem. Ad animam enim caninam, verbi gratia, ſatis eſt agenti facere temperiem, & ſtructuram caninam,ſiue niger,ſiue albus,ſiue fęmina, ſiue mas ſit fętus. 2

* Quod verò agens generationis ſit indifferens ad ſimilitudinem ſexus,& ad ſimilitudinem indiuidualem, patet ex multis. In primis quia ſexus,& multa indiuidualia accidentia eueniunt fętibus, non propter intentionem agentis, ſed propter diſpoſitionem cauſæ materialis. * Quod manifeſtè patet. * Nam ſi ſemen, verbi gratia, decidat à corpore morboſo, membra fętus erunt morboſa, etiamſi agens ſit omnino ſanum. Illud enim fit propter diſpoſitiones morboſas exiſtentes in ſemine. * Et idem accidit,ſi materia hunc,vel illum colorem obtineat, quod verum eſſe etiam conſtat,quia aliqua ſigna,quæ ſunt in auo, & nullo modo inueniuntur in parentibus, ſolent elucere in nepote. 3 4 5

Generationis agẽs eſt indifferens ad ſimilitudinem ſexus, & indiuidui.

* Tum præterea regiones ſolent variare natorum colores,quia materiam generationis magis aduſtam, vel pituitoſam reddunt. Fiunt quoque pueri magis, vel minus iracundi, diuerſoſque habent mores pro diuerſa temperie materiæ generationis: quemadmodum idem etiam eiſdem accidit poſtquam editi ſunt in lucem pro diuerſitate alimentorum. * Fiunt verò partes fętus diuerſarum naturarum 6 7

Puerorũ diuerſi colores & mores vnde oriantur.

pro-

Fœtus partes cur diuerſarum naturarũ.

propter diſpoſitiones permanentes in ipſa materia. Nam quemadmodum coniunctio naturalis filij cum parentibus magis fit propter id naturale patris, quod manet in filio, quam propter actionem generandi, vt ſuperius diximus; ſic etiam morboſa, aut ſana coniunctio eiuſdem filij cum parentibus magis reſultat ex diſpoſitionibus materialibus manentibus in filio, quã propter agentis intentionem. Cogitur enim agere ſecundum diſpoſitiones materiales, quas non poterit emendare agens.

Similitudinis indiuidualis cauſa efficiens immediata.

8 * Superius verò cœpimus dicere cauſam efficientem immediatam omnis indiuidualis ſimilitudinis eſſe virtutem generatiuam, & formatiuam: hanc tamen multoties bonam, aut malam membrorum diſpoſitionem efficere propter bonam, aut
9 malam diſpoſitionem ſeminis: * omnium verò diſpoſitionum ſeminis autorem eſſe teſtes, quibus ſolis commiſſum eſt à natura opus efficiendi ſeminis. Nam cum anima reſpectu totius ſuppoſiti, ita ſit vniuerſale, ac æquiuocum agens, vt cœlum reſpectu totius mundi, quemadmodum hoc eminenter, ac in propria poteſtate continet omnia, quæ à natura fiunt in inferiori mũdo: ſic anima eminenter, ac veluti agens ęquiuocum continet omnia quæ fiunt, & ſunt in corpore, tanquam in radice: quãuis aliquos actus non poſſit in quacunque parte exercere, ſed in ea, quæ debitam habet diſpoſitionem, à qua veluti contrahitur ad vnam, potius quàm ad aliam actio-
10 nem exercendam. * Quapropter non mirum eſt, ſi ſupremus noſter Autor talem poſuerit in teſtibus materialem diſpoſitionem, vt mediante illa poſſit anima ſubſtantiam eam producere, ex qua, tanquam ex materia generetur ab agente generationis, non ſolùm ſibi ſimile in ſpecie, ſed etiam ſimile vtrique parenti in indiuidualibus ſignis magis, vel minus, prout magis vel minus fuerint ſe-
11 minum diſpoſitiones. * Nam autor, qui potuit facere, vt medio temperamento cerebri anima apprehendat omnium ſenſibilium externorum quaſcunque notas, propter quod dixit Ariſtoteles, animam eſſe quodammodo omnia; facere etiam potuit, vt eadem anima, tanquam agens vniuerſale, mediante temperatura teſtium, imprimat in ſemine quaſcunque ſui corporis notas, & membrorum diſpoſitiones, vt inde poſtea eluceſcant in ge-

Anima eſt ſicut omnia ex Ariſtotele.

nito. * Propter quam cauſam nos dicere 12
poſſumus totam animam eſſe in teſtibus, id eſt, animam, mediantibus teſtibus omnia, quæ ſunt in corpore poſſe efficere. * De 13
cuius poteſtate merito hæſitare omnes poterunt, difficulterque ipſam credere: cũ de ea poteſtate, quam circa ſenſibilia obtinet anima; nullus dubitet. Nam cum hęc omnibus ſit patens, ac manifeſta, maximèque conſueta, nullam cauſat admirationem. * At verò, cum ea poteſtas, quam 14
eiuſdem animæ gradus vegetatiuus, mediantibus teſtibus, & vtero, exercere poteſt ad ſui ſimilis generationem, ita à ſenſibus fugiat, vt nulli ſit conſpicua, non mirum eſt, ſi rariſſimi ſint, qui ipſam olfacere poſſint.

* Ex facto igitur ſemina cum dictis di- 15
ſpoſitionibus, ita facile eſt animæ fœminę cum ipſis diſponere fętus membra, ac eſt ſemper caput facere in parte ſuprema, oculos, & os in parte anteriori, & pedes in inferiori, & ſic de cæteris. * Vnde fit, vt ſi 16
anima patris producat in ſuo ſemine diſpoſitionem imbecillium, paruorum, aut magnorum oculorum, verbi gratia, anima fœminæ mediante vtero, producat in filio ſimiles oculos, niſi forte mediante diſpoſitione proprij ſeminis ipſa poſſit aliquid corrigere. * Hæc etenim eſt vna ex 17
cauſis, quare morboſus pater filium generet ſanum. * Cæterum multoties contingit, vt pater morboſus filium generet ſanum, & iſte homo ſanus producat filium morboſum, vt erat auus, & idem dicendum eſt de reliquis ſignis: quaſi ſit hæres aui, & minimè patris. Dicimus tamen 18
quod etiamſi recipiat filius morboſas diſpoſitiones à patre, fieri tamen poſſe, vt ipſe filius non ſit ægrotans: quia ob multas cauſas fieri poteſt, vt illarum diſpoſitionum effectus, vel omnino occultentur, vel ſaltem per aliquod tempus. Quod ſi in huius filio non inueniantur dictæ cauſæ impedientes malarum diſpoſitionũ, pote-

Cur morboſus pater generet filium ſanum, et ſanus morboſum.

Digitized by Google

runt cauſare ſuos effectus, & hoc modo
nepos hæreditabit ab auo, & non à patre.
19 * Eſt etiam alia ratio deſumpta à cauſa
efficienti inſtrumentali, ob quam filij po-
tiſſimè patri aſsimilentur. Nam quamuis
in virili ſemine non ſit actu forma em-
brionica, quam diximus eſſe immediatũ,
licet inſtrumentale, principium formatio-
nis: eſt tamen tanta ſeminis diſpoſitio ad
talem animam vt ipſum cum ſanguine, &
ſemine fœmineo facile ipſum recipiat eo
20 modo, quo dictum eſt. * Vnde cum illius
maſſæ maior copia ſit ſemen maſculinum,
eiuſdemque excellentior pars, neceſſariò
forma, ſeu anima embrionis producta ab
vtero, debet operari ſecundum diſpoſitio-
21 nem, & aptitudinem ſui ſubiecti. * Nam
quemadmodum piper, verbi gratia, quod
nullum habet formaliter calorem, quouſ-
que mutatum eſt à noſtra natura, poſtea-
que calore illo informatum alterat eãdem
naturam, à quo fuit eductum, ex poteſtate
in actum, non ſecundum gradum caloris, à
quo fuit mutatum, ſed ſecundum ſuam
natiuam diſpoſitionem; ſic ſemini con-
tingit informato forma embrionica bene-
ficio vteri, quod non operatur ſecundum
naturam eius agentis, à quo fuit mutatũ,
ſed potius ſecũdum aptitudinem materia-
lem eius ſubiecti, à quo fuit receptũ. Mo-
dus enim operandi formarum ſubſtãtia-
lium eiuſdem ſpeciei maximè variatur,
propter diſtinctas ſubiectorum materiales
diſpoſitiones, vt apparet in actionibus a-
nimæ rationalis, pueri, adulti, aut phre-
netici. * Imo, vt à doctioribus ſolet dici,
ſi per diuinam Dei potentiam, aliqua ani-
22 ma rationalis introduceretur in corpus a-
ſininũ, omnes actiones materiales effice-
23 ret, vt aſinus. * Qua propter etiamſi ani-
ma illa embrionica educatur de potentia
illius materiæ, potiſſimè ſeminis virilis, ab
anima matris, & actu formet propter fa-
uorem eiuſdem matris, à qua dirigitur, &
conſeruatur: conformat tamen ſecundum
diſpoſitiones, quas impreſſas reliquit in
eodem ſemine anima patris. Vnde cum
externa fœtus figura ſequatur formatio-
nem, ac diſpoſitionem materialem partiũ,
vt dicebamus tanto magis aſſimilabitur

Alia rõ ob quam filij potiſſimè patris ſimilitudinẽ referunt.

Modus operandi formarũ ſubſtantialium eiuſdem ſpeciei unde variãtur.

filius patri, quanto magis ſuis partibus ſimile in temperamento, & reliquis accidentibus in vterum eiaculatus fuerit ſemen, ſi non ob aliam cauſam corrumpatur. Mutari enim ſolet embrionis congenita operatio, aut quia eſt in vtero malè temperato, aut propter admixtionem malè temperati fœminini ſeminis, aut ſanguinis. Nam quemadmodum ſuperius eſt dictum ex 4. de gen. an. quodcũque cõmiſſũ in principijs generationis peccatũ, magnam in poſterum noxã afferre ſolet.

Quẽadmodum igitur ſi ſurculus optimi pomarij in fœcunda, beneque temperata terra ſeratur, ſimilẽ patri producit arborẽ ſi verò in ſterili, ac malè temperata, languidum, & malum fructum ferentem; ſic animalium ſeminibus contingit. Nam etiamſi ſemen optimas habens diſpoſitiones generetur à mare; ſi tamen in vterum malè temperatum incidat, languidus ex eo generabitur fœtus.

Ex quibus omnibus conſtat, cur filius aſſimiletur patri, etiamſi ſola fœmina ſit principalis cauſa efficiens totius generationis; in ſequenti verò cap. explicabimus, quare cum ita ſit, fœmina non ſemper generet fœminam, ſed aliquando fœminam, & aliquando marem.

Gallego Argumenti de ſimilitudine natorum diſſolutio à Pariſano reſcenditur, & cetera illius de ſimilitudine commenta expenduntur, & abiguntur.

DECIMÆSEPTIMÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

MEritò igitur dubitatur, cur multi filij patri aſſimilentur, cum &c. » *Gall. tac. 1.*

Meritò admiramur nos, quòd Archiater ita loquaris, quòd meritò ſcilicet dubitẽs, &c. quum tu, quia phãtaſia tibi phãtaſtica venit, certa hæc habeas; & alia, ante hæcce tua phantaſtica, priùs inquam inaudita, & minimè per ſomnium imaginata erant, & conſequenter à nullo, neutiquamue ſic dubitatum; quid quod igitur? An conſcientia tibi mille teſtes? *Pariſan. cont. 1.*

neque

neque hoc, quoniam nec tibi conſcius: quid igitur inquam? admirantes admiremur.

O Bone Deus, ò Sancte Deus, quod agens particulare vniuocum per propagationem progignens ſimilitudinem ſpecificam primò & per ſe intendat? quum omnes homines (etiam ruſtica progenies ſpeciem penitus ignorans) tam mares, quàm fœminæ cum pulchrioribus coiungi deſiderent, pulchram vt prolem, ſignatum indiuiduum ſibi ſimilem omnino procreent, non in ſpecie Archiatre doctiſſime. Quam ob rem Galenus, & alij docti viri ſcribunt, & conſulunt (nobis fabulæ) in cubiculis pictas ob coeuntium oculos Adonidum, & Venerum pulcherrimas imagines teneantur. Et plures etiam Celebres Viri credũt, (nos minimè) & ſcribũt, ex ficta imaginatione in coitu amantes mulieres prolem conſequi. Vt alij certò habeant, ex Iacob ouium exemplo. De quo nos ſuo loco. Et tu vnus, & ſolus peregrinus Semimundi Archiater, hæc ignoras?

Tu ſimilitudinem ſexus, & indiuidualem ex accidenti plerunque contingere vis, & doces abſque erubeſcentia?

Gall. tac. 2. Pariſan. cont. 2. „ In primis igitur, quod ſolum conetur „ agens vniuocum facere fœtum, &c.

O quàm magnus Archiater à Naturæ ſecretis: quippe qui totus abſtractus, & in abſtracto, non vt Ioannes Gallego Malachenſis; ſed vt homo ſpecies, omnes inter homines continens loqueris & ſcribis, ac de homine vniuerſali rationis ente, de illo ſi ſit ſermo, prout tua in mente eſt, ſermonem habes: nec falleris quidem fundamẽtaliter, vt loquuntur. Quoniam re verá Canis natura ſpecifica (tuo vt in exemplo permaneamus) indiferens eſt, ſeu indiferenter ſe ſe habet ad hanc vel illam magnitudinem, colorem, temperationem, ſexum, &c. Quoniam huiuſmodi magnitudines, ſexus, temperationes, colores continet omnes archiatria tua in mente. Sed Gallego doctiſſime tuam extra mentem, & nobis, actiones ſunt ſuppoſitorum concretorum, non abſtractorum vniuerſalium; ſed ſingularium. Canis vniuerſalis iſte tuus non generat; ſed particularis, hîc (iſtæc omnia ignorans penitus coitum dumtaxat appetens ſi modo appetit) ſignatus canis indicus, malachenſis, expilis, albus, paruus: qui ſi cum ſimili fœmina coeat procreabit canes non magnos, venaticos, barbones, nigros, &c. ſed paruos, albos, expiles, &c. An tibi quoque ſic ſi noſti. Quam ob rem non ſat eſt vniuerſaliter temperiem, & ſtructuram caninam conſtituere (quod etiam tuam extra mẽtem non poteſt) phantaſticis tuis ſuperiùs excogitatis modis, & tuæ puræ ſemineæ materiæ; ſed animato haſce ſignatas ſtatuere eſt: quoniam ſic canis, hoc, quo præditus eſt, temperamento agit, nec ſecus agere poteſt: à quo actiones, & prout alia membra, & partes alijs temperationibus, eſſentialibus ſimilitudinibus, ſexus, colorum, &c. prædita ſunt, talia, ſimiliaue progignuntur: nec ſecus in bona philoſophia. Quoniam omnia ſic ſe conſeruare appetunt, & ſimile ſibi ſimile procreat. quod in ijs perpetuò viſitur, quæ abſque coitu generant, Plantæ. Secus in coeuntibus vſu venit: non quia matris anima generet, vt fabularis; ſed quia ſemina animata miſcentur: proinde hinc alia temperamenta, eſſentiales, & accidentales ſimilitudines magnitudinis, ſexus, coloris, &c.

Quid Gallego doctiſſime de Mulo, Ginno, ſemicane, ſemilupo, ſemiuulpe, &c. dices? e ehu.

Hæc ſi tua ab Homine ſpecie dicerentur, diciue poſſunt, non admiraremur; Sed quòd à Iohanne Gallego Malachenſi Hiſpano Archiatro Doctis ſcribantur, & ab ijſdem Hiſpanis proceribus (vt in libri principio) excipiantur, mirifque laudibus efferuntur, maxima nos admiratione afficiunt.

„ Quod verò agens generationis ſit indiferens ad ſimilitudinem ſexus, &c. *Gall. tac. 3.*

Si ſimile ſibi ſimile progignit, ac ſe ſe conſeruare, creſcere, & multiplicari omnibus viribus contendit, ſexum indiuidualemque ſimilitudinem profectò ſeruabit ſemper pro viribus, & dummodò poſſit; Vt in plantis abſque coitu generantibus patere diximus, & videre eſt. Si modò impedimẽtum vel extrinſecus extet, hoc non oſten- *Pariſan. cont. 3.*

oſtendit, quod agens indifferens ſit. Vel intrinſecus ex parte alterius coeuntis: neque hoc indifferentiam commõſtrat: quoniam alter generans (quia ambo generãt, ambo ſemen animatum præbent, & quia animæ miſcentur, vt ſatis ſuperque patet) ſuum ſexum & ſimilitudines procreat, & ita ſuam ſecundum agentis intentionem, Propter quidem eſſentiam & diſpoſitionem cauſæ materialis; ſed non præter intentionem agentis, de ſexu exempli gratia, aut alijs ſecundum (non præter naturam) agentis intentionem. Quòd ſi defectus quandoque contingant, hæc caſu fiunt, & præter agentium intentionem, non propter indifferentiam.

„ Gall. „ tac. 4. Pariſan. cont. 4. Nam ſi ſemen exempli gratia decidat à corpore morboſo, &c.

Viden Gallego, quòd tuos irretitus laqueos euadere neſcis; ſed magis, magiſque illaquearis ſemper. Tuiſſima hæc ſunt verba. „ Nam ſi ſemen verbi gratia decidat à corpore morboſo, membra fœtus erunt morboſa, etiam ſi agẽs ſit omnino ſanum. Iſtud enim fit propter diſpoſitiones morboſas exiſtentes in ſemine,

Aſt Gallego ſi corpus à quo ſemen decidit eſt morboſum, fętus eſt morboſus, & ſemen eſt morboſum: quod nam agens eſt omnino ſanum? An tenebras effundis, ne intelligaris? Dices, agens ſanum eſt mater generans, ſic tibi eſto ſed addendum fuit, à patris corpore. Verùm tranſeat in tui gratiam. Et quæramus nos, Quum patris ſemen ſit tibi pura materia, & ſemen per te corrũpatur pluries, vt Embryo, &c, Si pura materia, & pluries corrumpitur, quo modo morboſitas non recedit? Aſt non recedit talis intemperies, & fętus corpori ineſt, vt alij defectus, & perfectiones fœtui communicantur, & in eo remanent; Igitur ſemen non corrumpitur: Ergo animatum eſt: Et quatenus ſemen nutritur, & augetur, vt ex Galeno, & pluribus rationibus non ſemel probauimus: vnde tua ruunt omnia, vt infra clarius.

„ Gall. „ tac. 5. Pariſan. cont. 5. Et idem accidit, ſi materia hunc, vel illum colorem obtineat, quod &c.

Aſt Gallego Æthiopis, ex ſemine albo, à muliere, à matre alba generatur fœtus Æthiops niger patri ſimilimus: quid quod Gallego? Ex patre Strabone, ſtrabo progignitur filius, ex balbo balbus. Ex patre luxati fęmoris claudicans filius procreatur. An igitur tua bella opinio, ex hiſcẽ pulchior euadet? An verò tua hæc philoſophia ſic luxata claudicabit vlterius?

Audio difficultatem de ſignis & ſtigmatibus in Auis, non in eorum filijs, ſed in nepotibus denuò vigentibus: cuius Archiatri erat, ſubtiles cauſas reddere, ſi sciuiſſet, non tenebras effundere. De his nos fuſiùs ſemel & bis ad Mundinium in prima & ſecunda parte Noſt. nob. Exercit.

Tum præterea regiones ſolent variare natorum colores, &c. „ Gall. „ tac. 6. Pariſan. cont. 6.

Quod Regiones varient natorum colores, quia generationis materiam magis aduſtam, pinguiorem ue reddant, quid inde? Nonne proinde ex tali & ſimili materia, tale ſimile ſemen, fętus? Similiter quòd pueri magis iracundi fiant, diuerſiſque moribus diuerſa ex temperie generationis materiæ præditi ſint, quid refert? An ad rem hæcce? Ecquid intereſt in lucem poſt egreſſum tales accidentales mutationes ex alimentorum diuerſitate? An eſſentialia ex hiſce tolluntur? An nõ propterea natorum ſimilitudines à proprijs parẽtum partibus genitis, aſportatis, conſeruatis, & dein communicatis non fiunt, & viſuntur? Quæ ſolutiones, Archiatriæ que ſubtilitates hæ?

Fiunt verò partes fętus diuerſarum naturarum, &c. „ Gall. „ tac. 7. Pariſan. cont. 7.

Si patris ſemen pura materia eſt: Si præterea eſſentialiter permutatur, ſemen tibi corrumpitur, & quinetiam Embryonis forma & anima interit, & conſequenter, formam quæ comitantur, & in compoſito ſunt communibus exceptis: Quo modo fętus partes diuerſarum naturarum fiunt propter diſpoſitiones in ipſa materia permanentes? Quo modo tot poſt puræ materiæ ſeminis, embryonis corruptiones interitus, tot, tales, ac tantæ diſpoſitiones cerebri, vẽtriculi, & innumeraliũ ſeminalium partium in tua tali ficta materia permanebunt, conſeruabuntur, & vigebunt?

Si

Si patris purà eſt materia, & hæc vlterius toties corrumpitur ſecundũ formam & animam, etiam quà embryo, vt aſſeris, quæ naturalis filij coniunctio cum parentibus eſſe poterit, id propter naturale, puræ, inquam, materiæ toties corruptæ ſub forma & anima, etiam dico embryonica? Quod & de morboſa, aut ſana abs te aſſerta coniunctione dictum velim. Quam ob rem puræ fugæ tuis ex falſis principijs, quæ abs te agente, vt nec illæ, per imaginationem phantaſticæ emendari poterunt.

Gall. tac.8. „ Superius verò cępimus dicere cauſam efficientem omnis indiuidualis ſimilitudinis, &c.

Pariſan. cont.8. Superius verè nos quoque hanc eandẽ indiuidualis ſimilitudinis immediatã tuã cauſam generatiuam, & formatiuam confutare cœpimus & finiuimus, verè phantaſticam demonſtrantes: Propterea ne actum agamus, repetere non erit:

Quòd autem bona ſeminis tibi puræ materiæ diſpoſitio eam indiuidualem diſpoſitionem efficere poſſit rationi nullatenus conſentaneum eſt, iure, inquam, tuo; Sed eſto, ne omnia ad viuum reſecare videamur: At quòd membrorum mala ſeminis diſpoſitio indiuidualem ſimilitudinem cauſare valeat, nequaquam probamus: ſed bene impedimento eſſe, quin indiuidualis ſimilitudo fiat certò aſſeueramus, vtpote, inquam, contraria & deſtruẽs illud in ſe ſe perfectum à natura, & indiuiduo molitum.

Gall. tac.9. „ Omnium verò diſpoſitionum ſeminis autorem eſſe teſtes, &c.

Pariſan. cont.9. Teſtes Gallego omnium ſeminis diſpoſitionum non ſunt autores; (arbitratu tuo loquendo, non ſcitè & exactè) ſed ſeminis tantummodo à ſe geniti, quoniam omnes ſpermaticæ corporis partes ſemen generant, quo nutriuntur ſi noſti, & proinde eiuſdem diſpoſitionum autores ſunt. Aufugies tu reſpondendo te de ſemine loqui ex quo fœtus fit: & nos ſequentes te ſupra fugauimus: quoniam ſemen à toto, & animatum prolabitur.

Neque Anima eſt corpori, partibuſue æquiuocum agens: quia forma, indiuidua format, animat, non vt Cœlum Mundo vniuerſalis cauſa; ſed vniuoca, particularis per ſe eſſe præbens, non alijs agentibus vt Cœlum, iuxta illud, Sol & homo, hominẽ generant. Verùm ſola efficiens domina imperat, & agit. Secus quod nam tibi vniuocum eſt, vniuoca cauſa, anima excepta?

Quapropter nõ mirum eſt, ſi ſupremus noſter Autor, &c. „ Gall. tac.10.

Si Dei Cortice (dicere ſic liceat) Voluntate natare vis, temporis momento tranſfretaberis. At ſi ſecundum naturam tuas iuxta vires tuæ imaginationis cimbala: portum quem videre videris nõ attinges. Mitto vbique innumera ventillanda breuitatis gratia, & ne lectori tædio ſim, de diſpoſitione hac, de ab anima talis ſubſtãtiæ productione: de vi agentis generationis, &c. Quo modo in patris ſemine, pura tibi materia, homogeneo & ſimilari corpore à matris anima naſus ſilus, ſimusue patris nato ſimilis fieri: caprini oculi, & ſtrabonitas cælati habitus (vt paucis agã) & priuationes cauſari poterunt? Quam diſpoſitionem aſſignare, imaginari & fingere in ſemine pura materia eiuſdem rationis ad priuationes, & ſimiles habitus cælandos, ſtigmata, ſtrabonitatem, cæcitatem, luſcitatem, balbitatẽ, luxationes, &c. poteris, nos mente non capimus, aſſequemurue vnquam, nos niſi doceas. Pariſan. cont.10.

Nam Autor, qui potuit facere, vt medio temperamento cerebri anima &c. „ Gall. tac.11.

Si nos modo ſic ad Dei potentiam ignorantium Aſylum manu ducas, & manibus pedibuſque tuam in ſententiam veniemus: quis ſic dubitabit? Poterit etiã ſic ex Gallego ſemine non Archiatrum duntaxat, ſeu Gallego ſimilem, ſed Elephantem maximum cælare, cui dubium? At ſecundum naturæ leges, & iuxta propriarum cauſarum vires, Matris anima ex pura patris materia, ſemine eiuſdem rationis corpore, neutiquã patri ſimile corpus procreabit: quia neſcit: quia non poteſt pluribus de cauſis aliàs à nobis appoſitè poſſitis. Pariſan. cont.11.

Propter quam cauſam nos dicere poſſumus: totam animam, &c. „ Gall. tac.12.

Pariſan. cont. 12. Si Anima eſt tota in toto & tota in qualibet corporis parte, vt quid non dicemus (illud abſque tuũ poſſe) totam in teſtibus eſſe, tua illa abſque cauſa? id eſt, inquis, mediantibus teſtibus. Et nos ſic dicemus quoque medio iocinere, medio ventriculo materiam præbentibus, vt tibi teſtes, etſi non immediatè.

Si puram tantummodo materiam teſtes præbent: quo modo anima ijs medijs, quæ in corpore ſunt facere poterit ex pura, inquam, eiuſdem rationis materia? At quibus in teſtibus tota eſt anima? non in maris teſtibus, quoniam puram materiam tibi generant: Ergo nihil ad ſimilitudines, Non in fœminæ teſtibus; quoniam nihil ad maris ſimilitudines: quid quòd igitur? Et quò modo medijs teſtibus, & tali ſemine, tua matris anima Cor, Hepar, Lienem, renes, muſculos, &c. progignet. hæc ce non ſunt Archiatri.

Ampliùs ne tædio te afficiam, & vlteriùs Lectorem. Conceſſimus nos Mundinio, & ſequacium catervæ, Teſtes generare ſemen (nõ puram, vt tu, materiam) perfectum, & quin etiam (nota) animatum: & tamen ex iſto tali animato teſtium ſemine fœtum & hominem patri ſimilem fieri negauimus, & fieri non poſſe multis oſtendimus in Pari & San. Iudicio; ac in ſecunda parte, quæ tibi dicta, & expendenda ſunto.

Gall. ,, ta. 13. ,, De cuius poteſtate merito hæſitare omnes poterunt, &c.

Pariſan. cont. 13. Tu Cancros continuò piſcaris, & vbique magnos capis Gallego. Tuum de rationali anima exemplum mitto non ad rẽ: quia rationalis anima fit quodammodo omnia, id eſt intelligendo, &c.; ſed rationalis talis mulieris anima Gallego, non generat animam rationalem fœtui (quod te mecum, ſic credere credo) tali ſua anima fœtum non animat, ſed materiali ſua anima, quæ ab vtero, vt ſuperius diximus diuelli, ſeparari, & proinde ne ſpatiari, & ad ſemen ſe conferre poteſt: quare quum addis, ,, At verò ea poteſtas, quam eiuſdem animæ gradus vegetatiuus, mediantibus teſtibus, & vtero exercere poteſt, &c. Falleris & toto Cœlo aberras: quia non eſt animæ rationalis, quæ animatum materiali anima ſemen & embryonem ingreditur, vt illius non ſit ſimilitudinem inderes ſed materialis anima hominis, vt Leonis, canis, &c.

At verò cum ea poteſtas, quã eiuſdem animæ gradus, &c. ,, Gall ,, tac. 14.

Pariſan. cont. 14. Quod de tali animæ fœminæ poteſtate hæſitare omnes poterunt, inquis, eſto, nobis tamen exceptis (quicquid alij ſentiãt) omnia iſtæc inficias euntibus: te tamen laudantibus, quòd ita naſutus talia minimè exiſtentia olfacere voluiſti, & ſic bellè potuiſti: Quam ob rem omnes fœminæ, mulieres præcipuè tibi deuinctæ & obnoxiæ forent: quòd per te maribus animam præbere, & ſimilitudines indere valeant, tibi inſeruirent, Mulieres te coronarent: & nos Ceteri homines, & Doctiores potiſſimum, illis in tui gratiam, diceremus,

O Fortunato, che sì chiara tromba trovasti, che di voi sì alto scriſſe.

,, Gall. ,, tac. 15. Ex facto igitur ſemine cum dictis diſpoſitionibus, ita facile, &c.

Pariſan. cont. 15. Igitur ex facto euenit, vt ex tali ſeminis tibi concepta diſpoſitione à fœminæ anima ſummo ordine & poſitione omnia fœtus membra formentur: caput in ſuperiori videlicet parte, oculi in illius anteriori, naſus, os, & ſic de ſingulis. Igitur Gallego ſubtiliſsime hiſce dictis abſque cauſis tales ſimiles effectus non ſequẽtur, aut inuerſo ſitu, & omni ordine ſubſequũtur omnia. Atqui experientia docet abſque diſpoſito patris ſemine, & ſine matris matrice & anima, animália ſummo ordine naſci, & conſtitui: Ex cœnoſa materia Gallego mus oritur muri per propagationem progenito ſimilimus: Vnde tua omnia phantaſtica ruunt; quoniam hæc Naturæ opera diuinitatem ſapiunt. Quippe anima per propagationem in genitis à patre & matre ſemen ingreſſa, & ambæ miſtæ, vt Hippocrates docuit, corpus in ſemine delineatum, carnibus ſuo tempore & loco perficit: Hinc patris, & matris ſimilitudines omnes, vt alias dilucidè oſtendimus. Ex potentia verò è cœnoſa materia educta, vtpote Natura abſque errore, & ceu in ex propagatione ortis, belle & ſapienter

Digitized by Google

ter proprium in ſpecie domicilium ſibi fabricat, ſi noſti.

Gall. tac.16. „ Vnde fit, vt ſi anima patris producat in ſuo ſemine diſpoſitionem, &c.

Pariſan. cont.16. Quo modo amabo te Archiatre ſubtiliſſime patris anima in ſuo ſemine tibi pura materia corpore ſimilari & eiuſdem rationis, oculorum imbecillium, paruorum, magnorum, nigrorum, caprinorum, cæſiorum &c. diſpoſitionem producet? quod & de ſingulis corporis partibus in homogeneo corpore dictum velim: quæ obſcuriſſima, immo imperceptibiliſsima.

Gall. tac.17. „ Hæc etenim eſt vna ex cauſis, quare morboſus, &c.

Pariſan. cont.17. Hæc quidem vna eſt ex cauſis in conceptione & ortu, non ex diſpoſitione puræ materiæ matris, animæ actione; ſed ex tẽperamento (ad rem præſentem) ſeminis matris, ſicuti in omnibus alijs indiuidualibus ſimilitudinibus, ac etiam priuationibus, vt ex cœco patre videns filius, ſupplẽte oculorum valido matris ſemine, vt de oculorum colore, naſi figura &c. viſitur, prout animatorum ſeminum miſtorum altera pars, naſus, oculus, ſexus validior dominatur, ſuperat, & defectui ſupplet, vt fuſiùs & enucleatiùs aliàs oſtendimus.

Gall. tac.18. „ Ceterum multoties contingit, vt pater morboſus, &c.

Pariſan. cont.18. Ex hiſce etiam Archiatri opinionis vanitas eluceſcit. Patet, quòd patris puræ materiæ puritas, & matris animæ caſſa actio, nihil ad hæc conducunt. Quoniam, inquit, Gallego eſt hæreditas, quæ non ex pura materia ſemine homogeneo Aui, nec ex Auæ animæ actione; ſed ex ijſdem partibus Aui animatis læſis, ex animato ſemine nepoti per patrem obſcurè communicatis, vt aliàs anchoræ, & aliis ſtigmatibus, ac ſignis, atque exemplis dilucidiùs oſtendimus: De ſtigmatibus potiſsimum conſultò in prima parte: in Pari & San. Iudicio: & in 2. parte ad Mundinium & ſequaces, non craſsa Minerua declarauimus: quorum multa tibi Gallego dicta ſunto, & omnia ęqui boni facies: quoniam cuncta in Veritatis gratiam.

Gall. tac.19. „ Eſt etiam alia ratio deſumpta a cauſa &cæt.

Pariſan. cont.19. Aliam tandem ſimilitudinis rationem a cauſa efficienti inſtrumentali demonſtrantem arbitratu ſuo, affert, priuſquam tamen ſit, & in rerum naturam emergat, Forma videlicet embryonica: maximè ſanè mirum, quum dicat, & fateatur maximus Archiater, „ Nam quamuis in virili ſemine non ſit actu forma embryonica, quam diximus eſſe immediatum, licet inſtrumentale, principium formationis. Ob quod filij potiſsimum patri aſsimilantur, quod inſtrumentum embryonis anima ab vtero producitur Archiatri ex principijs & ſententia.

Quæras, quam ob rem? quia inquit, „ tanta eſt ſeminis diſpoſitio ad talem animam, vt ipſum cum ſanguine & ſemine fœmineo facile ipſam recipiat eo modo, quo dictum eſt.

Quare inquam à ſeminis magna diſpoſitione ad talem embryonis animam, quæ à matre ab vtero fit, indiuiduales ſimilitudines ad patrem oriuntur, phantaſtica Archiatria.

Gall. tac.20. „ Vnde cum illius maſſæ maior copia ſit ſemen maſculinum, &c.

Pariſan. cont.20. Si a cauſa efficienti inſtrumentali, embryonis ſcilicet anima ab vtero educta & tibi producta ad patrem ſimilitudines deſumuntur, & actiones ab anima ſint: & hæc embryonis anima tibi ab vtero: & materia informata vtriuſque generantis ſit ſemen: atque matris præterea tibi menſtruum: & vlteriùs ſanguis alimentum: adhæc vteri fotus: Et indiuiduales ſimilitudines ab anima cælentur: Quo modo ſeminis maſculei cum fœmineo & menſtruo tibi mixti diſpoſitiones, ſimilitudines indiuiduales materiales efficient, imprimẽt, cælabunt, dic ſodes?

Gall tac.21. „ Nam quemadmodum Piper verbi gratia, &c.

Pariſan. cont.21. Tuum hoc de Pipere exemplum & documentum, nec quicquam declarat, nec docet: ſed bene dedocet, & obſcurrat magis oblatas tenebras, quas propè manu tẽtari dum tentas, magis magiſque obſcuritas augetur: Quod tui ſequaces, teque laudantes Licentiati exemplum recipientes magni Archiatri exemplo imitatores,

& non

& non ad rem, ſed extra rem loquantur. Vide modò candide Lector, quæ ad nos, & in nos.

Exemplum inquam, non ad rem: quoniam Piper vt purũ miſtum inanime, paſſum, alimentum agit & reagit ſuis qualitatibus: ſemen autem in vtero, embryoue, nec ab vtero patitur, nec in vterum agit, reagitue; ſed vt ab vtero fouetur, conſeruatur, alimentoque ſubminiſtratur: ita & vt animatum, & viuens fabricam & domicilium adiuuante vtero ſibi conſtruit & perficit vlla abſque mutua pugna, paſſioneue: Contra omnino in omnibus piper in ventriculo. Quare indiuidui temperamenta faciunt, & variant quo ad vires, mores, & animi paſſiones, & indifferenter in omnibus, ſicuti in pueris, adultis, & phreneticis: Non autem in proprijs indiuidualibus ſimilitudinibus, de quibus loquimur. (hic pede ſiſtendum) Quod filius luſcius, ſtrabo, balbus ſit vt pater: naſo aquilino, cæſijs oculis, lato ore, cicatrice, alijſque innumeris ſignis, & ſtigmatibus, quibus pater, præditus ſit, nullo modo, nec per imaginationem à matre fieri imprimiue queunt, vt aliàs ad Mundinium & ſequaces dictis pluribus in locis diximus, & à ſemine pronaſci oſtendimus.

„ Gall. „ tac. 22. Imò, vt a doctioribus ſolet dici, ſi per diuinam Dei potentiã aliqua anima &c.

Pariſan. cont. 22. Ad aſinum quod attinet, ſi doctiorum Choream (Doctiores hic intelligo ſacros Theologos) ingredi mihi liceat, dicerem, quòd vt aſinus ſuas, ſuas, inquam, materiales actiones aſini efficeret: quoniam anima rationalis corpus ingreſſa aſininum, quod (& rationis inſtrumentis deſtitutũ) & aſinina anima præditum erat, vt aſinus agit: Non ſecus ac Homo omnino, omnino, dico ſtultus, vt brutum agit, dormiente & otiante (vt ita dicam) rationali, ſicuti in nonnullis viſitur. Quoniam, inquam, rationalis anima, in animatum corpus, ſiue ſemen, ſiue embryo tunc ſit, infuſa eſt.

Gall. „ tac. 23. „ Qua propter etiamſi anima illa embrionica educatur de potentia illius materiæ potiſſimè ſeminis virilis &c.

Pariſan. cont. 23. Sæpius diximus, ſæpiuſque probantes replicauimus, quòd in ex propagatione ortis anima non è materiæ potentia educitur, Vti ab æquiuocis, & in ex cœnoſa materia ortis; ſed ab Vniuocis, & in ambobus coeuntium corporibus anima ſemen ingreditur &c. Propterea impreſſas (quas ait) relictas à patris anima in ſemine diſpoſitiones; ſi communes intelligit Gallego, temperationes ſcilicet puræ materiæ, nihil penitus faciunt ad indiuiduales proprias ſimilitudines dictas, & iam iam ſpeciatim relatas. Sin verò proprios characteres, quum hi in pura materia & homogeneo corpore imprimi non poſſint, ſubſtinerique nequeant, omnimodè vanitas vanitatum; & conſequenter, Parablas y plumas el Viento ſe las lleua.

Diſſoluitur dubitatio, cur fœminæ, non ſemper generent fœminas, & refellitur Ariſtotelis, & aliorum veterum opinio de cauſa generationis fœminarum, & marium, veraque explicatur. Gallego. *Gallego lib. 3. c. 27. pag. 171.*

ALiud difficile aduerſus dictam ſententiam propoditur argumentum: cur ſcilicet non ſint fœminæ omnes fœtus. Nam cum ſola fœmina ſit agens generationis, & munus agentis ſit facere omnes effectus ſimiles ſibi, integra ex parte neceſſarium eſſe videtur omnes fœtus debere eſſe fœminas. Cæterum quamuis huius argumenti ſolutio conſtet ex ſolutione ſuperioris, vt apertius tamen id explicetur, referre prius oportet Ariſt. ſententiam de cauſa generationis fœminarum. *Cur fœtus omnes non ſint fœminæ.*

Quarto igitur lib. de gen. an. cap. 1. multis prius ſuppoſitis principiis, ipſam proponit. In primis probat contra veteres, quorũ opiniones poſtea referemus, quod oportet aſſignare cauſam aliquam, præter calorem, aut frigiditatem, quæ ſit cauſa efficiens ſubſtantialis habens vim generandi corpus fœmininum cum ſuo debito inſtrumento: ita vt corpus fœmininum non ſolum differat à corpore maſculino mediante illo inſtrumento, ſed mediante etiam totius corporis temperatura, & mole: quam quidem cauſam eſſe ſemen maſculinum aſſerit. Ad hoc etenim ſolum attinere

tinere inquit, formare, & animare quodcunque corpus, ſiue maſculinum, ſiue fœmininum ſit, factum ex ſolo ſanguine menſtruo.

Mares calidiores & potentiores fœminis. Deinde ſupponit mares calidiores, & potentiores eſſe fœminis, ex quo ſequi affirmat, quod cauſa illa formans, neceſſitate naturæ debet dare fœminis inſtrumentum impotentiæ, quod eſt inſtrumentum receptionis, nempe vterum: maribus verò inſtrumenta coquendi, & expellendi ſemen. Nam in his ſolis, propter maius robur poſuit natura principiũ mouendi materiam generationis. Natura enim, vt inquit, ſimul cũ facultate dat inſtrumentũ.

Supponit vlterius, quod quotieſcunque aliquod agens conatur alterare materiam aliquam ad aliquem finem, ſi forte impediatur propter ineptitudinem materiæ, talem actionem dilabi in contrarium eius, quod agere inſtituerat. Vnde colligit generationem maris ſequi quotieſcunque ſemen maſculinum propter ſuum vegetũ, & robuſtum calorem, & propter bonam diſpoſitionem ſanguinis menſtrui ipſum omnino cõcoquit, ſuperat, ac in ſuam naturam mutat: ſi verò ſemen ipſum vincatur, vel propter ſuam debilitatem, vel propter materiæ reſiſtentiam, contrarium effectum, nempe fœminam ſequi aſſerit. Nam, vt inquit, contrarium maris eſt fœmina: qua alterũ ſcilicet mas eſt, alterum fęmina eſt.

Opinio veterum reducentium cauſam generationis marium aut fœminarũ ad ſolas primas qualitates reſellitur ab Ariſtotele. Quapropter reprehendit veteres reducentes cauſam generationis marium, aut fœminarum ad ſolas primas qualitates. In primis enim Anaxagoras, etiamſi exiſtimauit ſolum marem generare ſemen, & fęminam ſolum præbere locum: dicebat tamen in eodem maris ſemine eſſe cõtrarietatis principium, generandi ſcilicet marem, aut generandi fæminam. Nam aſſerebat ſemen id, quod gignitur in partibus dextris patris (exiſtimabat enim, vt ſuperiùs vidimus, ſemen decidere animatum ex omnibus partibus patris,) & incidit in partem vteri dextram, marem ex ſua natura generare: reliquum vero fæminam. Empedocles itidem cauſam generationis marium ad calorem retulit.

Cæterum quamuis hic, vt ſuperiùs vidimus, aliquas partes fætus ſecundum numerum, & magnitudinem eſſe in patre, & aliquas eſſe in matre aſſerebat: calorem tamen gignentem marem ſolum in vtero conſtituit. Nam cum ille partes fætus ad vterum, tanquam ad quendam fornacem peruenire dicebat, marem, aut fæminam gigni exiſtimabat, prout vterus erat temperatus. Vterum enim calidum marem, frigidum verò fæminam gignere dicebat. Caliditatem autem vtero aduenire dicebat à confluuio menſtruorũ. Nam ſi menſtrua calida ſint, qualia ſunt recentia, ipſum calfacere: ſi verò frigida, & vetuſta, refrigerare cenſebat.

Qui quidem viri rei veritatem aliquo modo attigerunt, vt dicemus: cæterum adeo implicita erat figmentis, vt meritò reprehendantur ab Ariſt. dicebant namque calorem eſſe cauſam principalẽ marium, & frigiditatem fæminarum. Nam Anaxagoras exiſtimabat partes dextras patris habere in ſe cauſam efficientem mariũ, calorem ſcilicet, ſiniſtras habere frigiditatẽ, cauſam ſcilicet efficientem fęminarum. Et Empedocles vterum calidum vicinitate menſtruorum peincipalem eſſe genitorem mariũ, & frigidum fęminarum dixit. Itaque calorem exiſtimabant hi duo viri habere vim generandi penem, & teſtes extra pendentes, & frigiditatẽ eſſe cauſam efficientem vteri, & teſtium intra latentium.

Prædicta opinio falſa, ſuis deſtruitur fundamẽtis ex eod. Ariſt. Quam ſententiã falſam eſſe multis probat Ariſt. argumẽtis, quæ falſitatẽ demonſtrant iuxta eorundẽ philoſophorum fundamenta. In primis, n. ſi calor habet vim generandi penem, & frigiditas vterũ, quotieſcumque refrigeratur mas: gigneretur in eo vterus, & è contra. Deinde, ſi dextra vteri pars obtinet vim producendi penem, & ſiniſtra gignendi vterũ, nunquã in hac penis, neque in illa vterus fieret, quod experientia docet falſum eſſe. Propter quæ reprehendit etiã ſentẽtiam Leophanis, qui

Leophanis ſententia. conuictus ſentẽtia Hipp. in aphoriſ. & ep. 1. & li. de ſuperfætatione, monebat, quod ſi aliq̃s voluerit generare mares, & nõ fœminas, aut è contra, accedat ad coitũ præligato, aut ſciſſo dextro, aut ſiniſtro teſte.

Digitized by Google

Quod hodie facere ſolent, qui ab admiſſariis mares, aut fęminas deſiderant. Hi igitur philoſophi rem coniectantur futuram, inquit Ariſtoteles, ex conſentaneis, atque eam anticipant, non aliter, ac ſi reuera ita ſit, quod faciũt priuſquã ita fieri videant. Falluntur tamen experimento, ſolumque conſiderabant cauſas inſtrumentales, & principalem omittebant, vt aſſerit Ariſt. quam quidem ſolum ſemen virile eſſe, ipſe exiſtimauit, vt diximus.

Ariſtotelis etiam ſententia falſa.

Eſſe verò falſam ſententiam Ariſt. conſtat, quia falſa ſunt multa ex iis ſuppoſitis, quibus ſuam opinionem firmat. Nam falſum eſſe id, quod de virtute ſeminis, & viri dixit, ſic etiam falſum quoque eſſe cũ Scotò ſuperiùs probauimus, actionẽ alicuius agentis naturalis impeditã neceſſariò incidere in contrariũ finem. Nam etiamſi calidum conans inducere calorem impediatur, non producet poſitiuè frigiditatẽ, quia ad hoc neceſſaria eſt cauſa poſitiua frigida. Quod idem accidere deberet in generatione marium, aut fœminarum.

1 *Veriſſima ſententia.*

* Ex quibus conſtat veriſſimam eſſe noſtram ſentẽtiam. Ad cuius confirmationẽ ſtatuere oportet, tanquam veriſſimum primum ſuppoſitum adductum ab Ariſtotele ad ſuæ opinionis confirmationem, debere ſcilicet nos aſſignare cauſam aliquã principalem, quæ propriam habeat vim generandi corpus fœmininum, quod nõ ſolum differat à corpore maſculino penes vterũ, ſed penes temperationem cordis, & reliquarum omnium corporis partium, quod ſcilicet, ita ſit proprium fœminino ſexui, vt nullo modo conueniat maſculino, niſi tota mutetur temperies.

2 *Sola anima fœminæ mediãte vteri natura eſt cauſa efficiens fęminini aut maſculini corporis.*

* Quapropter aſſerimus nos ſolam animam fœminæ mediante vteri natura eſſe cauſam efficiens fœminini, aut maſculini corporis, quia eſt cauſa efficiens corporis abſolutè ſumpti determinari verò ad fœmininum, potius quam ad maſculinum corpus conformandum propter conditiones materialium principiorum, & organi.

3 * Nam ſi principia ſint perfectè cocta, & nimis ſpirituoſa, & vterus calidus, ac ſiccus, contrahitur cauſa efficiens principalis ad efformandum corpus maſculinum, & ex contrariis fœmininum. Eſt etenim agens iſtud ex ſua natura indifferens ad maſculinum, vel fęmininum ſexum efficiendum, ad vnum, vel plures fætus ex eadem materiæ quantitate producendos, quemadmodum ad morboſa, vel fortia fætus membra, cum hac, vel illa figura efficienda. Nam etiamſi horum omnium principalis cauſa efficiens ſit anima fæminæ; contrahitur tamẽ ad hoc potiùs, quàm ad illud faciendum, propter hanc, vel illam materiæ diſpoſitionem relictam in ſemine à generantibus. Habet enim ſe circa materiam generationis, ſicut ſe habet cauſa vniuerſalis circa materiam putrefactionis. Nam quemadmodum cælum ex vna portione materiæ putrefactæ, propter diſpoſitionem, quam in ea inuenit, generat ſcarabeum, & ex alia generat vermem, & ſic de cæteris: eodem etiam modo anima fæminæ, quæ circa materiam ſibi cõmiſſam eſt vniuerſalis cauſa, quæ ex vna materia generat fæminam, & ex alia marem, & ex alia monſtrum, ſecundùm vniuſcuiuſque diſpoſitionem. * Adeo enim incredibilis 4
eſt naturæ ſapientia, vt ſecundùm temperaturam materiæ, & vteri illico iudicet, an magis apta ſit ad ſexum fæmininum, quam ad maſculinum, vel è contra; & ſecundum diſpoſitionem illius ſtatim à principio diſponit organizationem, & temperaturam principalium membrorum, & in conueniente ad finem ſitu collocat organa generationis. Nam ſi aliter faceret, abuteretur ea naturali ſapientia, quam recepit à generante, à ſupremoque Creatore in principio mundi.

5 * Vnde non caſu, ac fortuito, vt dicebat Ariſt. cauſa efficiẽs generationis producit fæminam, ſed quia neceſſario propter diſpoſitionem materiæ, fæminæ generationem coacta fuit ſtatim ab initio incipere; & eodem modo contingit, quando materia eſt diſpoſita ad maris productionẽ, & quia coacta fuit facere marem propter diſpoſitionem materię, & vteri, fecit quoque penem, & teſtes extra pendentes, vt cum materia ita diſpoſita eſt ad corpus fæmininum, vt inutilis ſit ad maſculinum, facit vterum, & teſtes intus manentes. Vnde

naturæ

naturæ ſapientiam imminuit is, qui aſſerit ſemper, & circa quamcunque materiæ diſpoſitionem prius tentare agens generationem maſculorum, & cum eam non poteſt aſſequi, facere fœminam; vnde fœminam ſemper eſſe errorem naturæ, & veluti monſtrum dicunt. Quod quidem falſum eſſe colligitur ex ijs, quæ diximus.

6 *Calidum ad marẽ producendum, non fœminã, apta materia.*

* Quod autem calidum ſemen ſit materia diſpoſita ad productionem maris, & contraria ad generationem fœminæ, admirabilis docuit Hipp. multis in locis. In primis enim 5. apho. ſententia 45. inquit: fœtus mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis. Gal. in com. affirmat dextram vteri partem calidiorem eſſe ſiniſtra propter hepatis vicinitatem, caloremque conferre ad generationẽ marium à ſe demonſtratum eſſe lib. de ſemine. Vnde aſſerit multum iuuare ad eorundem generationem, ſi ſemen fœmininum & vterus ſit etiam calidus.

Deinde idem docuit Hipp. 6. epi. par. 4. ſententia 27. dicens: Cũ hirciſcit, vter exterior teſtis apparuerit, ſi dexter, mas: ſiniſter verò, fœmina. Gal. in com. inter ea accidentia puerorum, quæ mutantur, cũ ex pueritia tranſeunt in adoleſcẽtiam aſſerit eſſe naturalem quandam intumeſcẽtiam, & debitã magnitudinem teſtiũ ad ſeminis prolifici generationem: quo tempore, ſi eorum dexter teſtis prius, & magis accreſcere videatur, ſignum eſt, duo illa magna viſcera, hepar, & cor calida eſſe, & ex conſequenti talem naturam, cum ad virilitatẽ acceſſerit, aptam eſſe ad generationẽ marium, & contrariam ad generationẽ fęminarum. Quod etiam docuit Gal. in arte medicinali. Idem quoque ſignificare voluit Auic. cũ lib. 3. fen. 21. tr. 1. c. 2. inquit: cũ cor fętus antecedit complexio maſculina, tunc ipſa fluit in omnia membra; id eſt cum cõplexio materię ſeminis eſt maſculina, apta ſcilicet ad marẽ, generatur cor fętus cum maſculinitate, & hæc maſculinitas fluit per omnia membra eiuſdem fętus. Quod idem dicendum eſt, ſi antecedat generationem cordis complexio fęmininæ in materia generationis: nam tunc generabitur etiam cor fęmininum, & illius fęmininitas fluet per omnia mẽbra. Quapropter veriſſimum eſt, quod agens generationis deliberet, (id eſt contrahatur) ſtatim à principio de generatione maris, aut fęminæ pro diuerſa organi, & materiæ diſpoſitione.

Hepar et cor in adoleſcentibus calida.

* Sic etiam diſpenſare natura ſolet de numero fętuum, marium, aut fęminarum ſeorſim, aut ſimul ex quantitate, & diſpoſitione materiæ ſemel collectæ in vtero, ſiue vnica coitione expulſa. Quod aũt ſimul conuenire in vtero poſſint ſemina, & ſanguis, ex quorum mixtura, non ſolum fieri poſsint eiuſdem fętus diuerſæ partes, ſed & fętus plures, atque diuerſi ſexus primus omnium docuit Hipp. lib. de natura pueri in fine dicens. Et non ſemel, ſimul genitura procedit, ſed vt bis, & ter ebullit, ac eiaculatur, & nõ eſt poſsibile omnem eſſe fortem, tum, quæ prius exiuit, tum, quæ poſterius. In vtrum autem ſinum craſsiorem, ac fortiorem geniturã ingredi contigerit: illic maſculus gignitur: in vtrum vero rurſus humidiorem, ac debiliorem: ibi fęmella generatur. Si verò in vtrumque fortis ingreditur, ambo maſculi fiunt: ſi verò debilis, ambo fæmellæ; &c. 7 *Fœtuum numerus.*

* Idem etiam docuit Ariſt. 2. de gen. an. c. 4. dicens: plurimũ enim in mẽſtruis quoque humoris inutilis continetur, vt in maris genitura, quod humidiſsimum eſt, tum in eadem emiſsione, tum in diuerſis. Prior enim emiſsio minus fæcunda eſt, quã poſterior. Minus enim caloris animalis continet, propter cruditatem. At verò, quod coctũ eſt, craſſum, & corpulentius eſt, &c. 8

Gal. etiam 2. de ſemine, c. 5. ſemẽ poſſe habere diſsimilitudinem aliquam propter emiſsionis diſcõtinuationẽ docet: quamuis contrario modo, ac dictũ fuit ab Ariſt. Inquit enim; fieri etiam poteſt, vt ſemen, quãuis ſimilarem naturam habeat, eiuſmodi tamen ſit, vt omnia ex omnibus eius partibus animalis mẽbra fabricari queãt: in eo tamen differentia eſt, quod illa ſeminis pars, quæ primo exiit, craſsior ſit; quæ ſecunda, vel tertia eiaculatione emittitur, tenuior, & frigidior, & imbecillior eſt, ſubſtantiæque caloris minus particeps: quẽadmodũ è contrario, quæ primo exijt, viribus, calore, & ſpiritu longè præcellit: cui. ſ. cõtrariis qualitatibus prędictum eſſe cõuenit,

Digitized by Google

nit, quod ſecunda, vel tertia, vel quarta emiſſione profunditur, &c. Qui quidem grauiſſimi magiſtri contraria de eadẽ re loquũtur: ſed nobis videtur, vt plurimũ cõtingere, quod ea ſeminis portio, quæ in prima, & in vltima emiſſione exiit, feroſior, ac tenuior ſit: eę verò eiaculationes, quæ primę magis adhærent craſſiores iis, quæ magis vltimæ ſunt proximæ. Videmus.n.cũ vbera plena ſunt lacte, prius exire, quod ſeroſius eſt, idque ſequi, quod eſt craſsius, ac magis coctũ: ſi aũt diutius extrahatur, exit tandẽ id, quod nondum eſt coctum, & aliquoties ſanguis; nam, qui nimis emulget, elicit ſanguinẽ, vt eſt in prouerbio. Quod idem ſemini contingere eſt certum.

Prouerbium.

Quacunque aũt ratione fiat certiſſimũ eſt, in eo ſemine, quod ſimilare ſenſibus oſtenditur, tã diuerſas poſſe eſſe partes, vt ex eo ſimul cum fœminino, & ſanguine menſtruo ſemel, ac ſimul in vtero collecto poſsit natura tam varia efficere membra, & plures eiuſdem, aut diuerſi ſexus cõformare fętus. Et ſi tota materia fuerit perfectè cocta, ac ſpirituoſa ſimul, & multa, deliberabit procul dubio natura propter multitudinẽ, & præſtantiã materiæ plures formare mares in quacumque vteri parte; ſi verò materia ſit multa, & contraria qualitate prædita, ſtatim à principio incipiet formationẽ multarum fęminarum. At verò ſi materia ſit multa, & medio modo in qualitate ſe habeat, ſcit ipſa natura ante omnia ſeparare partes materiæ, quæ ſunt aptæ ad maſculũ, & in vnum colligere locum, & eas, quæ ſunt aptæ ad fæmininum corpus in alium, & poſtea ſimul incipere vtriuſque corporis formationem, ſicut facit cauſa vniuerſalis circa materiam putridinoſam, ſimul enim agit in totam, & ita expeditè ex eadem portione diuerſas diſpoſitiones in ſe continente generat muſcam, ac vermem; ſic etiam contingit animæ fęminæ, cum plures ſimul format, ac generat fętus.

Seminis variæ partes, vnde fœtuum pluralitas.

Quando verò materia mediocriter calida, ac ſpirituoſa eſt, multũ iuuabit ad generationem maris dextra vteri pars, propter hepatis vicinitatẽ. Perficiet.n. calor illius partis leuem naturæ defectum: & quando talis ſe obtulerit occaſio, ſciet procul dubio natura ad illud latus applicare materiam, quæ leuiter poteſt emendari ad perfectioris animalis generationẽ. Vnde experientia edoctus Hipp. citatam ſcripſit ſentẽtiam 5. lib. aphor. Et in hoc ſenſu intelligẽdus eſt, cum lib. de genitura inquit; fortior autem maſculus fęmina eſt: neceſſe eſt igitur ipſum à fortiori ſemine generari, &c. à fortiori autem dixit, hoc eſt ex fortiore, calidiore ſcilicet, magiſque cõcocto. Et Gal. 14. de vſu par. cap. 7. ſemẽ imperfectius in motu fieri fęminã, & perfectius marẽ dixit. Eſſe verò perfectius, aut imperfectius reduxit ad maiorẽ, vel minorẽ caliditatẽ, ad quod phyſicũ principiũ omnes actiones naturales reuocandas eſſe dixit.

9 * Ex dictis igitur omnibus philoſophicis fundamẽtis colligitur fęminã mediãte vtero agere, vt cauſa vniuerſalis ſecũdum diſpoſitionẽ materiæ, nõ ſolũ ad accidentalem ſimilitudinem, ſed etiam ad ſimilitudinem ſexus, quemadmodum, mouetur ad pluriũ, vel vnius fętus generationem, ſolũ ſumpta indicatione à quãtitate materiæ, vnde naſcitur, vt etiamſi generans ſit fęmina, nõ ſemper generet fęminã: quemadmodum quamuis generãs eſſet mas, nõ generaret perpetuo mares. * Et non mirũ eſt, quod vterus operetur, vt agẽs ęquiuocũ ſecundum diſpoſitionem materiæ; cum, & alijs naturalibus inſtrumẽtis, quorum actiones imperfectiſsimæ ſunt, reſpectu actionis vteri, idem conueniat. Hepar enim eodem gradu caloris quatuor diſtinctos, omninoque pugnantes generat humores. Vẽtriculus etiam omnino ſe habẽs ſecũdum naturam ex porro, & cepa generat bilem æruginoſam, & ex carne generat optimum chilum. Quod eſt abſurdum ſecundum eorum philoſophorum ſententiam, qui velint, nolint cauſæ naturales, ſemper ſibi ſimile eaſdẽ generare aſſerunt. 10

Quomodo ſemina agat tã ad accidẽtalẽ ſimilitudinẽ quã ad ſimilitudinem ſexus.

* Ex dictis etiam facile ſoluuntur ea omnia problemata, quæ circa hanc rem à philoſophis proponuntur. Hic enim modus eſt facilis, & ex eo facile ſoluuntur omnia dubia, quia verus eſt. Nam omnia, quæ ſunt vera in eadem diſputatione, facile ſibi inuicem conſentiunt. Sed tempus eſt, vt fætus formationem proſequamur. 11

Galle-

Digitized by Google

Gallego de fœminarum procreatione dubitationes cauſa, rationes, & ſimul commenta à Pariſano perpenduntur, ponderanturque, & vt nullius ponderis Vento committuntur & commendantur.

DECIMÆOCTAVÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

Gall. tract. 1. „ EX quibus conſtat veriſſimam eſſe noſtram ſententiam. Ad cuius confirmationem ſtatuere oportet, &c.

Pariſan. cont. 1. Ex quibus à nobis dictis dilucidius conſtat Archiatri Gallego ſententiam falſiſſimam eſſe, præter alia aliàs ſcripta, & nūc infra ſcribenda, quamuis de hiſce ſatis ſuperque foret: nihilominus tamen, ne talium huiuſmodi veſtigium remaneat, & vt ſupra promiſimus, omnia vna cum puluiſculo verramus, optimè ventilata vlterius cribrabimus, Lydio omnino Lapidi ſtantes. Eapropter miſſis interim ſuperiùs in hoc eodem capite Antiquorum ab ipſo relatis opinionibus, ad rem in præſentia non facientibus, Gallego dumtaxat ſententiam excutiemus, vt pateat, quam craſſa Minerua ſupra in omnibus, & hîc ac infra Hiſpanus Archiater progrediatur: Et è conuerſo, quàm ſubtiliter nos (abſit verbo inuidia) in noſtris cunctis in lucem editis proceſſerimus oppoſitis ex iuxta ſe poſitis Lydio huic Lapidi. Hoc primùm poſito certo diſcrimine, & differētia, quòd ſicuti Gallego ex libro ſemper Nauta, vt Collectores & parum ſubtiliter ſcribentes; ita Nos è contra ſenſu duce, comite ratione, à natura rei, & noſtro (vt aiunt) Marte philoſophati ſumus.

Miſſis igitur Ariſtotelis vanis principijs aliàs confutatis, Vero principio ex Moſe ſtantes, (quod nec Gallego, nec Hebreus, nec Chriſtianus inficiabitur) Vidit Deus (primo Gen.) quæ creauerat valde bona; & dixit, Creſcite, & multiplicamini, vt factum eſt. Hoc (vt paucis agamus) eſt verum vniuerſale principium. Generant Plantæ & imperfecta (à Deo creata) ſe ipſis: Procreant perfecta, mas & fœmina coeuntes, mas marem, fœmina fœminam ex miſtis ſeminibus & animalibus ſibi ſimilia & in omnibus ab inuicem diſſimiles progignentes, vt fuſiùs & enucleatiùs in ſecundæ partis Lydio Lapide ad Mundinium & ſequaces, docuimus: vbi non vulgaria explicuimus, vt repetenda non ſint.

Verum vniuerſale principium.

„ Gall. „ tract. 2. Qua propter aſſerimus nos, ſolam animam fœminæ, &c.

Pariſan. cont. 2. Ea propter aſſerimus nos vtranque animam, maris & fęminæ ſemē animare, & medio conſeruāte & alēte vtero, perficere.

„ Gall. „ tract. 3. Nam ſi principia ſint perfectè cocta, & nimis ſpirituoſa, & &c.

Pariſan. cont. 3. Principia, hoc eſt, ſemina in vtero, & ab vtero non concoquuntur, quod ſæpius Gallego aſſeruit, non maxima ſine noſtra admiratione: tum quia concoquunt, quæ vlteriùs à ſe ſe concocta nutriuntur, vt in officialibus membris omnibus, nedum in ijs, quæ ſibi vnis conſulunt, obſeruare eſt: quod nō vteri eſt: tum quoniam animata, vt animata & prolifica sūt perfectè cocta, ſecus nec prolifica nec animata eſsēt: quoniā anima ſibi inſtrumēta perficit, vt in ex putri ortis abſque nugis certò innoteſcit.

Neque nimis ſpirituoſa: quoniā ſemina nunquam ſunt nimis ſpirituoſa. Addo quòd ſemina nō ſunt vitalibus plena ſpiritibus, vt vbique Gallego intelligit, & aſſerit: quoniam vitalis ſpiritus teſtes nō ingreditur, nec ad ipſos peruenit, quicquid dicāt: Quippe illius ſubtilior pars arterioſi ſanguinis in cirſoidibus paraſtatis conſumitur, & in eorum prius alimentum conuertitur, vt propè teſtes viſitur, ſemialbū ſcilicet ſemen. Sic ſemen eſt ſpiritibus præditum genitalibus à teſtibus genitis.

Quorum ſeminum prout alterum altero dominatur ſecundum totum, aut diuerſas, vel aliquas partes, fouente, conſeruante, & alente temperato vtero, alter emergit fœtus, mas, aut fœmina in omnibus alteri ſimilis, aut illas ſecundū dominātes partes, vt aliàs declarauimus: non commenta matris anima, vti ex ſupradictis ſatis liquet.

Quæ non vt vniuerſalis cauſa agit, vt Gallego fingit, veluti Cœlum; ſed mixta anima mixtis ex ſeminibus (nō vna, altera ue materia mas, ex alia aut altera fœmina,

nã, vt iſdem exiſtimat) animatis, vt Hippocrates dicebat; prout huius ſexus, huius pars, partes, aut totũ, dominatur, mas, aut fœmina huic, aut illi ſimilis procreatur, ſeu proprius, emergit Dei iuxta præceptum, Creſcite & multiplicamini verè credentibus, & ſimul ſubtiliter ratiocinantibus.

Gall. tact.4. ,, Adeo enim incredibilis eſt naturæ ſapientia, vt ſecundum temperaturam materiæ, &c.

Pariſan. cont.4. O magna valde, & maximè ponderoſa Archiatri verba, Incredibilis adeo, &c. Quaſi matris anima Gallego generationis agens ſciat & agnoſcat maris ſeminis temperamentum. Non eſt incredibilis naturæ ſapientia: quoniam certa credere cogimur, quæ mente non aſſequimur, & manu tangimus: quam ob rem ita fore fateri cogimur: proinde illius ſapientia perquam maximè credibilis, tametſi à nobis parum perceptibilis ex noſtri defectu. Quippe Dei & Naturæ opera admirari poſſumus, mẽte verò attingere nequimus, propterea ſilentio veneranda Archiatre doctiſſime. Aſt ad rem propiùs.

Si Natura iudicat, tuo loquimur arbitratu, & ſtatim facto iudicio organizationem diſponit; natura, inquã, id eſt anima: Ergo non materialis facultas accidentalis abſque anima, ſeu natura, quod ſuperius tuo cerbellottico iure ſtatuiſti, nos confutauimus: quia natura nõ eſt talis accidentalis facultas. Nequaquam fabricæ initio ſtatim principalia membra diſponit. de quibus in ſequẽti collatione enucleatiùs.

Gall. tact.5. ,, Vnde non caſu & fortuito, vt dicebat Ariſtoteles, &c.

Pariſan. cont.5. Fœminam monſtrum eſſe, & fortuitò fieri, inſipiẽtis eſt dicere: quemadmodum de tali illius, & tẽperatione ſtatuere: quoniam ſumma Sapientia eam ſic creauit, & ſummus perfectionis ordo, & finis requirebant. De cuius perfectione & procreandi modo, quia aliàs ſatis ſuperque pertractauerimus, eadẽ nũc ſilẽtio prætereamus.

Gall. tact.6 ,, Quod autem calidum ſemen ſit materia diſpoſita, &c.

Pariſan. cont.6. Si ex aliorum ore pẽdeas candide Lector, & nauta ſis ex libro, dubio procul & velis & remis & Græcos, & Arabes, atque quinetiam Indos ſequeris, vt ignorantes ſolẽt. Verùm ſi à rei natura philoſopheris, & ipſam naturã rimeris, ſecus experieris, Græcos, Arabes, ac Indos admiratus pluribus de cauſis, multiſque certis & ſenſatis rationibus, quibus Antiquis nuntium remittes, etſi illis ignoſcendum ſit: quia ſemen animatum ignorauerint.

In primis mulieris vnus eſt Vterus eiuſdẽ rationis inſtrumentũ, quod modò mares, modò fœminas; modò ſimul marem & fęminam parit. Cũ vno mare omnes fęminas: Cũ alio omnes mares, aut vt plurimũ: quod & de Mare cum alia, & aliâ muliere dictũ velim, vt cuique notũ eſt. Quam ob rem nec mulieris generãtis animæ intelligentia, vt bellè & ſubtiliter Gallego. Nec Vterus calidus, frigiduſue: nec dextra, ſiniſtraue illius pars maſculini, fœmininique fœtus in cauſa ſit: Quamuis certus vteri temperamenti gradus ad conceptionem & non ad maris, fœminæue conceptum requiratur. Et conſequenter conſtabit, quòd nec ab huius viri dextro, ſiniſtroue teſte, id proueniet: Quod & experientia in iis conſtat, quibus alter teſtis exectus eſt, & tamẽ dextro fęminas, ſiniſtro mares progignũt, vt nos aliàs certo quoque experimento ſcripſimus, & quotidie viſitur.

Hinc pateſcit, quam ignorantes ſint, qui ex libro nautæ ſcribunt, & ſimiles laudãt. Alij volentes ſcilicet mares, ſiniſtrum teſtem ligant: Fœminas cupientes dextrum vinciunt: neſcientes miſeri, quod (doctis ſcribitur) ſemen tunc eiaculandum, eſt, & reſidet infra teſtes in proſtatis, in virgæ radice; ad cuius egreſſum, & in vterũ eiaculationem, alterius teſtis vinctio non officit, nec fini illi impedimento eſt. Et ſic balantum more ignorantes faltãt omnes.

Idem certò in brutis confirmatur duplici matrice præditis, vt ſi prægnantem canem ſeces viciſſim in dextra matrice, atque ſiniſtra canes mares & fœminas inuenies, quod non te fallit, quicquid Gallego deliberet, aut ſuum generationis agens bellum inuentum, Matris ſcilicet Anima.

Sic etiam diſpenſare natura ſolet de numero fœtuũ marium, aut fęminarũ, &c. ,, *Gall. tact.7.*

De

Pariſen. cont.7. De hac materia nos in prima parte noſtrorum librorum de Subtil. aduerſus Ariſtotelem egimus: Poſtea in Pari & San. Iud. contra Mundinium id retudimus: Demum eumdem aduerſum mordicum, & ſecum in nos irruentem cateruam idem ſuſtinẽtem de meliori nota in ſecũdæ partis Lydio Lapide ablegauimus omnium omnia, quæ Gallego dicta ſunto: & conſequenter omnia ablegata & deſtructa, quum Gallego ſicco nimis pede prętereat, & de præteritis iam ventillatis & excuſſis ad nihilumque redactis non ſit conſilium; ſi conſilium phantaſticum iterum inibit poſtmodũ nos aliud in Arena capiemus, Deo dante.

Ceterùm ne ſicco nos pede ad rem nũc tua omnino tranſire videamur. An quæſo te, qui potentiam animalis membra, & inſtrumenta ſupra formare voluiſti ante animationem, quæ tibi à matris anima ſit. Nunquid, cedò, iſta potentia in plurimis ſimul & ſemel ex vno ſemine genitis, (vt fabulamini, & talium puparum amaſios inuenitis) immo tercentis ſimul & ſemel ortis puerulis referente Schenchio, ſimul & ſemel membra & inſtrumẽta conſtruet? An verò tua phantaſtica anima, mulieris nimirum, tercentas facultates ad tercenta in vtero præparanda ſemina tranſmittet, vt ſimul & ſemel illico poſtea animet omnia?

Quinimo quum tot maris ſeminis fruſtra, (ab agente & diuidente tibi de more ad arbitriũ) totidem fœminæ, & totidem menſtrui (tibi, qui illico miſces omnia) prius diuiſa, poſtmodum vnita & mixta: Ergo 900. ab inuicem ſeparatæ potentiæ, vt ſimul & ſemel, ac temporis momento à matris anima animentur; quoniam eiuſdem magnitudinis tercenti omnes fœtus orti ſunt: Igitur & eodem temporis puncto à tercentis potentijs immo 900. potentijs fabricati. Et ſic valde potens Archiater, & maximus potentiarius Gallego. An vt à tercentis, nouẽcentiſue vnitis materiebus ſeminibus & menſtruis materialibus accidentalibus tuis poteſtatibus, illico poſtea temporis momento ſimul & ſemel animati à tercentis animabus? An potius ab eadem tua Matris anima in tercentis nunc, & temporis punctis animati ſunt? Vt ipſa ad tot omnia corpora ſic aduolauerit: quando nos non capimus vnam & eandem animam numero tuæ Matris eſſe poſſe in ſuo corpore, atque in tercentis fœtibus ab inuicem diſtinctis ſimul & ſemel temporis puncto: poſito tuo excogitato phantaſtico modo, quod Matris anima animare poſſit, & cetera tua archiatria inuenta, de quibus nos ſupra.

Præterea quum tibi Matris anima de ſeminis aptitudine ad marem, adque fęminam (quoniam partim mares, partim fęminæ erant) temporis momento deliberet, (magna profectò fęminæ deliberatio) ſic ille vterus in 150. angulis pro maribus tibi calidus & ſiccus erit: In totidem pro fęminis frigidus & humidus extabit. Maxima archiatria prouidentia: quemadmodum maximæ fictæ facultates, facultatum operationes, fictæ matris animæ deliberationes, actiones, animationes perquam, maximę, ſicuti perquam maxima commẽtitia cuncta, phantaſticaque omnia ſunt.

Idem etiam docuit Ariſtoteles, &c. „ Gall.

Hippocrates hîc non determinat, quæ „ tac.8. ſeminis eiaculationes, prima ne, an ab ipſa aliæ fortiores & fœcundiores ſint.

Ariſtoteles primam ſeminis emiſſionẽ Pariſen. poſteriori minus fęcundam eſſe propter cont.8. cruditatem terminat.

Galenus contra, quòd in prima ſeminis eiaculatione craſſius ſit ſemen: & viribus, calore & ſpiritu, illo longè præcellat, quod ſecundò, & tertiò eiaculatur tenuius, frigidius, imbecillius, ſubſtantiæque caloris minus particeps.

Aſt Archiater nec Galeno, neue rationi, neue ſenſui aſſentiens arbitratu ſuo cõtrarium cõcludit. Quòd videlicet ſeminis portio, quæ in prima, & in vltima (vltimã nos non agnouimus: quoniam alij ſemel coeunt, & ita non datur vltima: alij ter, quinquies, plus minus: alij decies in die, in nocte, ac vlterius, & ita quæ ſit vltima neſcimus) emiſſione exijt ſeroſior, ac tenuior ſit: mediæ verò craſſiores, vt in mammarũ emulſione contingit, à quibus prius ſero-

Digitized by Google

ſior; deinde craſſior,& magis cocta pars, extrahitur.

Verumenimuero ſi à rei natura philoſophatus Gallego eſſet, nō Ariſtoteli, ſed Galeno aſſentitus eſſet: Quoniam ſanguis in cirſoidibus paraſtatis diu concoctus, & ſemialbum proinde euaſum ſemē in teſtibus vlterius concoctius redditur, in deferentium vaſorum mora,& tranſitu adhuc magis:magis magiſque,craſſiuſque redditur, ſi diutius proprio in penu,in proſtatis moratur & detineatur;Et quia ſemen ſucceſſiue fit, prius genitū, & elaboratū diutius in proſtatis detentum,craſſius fit,calidius,ſpirituum copia magis affluens, atque longiori ex mora,inquam, globulentum,vt dixit Ariſtoteles. Et ſic à natura rei, non ex Ariſtotelis libro.

Adde ad ſemen quod attinet,quòd Sapiēs Natura ab Emulgentibus duo ad teſtes vaſa duxit; vt aliqua feroſitas (docēte Galeno) ſemini ineſſet,vt illius è proſtatis continuo egreſſu vrinę canale humectaretur,ne exſiccaretur; Vt in vrinis floccis & minimis veluti filis,prędit is,videre eſt. Et ſic in illis Cellarijs purum ſemen cōſeruatur,ac craſſius lōgiori mora,atque globulentū redditur ſubtiliter philoſophātibus.

Mammarum lac contra, quoniam ex impuro menſtruo ſanguine fit,& mammæ vbera ex puriori ſanguine nutriuntur, nō ſero; Hinc fit,quòd ſanguinis impuritas, non aptum mammarum nutrimētum, ſed excrementum in primis vijs, & in limine, exploſum prius egreditur.

Gall. tac. 9. Pariſan. cont. 9. „ Ex dictis igitur omnibus philoſophicis „ fundamentis colligitur fęminam, &c.

Poſt multas allatas & relatas communes nugas,de feminis, & vteri tēperiebus ad rem nihil concludentes, Statuit fœminam,fęminæ animam medio vtero vt cauſam vniuerſalem agere,& pro materiæ diſpoſitione etiam ad accidentales,eſſentiales,atque indiuiduales ſimilitudines,ſexus ſcilicet, & talis ſexus ab alijs diuerſi, faciei,& talis faciei,& naſi talis,oculorū,&c.

Quæ purè phātaſtica ſunt abſque animato maris ſemine cū fęmineo miſto pro totius,aut partiū robore, atque dominio. Quare non cauſa vniuerſalis,ſed particularis: & hæc cauſa,materia ſcilicet patris animata,ſemen anima præditum,& delineatum requiritur,vt ad vnguem patri aſſimiletur,aut matri in ſexu, & in omnibus ſimilitudinibus,vt ſæpè viſitur altero non impediente, dominanteue ſemine ſecundum totum,vel partes,vt plerunque contingit: Et ita contrarium,ac ille exponit omnino experimur, & certum habemus miſsis fabulis.

Exemplo ad rem ſimillimo ac adamuſſim cōprobatur. Quærat aliquis à celeberrimo Pictore omni propoſito & pollicito præmio Archiatri Gallego verā effigiem. Irridebit. Pictor imaginem quærentem,& ſtultum præterea dicet,quod impoſsibilia petere audeat,videlicet, abſque Gallego præſentia. Sic animam matris,& vterum abſque delineato Patris ſemine, patris ſimilitudinem effigiem atque imaginem cęlare poſſe.

Et non mirum eſt, quod vterus operetur vt agens æquiuocum, &c. „ Gall. „ tac. 10. Pariſan. cont. 10.

Si Vterus iſdem,& eodem modo ſemper agens: & iſdem eiuſdem ſemper effectus, generare hominem, communem ſecundum opinionem. Aut receptum ſemen fouere,conſeruare,& alere ſolummodò ad parturiendi vſque tempus noſtram ſecundum ſententiam: Non video quo modo æquiuocum agens ſecundum materiæ diſpoſitionem ſit: quoniam ſemen, materia concepta eſt homo, canis, & eadem quæ prius,ſiue mas,ſiue fęmina: quæ non alia diſponitur, nec alia fit ab vtero, permutaturue: Quemadmodum nec Matricis in ex putri ortis,nec terræ plantas,vt nec vteri diſponere eſt,quicquid fabulentur; Vt ex indiuidualibus,& proprijs ſimilitudinibus: cum eſſentialibus: tum accidentalibus viſitur, in omni animātis ſpeciei; Vt mirum ſit tot de commentis.

Exempla non ſunt ad rem. Quoniam Hepar alimentum ſibi generans indifferenter ſemper quatuor humores generat, prout chylus ex alio, & alijs cibis confectus, & diuerſa ex alimentorum miſcella eſt. Sic & non aliter Ventriculus ſecundum ſubſtantiam & accidentaliter in ſe ſe recepta mutantes & corrumpentes porrum,

Digitized by Google

rum, & cepam (vt ais) viuentes plantas. Non ſic Vterus, qui ſemine non nutritur eiaculato & in & ex coitu attracto, abſit; ſed illud cõſeruat attractum, fouet, & nutrit: Et ſic ſimilitudines emergunt omnes, ſicuti nos non ſemel diximus, & probauimus: quicquid Archiater ſecus, & non bene docens proponat.

Gall. tac. 11. „ Ex dictis etiam facilè ſoluuntur omnia „ problemata.

Pariſan. cont. 11. Si ligare eſt ſoluere, tenebras effundere colluſtrare, Archiatri Archiatria erunt: Sin minus è conuerſo: & Lectoris eſto iudicium.

Gallego lib. 3. c. 28. pag. 575.

An ſimul, aut in æqualiter abſoluantur omnia embrionis organa; & probatur non omnia ſimul abſolui. Gallego.

CVm iam à nobis ſit inuentum principale generationis perfectorum animalium agens, ſatiſque ſint explicata inſtrumenta, ſiue immediata agentia, quibus vtitur, neceſſarium eſt aperire quo ordine partes fœtus efficiat: an ſcilicet omnes ſimul incipiat, ſimulque abſoluat; an verò omnes ſimul incipiat, ſed non eodem tempore eaſdem abſoluat. Sunt etenim aliqui, quibus illud verius appareat; alij verò hoc magis probant, qui dubitant etiam de ea parte, quæ prius à natura abſoluitur. Quapropter nos iſta omnia ſenſim, ac ſeparatim explicare decreuimus. In primis tamen falſam eſſe eorum ſententiam probabimus, qui affirmant omnes partes fœtus ſimul finiri à natura.

Duplex ſententia de abſolutione generationis. Duæ igitur inueniuntur ſententiæ de ordine quo finitur generatio partium ab agente generationis. Nam Fernelius 7. de hominis procreatione cap. 10. meus doctiſſimus Magiſter Segarra 1. de nat. facult. c. 5. Ludouicus Mer. Andreas Laurentius 8. de re anatomica 13. quæſt. Petrus Garcia, Carrerius ſuper fen. 1. Auic. doctrina 7. ſumma 1. & alij, multo verius exiſtimant eſſe quod natura ſimul aggrediatur omnium partium fœtus generationem, & in eodem etiam tempore eaſdem finiat. Hãc opinionem probant in primis, quia tria potiſſima principia adeo neceſſariam habent inter ſe actionum correſpondentiam, mutuamque neceſſitatem: vt nullum illorum, ſine aliorum duorum auxilio perſeuerare poſſit, vt experientia demonſtrat. Propter quam cauſam Gal. lib. de ſemine, hanc opinionem ſequutus fuit. Sed expreſſis verbis magiſter omnium Hippocrates eandem amplectitur ſententiam. Nam ſtatim in principio de locis in homine inquit: nullum mea quidem opinione corporis eſt principium, ſed omnes partes ex æquo, & principium eſſe videntur. Deſcripto namque circulo, principium non inuenitur, eademque ratio membrorum in toto corpore eſt, &c. Et 1. de dieta circa mediũ, inquit; Diſcriminantur autem partes, & augeſcunt ſimul omnes, & neque prius altera alterius, neque poſterius. Verùm maiores natura priores apparent minoribus, cum non priores exiſtant, &c.

Deinde eandem probant ſententiam, quia neque cordis, neque cerebri, neque hepatis vſus in initio formationis eſt neceſſarius. Nam, nec indiget materia ipſa natura, dum intenta eſt primæ delineationi, ſanguine ſcilicet venali, aut arteriali, aut ſpiritu, nec indiget aliqua ſenſatione. Quæ omnia confirmant ex Auic. fen. 21. lib. 3. tract. 1. cap. 2. dicente; Et virtus quidem. informatiua non indiget in diſpoſitione formationis nutrimento, dum non accedit reſolutio ſenſibilis; ſenſibile faciẽs nocumentum, quare ſit neceſſarium reſtauratione eius, & ſit neceſſarius ſpiritus vitalis, vt ſuſtentetur cum eo, & exiſtat, &c. Et poſtea declarat, quanto tempore non indigeat formatrix ſanguine attracto ex matre dicens; Et ſpatium ſpumæ eſt ſex dierum, aut ſeptem, & in his diebus informat informatiua in embrione non ſugendo nutrimentum ex matrice, & poſt illud ſugit, &c. Quibus verbis probat ſaltem non indigere natura hepate embrionis ad primũ formationis tempus. Et propter eandem rationem probari poteſt non indigere corde, neque cerebro.

His tamen non obſtantibus Auic. cum Ariſt. exiſtimat prius omnium cor generari, vt dicemus. Illi autem autores non ſic, ſed omnia ſimul membra abſolui dicunt, *Quid Auic. & Ariſtoteles ſentiant.*

quia

quia in eodem inſtanti ipſis omnibus indiget fœtus; antea verò nullus ope indiget, vt dictum eſt.

Sed doctiſſimus noſter collega Couarruuienſis digniſſimus Abbas, nouiſſimè omnium acriter hanc defendit opinionem ſuo eruditiſſimo lib. de acutiſſima Hippocratica philoſophia, com. 44. & maximo afficitur dolore quod huculque non fuerit hæc quæſtio pro rei veritate elaborata, & quod mille erroribus tandiu fuerint decepti tyrones. Quare ipſe promittit ſe probaturum omnes fœtus partes ſimul à natura abſolui, & incipi, non vt medici facere ſolent, ſed ordine quodã metaphyſico.

Sententia vera de tradicta abſolutione generationis. His tamen non obſtantibus ſemper nobis veriſſimam eſſe contrariam ſentẽtiam viſum eſt, vt ſuperius dicere cœpimus: nõ ſcilicet eſſe neceſſarium, omnia tria principia cor, cerebrum, & hepar ſimul finiri. Aduertere tamen oportet nos in hac diſputatione, in qua agimus de ordine, quo partes fœtus generantur, ſolum agere de accidentali formatione fœtus, de ea ſcilicet, quæ præcedit principalis animæ aduentum, fitque à generante. Nam cum hęc in longo fiat tempore, vt dictum eſt, dubitari poteſt an omnes partes ſimul abſoluantur, vel non. Quod quidem facere non licet de ſubſtantiali organizatione: de animæ ſcilicet introductione. Hęc enim in inſtanti fieri, dictum ſuperius eſt: quapropter impoſſibile eſt, vt in diuerſis temporibus partes illæ fiant eiuſdem animæ organa. At verò ad animæ embrionis introductionem ſatis eſſe diximus vnum, aut alterum organum finitum eſſe: In quocunque enim poteſt conſeruari, quouſque omnia finiantur, ſicut conſeruatur forma plantæ in ſolo ſtipite, quouſque generat radices, & caulem. Tum præterea, cum conformatio fiat ab agente generationis, mediantibus facultatibus animæ embrionis, vt dictum eſt, nullo modo fieri poteſt, vt omnes partes ſimul finiantur; nam partes eę, quarum materia magis reſiſtit debitæ conformationi, & eæ, quæ maiorem requirunt ex ſua natura elaborationem, impoſſibile eſt, vt in eodem tempore, & ab eodem autore finiantur, in quo abſoluuntur partes, quæ leuiore tranſmutatione finiuntur. Partes autem, quæ efficiuntur à natura, vt ſint organa potiſſimarum facultatum, maiori indigent perfectione, cum ex illarum poteſtate tales educi debeant facultates. Deinde toto eo tempore, quo fœtus ſolùm viuit, vt planta, nullo modo indiget inſtrumento, in quo generetur calor influens, neque organo facultatum ſenſitiuarum, ſed organo facultatum naturaliũ, vt probaturi ſumus: ergo fieri non poteſt, vt ratione vſus omnia organa ſimul abſoluantur, ſed quod tunc vnumquodque finiatur, cum eius vſus fuerit neceſſarius ad fœtus vtilitatem. In ſequentibus verò dicemus, non omnium partium vſus in generationis initio naturam expoſtulare.

Hanc ſententiam habuiſſe Hippocratem in genuinis libris colligunt aliqui neoterici ex veterrimis eiuſdem Hippocratis interpretibus, quorum aliqui dixerunt Hippocr. exiſtimaſſe priùs omnium generari caput, alij verè hepar. Nam hanc ſententiam ex Hippoc. deſumpſiſſe Galenum aſſeruerunt. Ariſt. eandem ſententiam multis in locis, multiſque rationibus probat; vnam ſcilicet partem fœtus prius abſolui, quam alias. Et lib. 1. de par. an. cap. 1. inquit: quapropter membra non ſine ordine oriuntur, ſed primum hoc, deinde illud, atque in hunc modum omnia, quæ natura conſiſtunt depinguntur, &c. Idem docuit Galen. 2. de ſemine, cap. 9. dum aſſerit omnem fœtus fabricam ordinatim, & perſpicuè procedere. *Eſt Hippocratis iuxta neotericos.* *Probatur ab Ariſt. & Galeno.*

Cum igitur ordo ſecundum Ariſtot. 8. phyſ. ſit quædam proportio, ſiue ratio in rebus, ibique nomine proportionis ſolum intelligat rationem prioris, & poſterioris, certum erit, cum dicunt hi autores membra fieri cum ordine, ſignificare non omnia ſimul abſolui, ſed priùs vnum, & poſtea reliquia. Eſt etenim ordo relatio prioris ad ſubſequentia. 2. etiam de gen. an. cap. 1. experientia probat Ariſt. non omnes fœtus partes ſimul abſolui. Nam inquit: ſed enim non omnia ſimul effici, vel ſenſu percipi poteſt, cum partes aliæ iam ineſſe, aliæ nondum adeſſe cernantur. Nec dici poteſt eas præ ſua exiguitate latere,

tere,

Digitized by Google

tere. Pulmo enim, qui amplioris eſt magnitudinis, quàm cor, poſterior corde in primo ortu conſpicitur, &c. Eandem experientiam comprobat Galen. lib. de fœtus formatione dicens; ſi quis voluerit id certificare nuper imprægnatione incipiente, inueniet tunc alias quidem particulas iam formatas, alias verò nondum figuratis. Ex quibus conſtat hos grauiſſimos autores ſenſiſſe non omnes embrionis partes in eodem tempore abſolui, ſed prius vnã, deinde verò reliquas. Quod apertius ex eiſdẽ autoribus poſtea probaturi ſumus.

Rationes verò, quibus primi autores ſuam ſententiam confirmabant, eſſe falſas manifeſtè conſtabit ex iis, quæ dicemus.

Rationes Abbatis expenduntur & refelluntur. Cæterum, quia noſter Abbas accuratius, atque ſcholaſtico more, vt cætera, eandem ſententiam probare nititur, examinare oportet, quantam habeat vim eius fundamenta, ipſiuſque metaphyſicas rationes ſoluere; interim tamen difficile videtur, quod promittit, ordinẽ ſcilicet earũ mutationũ, quæ fiunt à cauſis naturalibus acutius, hoc eſt fortius poſſe probari rationibus metaphyſicis, quam phyſicis; cũ veritates motuũ naturalium, non niſi ex immediatis cauſis, efficiente ſcilicet, materiali, formali, & finali, à quibus fiunt, à priori, vel ab experientia demonſtrari poſſint. Nam, quo vniuerſalius fuerit principium, quod ad id aſſumpſerit demonſtrator, quale eſt logicum, ſiue metaphyſicum in rebus naturalibus, ſiue medicis, eo remotius tẽdet à veritate. Vnde meritò Ariſtoteles 2. de gen. anim. cap. 6. reprehendit Empedoclem, & Democritum, qui nitebantur reddere ſterilitatis muli cauſam per vniuerſaliſſimas quaſdã rationes, quas propterea appellat logicas, dicens; logicas appello, quia, quo vniuerſaliores, eo remotiores à proprijs principijs ſunt. Et poſtea, rationes enim, quæ non ducuntur ex proprijs principijs, inanes ſunt, cum longe aberrent, &c.

Empedocles & Democritis reprehenſi & Ariſtotelis.

Metaphyſicæ rõnes nõ faciũt ad ordinem generationis naturalis. Ex quibus concludimus philoſophum naturalem ad naturales concluſiones rectè eliciendas vti debere naturalibus, ac immediatis principijs, quemadmodũ geometræ geometricis vtuntur. Vnde inutilis erit metaphyſicus ordo ad inuẽtionem ordinis, quem ſeruat agens generationis in partium fœtus abſolutione: vtiliſſimus verò medicus, ſiue naturalis. Quapropter iniuſtè reprehendit hic autor ſimilitudinem, quam ſeruant res, quæ fiunt ab arte, cum rebus, quæ à natura oriũtur: qua quidem vtuntur medici, & philoſophi ad probandum naturam incipere formationem fœtus ab ea parte, cuius ope indiget ad reliquarum confectionem; eo modo, quo artifices initium rerum artefactarum ſumere ſolent ab ea parte, quæ eſt veluti aliarum fulcrum. Nam fundamenta, quibus probat inutilem eſſe ſimilitudinem dictam, inutilia ad id eſſe videntur, ſunt etenim quædam metaphyſica principia, quæ licet abſolutè vera ſint: non probant tamen intentum. Nam quamuis fateamur omnia diſcrimina metaphyſica, quibus diſtinguitur res arte facta à re naturali, ab iſto doctiſſimo viro adducta vera eſſe: aſſerimus tamen in aliis quamplurimis artem & naturam conuenire. Nam cum ars ſemper conetur imitari naturam; in omnibus ijs, in quibus poteſt, eiuſdem operandi modum ſequitur. Vnde fit, vt Ariſt. & alij doctiſſimi philoſophi ad declarationem occultarum naturæ actionum vtantur exemplis ab artibus deſumptis. Nam etiã ſi res naturalis in ſeipſa habeat naturam; artificialis verò non conueniat cũ ſua cauſa efficiente ſecundũ intrinſecum eſſe, vt naturalis; & quamuis forma naturalis immediatè vniatur materiæ primæ, artificialis autem, ſicut cætera accidentia, ſemper adueniat enti in actu, & hæc ſemper ſit extrinſeca, illa verò intrinſeca, & ſic de cæteris; non tamen propterea negandum eſt in alijs, & præcipuè in operandi modis artem, & naturam adinuicem aſſimilari.

Ars ſemper conatur imitari naturam.

Ars natura non aſſimilantur. Vnde Ariſt. 2. de gen. an. c. 4. agens de generatione partium inquit; omnia verò lineamentis primùm deſcribuntur, deinde colores recipiunt, & mollitiem, & duritiẽ, quaſi pictoris officio fungatur natura, cũ condit, & creat. Pictor enim vbi lineis primum deſcripſerit animantem, mox vario illinit colore, ac perficit, &c. Et paulò ſuperius

perius dixerat, quod quemadmodum ea, quæ fiunt ab arte, efficiuntur per inſtrumenta, ideſt, per motum artificis receptũ in inſtrumento, ſic etiam fiunt ea, quæ à natura efficiuntur. Sic quoque inquit, vim agendi ſeminis operari, ſicut ſuccus coagulans lac.

Res facta à natura & facta ab arte in quo conueniant.

Dixit etiam rem factam à natura, & rem factam ab arte conuenire in eo, quod ſemper fiant ab ente in actu. Et denique nec Ariſt. nec Galen. nec alij doctiſſimi homines aliquid occultum factum à natura declarare ſciunt, niſi artis adducta ſimilitudine. Vnde immeritò noſter doctor aſſerit torpidum habere ingenium, ac compedibus alligatum eum, qui artefactorum exemplo commotus dixerit corporis perfecti animalis fabricam non ſimul abſolui à natura, ſed prius vnam partem, deinde reliquas perfici. Nam Ariſt. non tale habebat ingenium, & tamen laudat Orphei ſententiam, dicentis corpus fœtus fieri, ſicut fit retis, & ipſe ita fieri cenſet.

Corpus fœtus fit ſicut fit retis.

Quapropter non eſt opinio medica, ſiue ridicula: imo excellentiſſimi metaphyſici eſt opinio. loquitur autẽ Ariſt. & omnes qui hanc opinionem ſequuntur, ſolum de accidentali conformatione, & minimè de ſubſtantiali, quæ fit in inſtanti.

Cor prius generari quo ſenſu dicat Ariſtot. & Gal. hepar.

Nam quando Ariſt. dixit, cor prius generari, & Gal. hepar, non dicunt has partes priùs natura generari, ſed prius tempore. Ideo enim non dixit Ariſtot. cor hominis prius generari, ſed cor conceptus, ſiue embrionis. Nam nomine generationis non intellexit introductionem formæ ſubſtantialis, ſed antecedẽtem materiæ diſpoſitionem. Non enim dubitant de prima, ſed de hac. Quapropter immeritò quoque reprehenditur Valleſ. quia in controuerſia dixit, non totam plantam fieri ſimul. Nam non loquitur ibi de introductione formæ, ſed de partium integralium productione, illud enim fit in inſtanti in vna ſola parte, hoc verò non niſi in tempore, vt conſtat.

Planta quo animetur.

Diximus namque ad introductionem formæ plantæ, ſatis eſſe productionem ſtipitis: ad diuturnam verò conſeruationem eiuſdem formæ, & ad ſuum naturale opus edendum, non ſufficere ſolàm illam partem, ſed indigere radicibus, caule, & cæteris partibus, quę ſenſim fiunt ab ipſa introducta forma. Quare ſi conſideretur planta in illo priori ſtatu, verum erit dicere talem plantam integram habere eſſentiam: non tamen dicere licet, verã habere plantæ perfectionem, cum illi deficiant partes, quibus neceſſariò indiget ad ſuam conſeruationem, & ad finis conſequutionem. Et ideo de hoc plantæ ſtatu agens Valleſius, veriſſimè aſſeruit lib. 2. con.

Valleſij de ſtatu plantæ locus.

Nam eorum, quæ natura fiunt, erit exemplum commodius plãtarum partes, eiecto in terram ſeminę non ſimul generari, &c. In quo loco non de formæ introductionę, ſed de partium productione egit.

Refellitur Sancta Crus.

Quapropter falſus videtur textus ille domini Doct. Sancta Crus, in quo inquit, Sed quando opinionem iſtam non conuincat ratio dicta demõſtratiua in ordine metaphyſico: conuincat tandem ſenſus ipſe, & credant oculis, magis quàm opinionibus. Nonne vident lactucæ in ipſo ſtatim ſuæ vitæ limine in tenerrimis ſuis principiis totam formam, minutiſſimis tamen foliis, cui nihil deeſt ad eſſe lactucæ, ſolum ſupereſt ſenſibilis accretio, & augmenti pulchritudo? Tota enim ſimul planta producta eſt, nec vna pars poſt aliam, poſtea verò partiũ extenſione exornatur, &c. Huius aũt textus falſitatem manifeſtant experientia, & grauiſſimi omnium autorę, qui in plantarum generatione ordinem prioris, & poſterioris partium ſola experientia commoti fatentur. Nam Hippocrates lib. de generatione infantis, prius apparere folia, quàm radices aſſeruit: Galenus verò, & Ariſtoteles prius generari ſtipitẽ, quam caulem, & radices dixerunt. Quod vnicuique experiri licitum erit. Nam ſi maceratum ſemen fabæ, vel alterius plantæ, aperiatur ab aliquo, inueniet inter duas pulpas exiguam quandam particulam nouiter ex ipſa fabæ carne productã, habentemque accreſcendi virtutem ſine aliquo radicum, aut caulis veſtigio: poſt aliquod verò tempus radices, & caulem ſimul percipiet. Quapropter diſtincta res eſt reſpicere lactucæ principium, quæ ex

ſemine

ſemine immediatè oritur, aut illius, quę ex plantarijs auulſa in alio teritur loco. Quod ſatis eſt, vt maximè probabile ſit argumentum, quod deſumunt autores ex hoc experimento, vt probent non omnes partes fœtus ſimul abſolui in accidentali formatione. Nam cum hæc, vt diximus, fiat ab agente generationis, mediante forma embrionis, cuius perfectio non excedit perfectionem formæ plantæ, ideoque in ſolà vna parte poſſit conſeruari, vt illa, poſtea reliquas generat fœtus partes debito quodam ordine, vt dicemus. Et iuxta hāc doctrinam explicari debent loca Hipp. de locis in homine, & 1. de dieta. Explicare verò nunc oportet Ariſtotelis de hac re ſententiam.

Prælata Archiatri Gallego à Pariſano diſcutiuntur omnia, excuſſa ablegantur. Cor, aut Hepar prius procreari Naturæ repugnans. Congruens fundamentum dilucidè oſtenditur.

DECIMÆNONÆ CRIBRATIONIS.

LAPIS LYDIVS.

QVum Gallego Archiatri ſupra inuenta & commenta improbata & ablegata ad vnum fuerint omnia, & deinceps de partibus & membris, ac inſtrumentis conformatis, atque de conformantibus fictis accidentalibus materialibus abſque anima facultatibus: Et proinde cadentibus fundamentis ruāt cetera omnia, de hiſce ampliùs differēdum non eſſet: potiſſimū, quòd ex ſupradictis, & ex alibi à nobis ſcriptis, iſtæc colligi poſſint. Nihilominus tamen, quia multi multa dicunt, atque ad inuicem pugnantia: Aliorum ſententijs, & autoritatibus non addicti, quid à rei natura, ſenſu, & ſenſatis rationibus collegerimus, paucis in medium afferremus, ad Lydium eadem ducentes lapidem: Quibus ſenſatis ni conſentiant, ſenſus pœna puniantur.

Quandoquidem vt inſipientis eſt de Natura, extra naturam agere: Ita è conuerſo ſapientis erit de Natura pertractando, intra naturam ſe ſe continere, & à rei natura exordiri, ſi ſecundam naturam progredi, & non vltra, & præter naturam ſe gerere velit, & præcipitem agere ſolis phantaſticis.

Atqui perfecta in ſuo genere animantia, quæ ſementiferæ plantæ ſunt ſecūdum ſui partes omnes initio à natura ordiuntur, & eadem ſecundum prima ſtamina, & ſui totum eſſentiali abſque mutatione, & corruptione augentur, & omnino perficiuntur: Plantæ inquam, per propagationem ortum ducentes, ſicuti perfectiora animalia, de quibus Gallego Archiatro ſermo eſt.

Hoc in planta ſementifera videris. Obſeruabis namque primùm in plantæ flore, ac in illius medio erumpentem globulum initiò minimum: qui quotidie & in dies augetur ſemper, ſemper idem ſenſui, & vlla perpetuò eſſentiali abſque mutatione: ſine vlla corruptione; Vt quotidie, & ſingulis horis, ſi frangas, cōtinuò eamdem materiam obſeruabis, & in magnitudine ſolummodo mutatam, & auctam. Hæc in ſui principio pertenera, vt in ipſa, in ipſo globulo quid contentum tenerius & mollius, veluti ſuccus plantæ colorem referens, continuò itidem denſior euadit in globuli medio, qui eo ſemper denſior, & durior, vtpotè continens capſula, teca, pericarpium, vterus. Qui quidem globulus in medio flore ortus, ablato flore, euaneſcentibus floris folijs petiolo plantæ ramo continuus obſeruatur, vt flori prius; ſicuti in ceraſo, pyro, pomo, in leguminibuſque, fabæ, piſi, ciceris, &c. pericarpijs videre eſt. Qui contentus in pericarpio ſuccus viridis, vt planta, aliud à pericarpio, ſemen eſt, & plāta, omnibus ſuis cum eſſentialibus ſimul & ſemel à propria anima fabricatis partibus, abſque eſſentiali, inquam, mutatione & corruptione, & ſine conformatione aliquarum partium à fictis facultatibus primò genitarum ante animæ ingreſſum, & animationem, vt Gallego commentatur: Et ſic omnes partes ſimul exordiri, & perfici ad perfectam ſeminis abſolutionem conſtat, vt ex continua nutritione, & acretione earumdem om-

omnium ſub aſpectum cadentium patet.

Quod autem res ita ſe ſe habeat, in fractione dignoſces, ſi fabæ, ciceris, violæ tecam, & virens pericarpium aperias, etiam tenerum: Intra quas tecas, pericarpia, minima ſemina tenera viridia videbis continuò creſcentia ab vtero, à pericarpio alimentum trahentia ſua media radice pericarpio adhærenti, immo continua extra ſemen, eidem ſemini continua tamen (nota) exiſtenti, viſili: Vti in ciceris grano exempli gratia videre eſt, in teca & pericarpio, vt ab ipſo auulſo, & quin etiam ſato; Vt ni cœcus ſis, aut nimis peruicax fateri cogeris.

Et ita animantis partes omnes ſimul exorditas, ſimul pro tempore auctas, ſimul perfectas ad determinatum tempus, ſtatamque magnitudinem extare: Atque ſimul ſcienti & perito Philoſopho ſub ſenſum cadere, vllo vllius abſque interritu; nec ſeminis, nec embryonis in vtero, inque pericarpio obſeruabis.

Hæc itaque ſi ita ſe ſe habent, vt ratione, & oculata ex fide conſtant abſque cōmentis & figmētis: Et de animātis totius, nec non partium perfectione ſermo ſit, vt illud totum, & ſingulæ eius partes ſimul ordiantur, augeātur, & tempore perficiantur; Non video quam ob rem hac animantis perfectione, quæ maxima eſt, animal, & perfectum animal deſtitutum fuerit: Et vna pars; ſeu membrum vnum dumtaxat primū, quicquid illud (fortaſſe ab re conſtitutum, & ridiculum intelligenti) ſiue Cor, ſiue Hepar fuerit, procreetur, & inde, ac poſt alia ad cuiuſcunque libitum, etiam phantaſtico modo: Quum Natura in omnibus eodem modo, perfectiſſimo ſcilicet ſe gerat, nec vnquam vllo in animali obſeruatum ſit, in animalis initio membrum primum extare, dein alia ſubſequi, & procreari: quemadmodum nec conformata membra abſque anima nouiter imaginatum Archiatri mōſtrum à materiali accidentali Gallego facultate prius formatum.

Ceterùm hinc è veſtigio Gallego & factioſi inſurgent, ac impetum in nos facient: cum Ariſtotelis & Galeni innumeris cum ſectatoribus: cum quæſtione & quæſito perfecti animalis, in quo Cor, Hepar &c. de quibus quæſtio eſt, non de animantibus & plantis. Hoc opus, inquies, & hîc labor eſt.

Verumenimuerò ſi iactum ſupra maximè germanum principium ſtat, Quod natura in omnibus ſeruato ordine perfectiſſimo ad procreationem ſe ſe gerat, ſapientiſſimè videlicet, vt omnia conſeruentur, creſcant, & multiplicentur, ſupra iuxta poſitum mandatum, Creſcite & Multiplicamini, Cui credimus & ſtamus omnino, omninoque ſic firmiter credentes falli non poſſe certò ſciamus.

Propterea eumdem perfectionis modum in perfectis animalibus ad rem noſtram quod attinet ſeruari, & obſeruari, qui in plantis miſſis autoritatibus & commentis ſi ſubtiliter, & à rei natura philoſophemur, dicimus, & aſſeueramus.

Quum igitur animantium ſit generare, ſi quæras, quid? dicam ſibi ſimile, quod eſt ſemen, quod eſt planta in ſementiferis, (Infelices verò plantæ ſic dictæ, quia ſemen non progignant, etiam ſibi ſimile procreant, radix radicem, ramus ramum, bulbus bulbum, &c. vt gramen, menta, liliorum cepæ, &c.) vt oſtendimus.

Quo modo, quæras? dicam, ſemen in pericarpium, ſuum vterum effundens, vt ſupra &c.

Canis ſimiliter generat, ſemen in ſuam matricem eiaculans, quod vt plātæ ſemen ſua radice à pericarpio, vmbelicalibus vaſis ab vtero alimentum trahit, augetur: quia ſemen, vt Galenus docet, primo de ſemine 6. attrahendi vim habet ex vtero, nulloque tempore ab attractione quieſcere. Et alibi inquit primò nutritur ſemine, poſt ſanguine, &c. Ergo viuit: Igitur animatum. Et Hippocrates priùs dixit, animas per ſemina miſceri, quod qui non credit, demens eſt, inquit. Vt nos quamplurimis probauimus in prima parte, in Pari, & San. Iud., atque in 2. parte, in Lydio Lapide ad Mundinium & illius Caternam.

Ampliùs vt animantis plantæ ſemen viuens, & iam planta ſuo in pericarpio eſt:

Digitized by Google

eſt: à quo egreſſum plantatur, ſeritur, vt medio terræ alimento augeatur, fructus, ſibique ſimile generet. Item animalis ſemen in ſuo matris pericarpio, Vtero viuit, ſicuti illud in planta; Sed quia perfectius & alijs eget operationibus, motu potiſſimum, & conſequenter ad motum inſtrumentis, muſculis, &c. Ideo Sapientiſſima Natura, vt plantæ ſemini terram: Ita animali mobili ad vitam ſeruandam, ſuaſque ad obeundas operationes præter ſemen, prima ſtamina & seminea viſcera præſtita, terræ loco, matrem ſupplentem conſtituit, cuius ſanguine affuſiones parenchymata, muſculos & ſanguineam carnem ſecundum partes ſibi fabricaret, & domicilium, fabricam perficeret, atque ſuas ijſdem partes exequeretur.

Hactenus igitur, vt animantis plantæ procreatio eſt ſemen: Ita & animalis ſemẽ. Hoc tamen diſcrimine, ꝙ plantæ ſemen in pericarpium proiectum eſt quid totum & perfectum, planta. Canis ſemen, canis quidem, quia animatum, viuens in vtero altũ, & auctum, imperfectum adhuc tamen, vt ex dicendis, quinimò ex dictis ſatis liquet. Vt iam niſi cum rectè diſcurrentibus, ſenſu, & ratione vtentibus facilè cõueniamus in hac, & de hac prima seminea delineatione, procreatione, & perfectione, & conſequenter ꝙ quærimus aſſequuti ſimus. Vt re vera res ſic ſe ſe habet: quòd ſemen, inquam, & seminea primò viuant, animata alantur augeanturque; quibus alia opus ad perficiendum ſubſequantur: Et deinceps nec Cor, nec Hepar illis ſic viuẽtibus, neceſſaria, niſi in lucem poſt ortum ad ſupplendum, & matris deficiẽtes partes, præſtandas, & deinceps ad conſeruandam vitam, ad meliorem exercendam.

Quibus rationi maximè conſentaneis & ſenſatis, ſi quis ſtare renuat, videat, & experiatur quæ nos in ex oui fabrica ex oculata fide retulimus, & certus reddetur de fictis eſſentialibus mutationibus: de fictis facultatum abſque anima conformationibus: de Ariſtotelis vana cordis opinione: & delirantiũ Cordis de principatu.

Vbi delineatam corporis fabricam, Semineas, dico, partes, motas, & mouentes, nondum inceptis, nedum fabricatis, corde & hepate: Quod mirum de motu nunc videbitur, tunc admirationem aſpecta, & experta ablegabunt noſtris ſeruatis in prima parte noſtrorum de Subtil. librorum ſcriptis: quæ cuique ſeruare & obſeruare facilè & integrum erit.

Si quis verò talia vera obſeruatu & ſcitu digna experiri non curat: Vel quia negligit, indignus eſt tali ſpeculatione, & ſimul ſubtilis obſeruationis talis arcani Naturæ ſapientiæ relatione: Aut quia pertinax ſenſum inficiari mauult, ſenſus pœna puniatur, & valeat.

Vtrum autem horũ viſcerum prius progignatur, Cor ne, an Hepar. Dicimus ꝙ in ortis per propagationem vtrumque ſimul tempore procreari poteſt, ſeminalia poſt aucta, arterias & venas, quibus vna cum ſuis membranis & ligamentis (horum, inquam, viſcerum) Cor, & Hepar affunduntur: Propterea & Parenchymata, & affuſiones dicuntur, & non prius: Quando ijs in vtero opus non ſit: nec ad ſanguinis: nec ad vitalium ſpirituum generationem ſanguinem, ſpiritus, & aerem per vmbelicalia vaſa matre affluenter ſubminiſtrãte. Quod etiam Cordis vaſa, & ductus ad tempus, & in vtero tantummodo inſeruientia, manifeſtè manifeſtant. Vt maximè mirum ſit, hiſce ſic certò ſtantibus, talia inepta proponi quæſita.

Non Ariſtotelem admiror, quia hæc cordis vaſa litem prorſus dirimẽtia ignorauit; ſed modernos ſequaces, qui hæc ignorare verecundarentur! Scientes, eò magis verecũdarentur, quod bardũ ſapit.

Quum itaque, inquam, per vmbelicales arterias, & venas toti fœtui arterioſus, & venalis ſanguis ſubminiſtretur, iſque ſpermaticis Cordis, & Iecinoris affundatur, ſed vlla abſque fœtus in vtero tunc neceſſitate, poteſt, eodem tempore vtrique affundi poteſt, alteriue alio, ac alio tempore nihil refert: quoniam ad egreſſum vſque in lucem vtpote otioſa, vtrum alio prius fiat, nihil intereſt.

In ex putri verò ortis, aliud eſt negotium: quoniam quũ à matre ſanguis, materia pro cordis, & hepatis generatione & ſa-

fabrica non ſubminiſtretur, & Cor ex calidiori ſanguine fieri debeat, vt ratio requirere videtur, Hepar prius generabitur, cordi ſanguinem geniturũ, & ſubminiſtraturum. Et ita vt in Planta ſimul & ſemel totum ſemen: ſic & in animali & primò, & ſimul ſemineæ partes omnes ordiuntur, poſtremò parenchimata, Cor, Hepar, Splen, Renes &c. ijs genitis affunduntur ex matris ſanguine. Vtrius autem, Cor ne, an Hepar, ſciri nequit: tum quia neutro opus tunc ſit in vtero fabricæ potiſſimum principio: tum quia vtriuſque materia, venoſus & arterioſus ſanguis ex matre in promptu, proximus præſto eſt: tum vaſa, arteriæ, & venæ eò peruenire & duci debeat, quibus affundi habet, in promptu ſunt ex oculata fide: ex qua omnes opiniones cadunt. Tametſi in ex putri ortis, Galeno adhærendum videatur: Hepar ſcilicet corde prius progigni. Quo modo verò ſanguis hepatis materia eidem initio ſubminiſtretur in ex cœnoſa materia, conſulto opus eſt.

Vt tandem dilucidius pateſcat, nos meritò Doctoris Sancta Crux ſententiam, ac ipſa illius quinetiam verba hîc à Gallego relata, laudaturos fore; Videlicet,,, Torpidum habere ingenium, ac compedibus illigatum eum, qui artefactorum exemplo commotus dixerit, corporis perfecti animalis fabricam non ſimul abſolui à natura; ſed prius vnam partem, deinde reliquas perfici.

Et deinceps damnaturos Gallego ad deſcripta eiuſdem Sancta Crux verba, reſponſum. Videlicet,

,, Nam Ariſtoteles non tale habebat ingenium, & tamen laudat Orphei ſententiam dicentis, corpus fœtus fieri, ſicut ſit retis, & ipſe ita fieri cenſet. Quapropter non eſt opinio medica, ſiue ridicula: imò Excellentiſſimi metaphyſici eſt opinio, & quæ ſequuntur.

Nos quicquid ſit de Ariſtotelis ingenio, de quo aliorum ſit iudicium in eius vita & geſtis à nobis in 2. parte deſcriptis. Indignum eſt philoſopho reſponſum, aſſerere videlicet fœtus corpus fieri, vt rete, hoc eſt ſenſim, & reticulatim, Vt ſic ex artificis impotentiæ exemplo Naturam vituperare ſit, quod erroneum eſt. Quum tamen vt in plãta totum, temporis momento, ſemen, quod eſt plata, conſtituit, animat: Ita in perfecto animali, totum illicò, & temporis puncto deſignat & definit ſemineum pro materiæ quantitate, & quo modo Acarum (exempli gratia) minimũ animal, ita maximum, equum & elephantem ad ſemen, ſeminea quod attinet, ſimul (dictum factum, vt dicitur, in inſtanti) conceptum, delineatũ, animatum, animal. Non illico quidem perfectum, vt plantæ ſemen (ad omnes quo ad partes, intellige) planta: quoniam carnea membra, & inſtrumẽta, Cor, Hepar, Lien, Ren, Maſculus &c. effundi debẽt: & prius conſequenter neceſſario ſemen animatum viuens, ſeminea conſtituenda, quibus parenchymata poſtea (vt diximus) affundenda. Quamobrem Naturæ ſapientia, & ſumma potentia ab hiſce ignotæ elucẽt: quæ propterea deficientis artis exemplis non eſt, inquam, vituperanda. Et hac poſtrema Collatione de omnium membrorũ abſolutione dicta ſunto, dictis iam pluribus abſolutis: Et deinceps tot de cõmentis Archiatrum abſoluimus pro hoc interim. Interim firmatis, & confirmatis, atque ſtabilitis te Gallego nihil belli, nihil boni, atque nihil veri ſcripſiſſe, & conſequenter dilucidiſſimè conſtat, Vtra Noſtrûm ſtulta ſententia: Vterque Noſtri Arrogans extet doctiſſime Gallego.

Indignũ philoſopho exẽplum.

F I N I S.

Digitized by Google

DELLE NOBILI ESSERCITATIONI
DI SOTTIGLIEZZA E D'ECCELLENZA DELLA FABRICA DELL'HVOMO
PARTE TERZA
D'EMILIO PARIGIANI ROMANO
MEDICO FISICO IN VINEGIA
DELLA VISTA
Pietra di Paragone,
NELLA QVALE
SI VEDE, CHE NON SI SA' QVELLO, CHE SI VEDE:
NE CON QVAL PARTE DELL'OCCHIO SI VEDE:
NE COME SI VEDE:
NE ALTRO CHE SI CREDE.



Digitized by Google

Digitized by Google

TRATTATO
DELLA VISTA
D'ANDREA LAVRENTI
MEDICO REGIO ET ANOTOMICO IN MONPVLIER,

E DI GIOVANNI RIOLANO, E' DI COMMVNE OPINIONE.

CON IL SETACCIO D'EMILIO PARIGIANI

Pietra di Paragone.

AL BENIGNO LETTORE.

ALLI giorni paſſati ci capitò alle mani vn libretto molto curioſo, che tratta della Viſta, ſcritto già in lingua Franceſe ad inſtanza d'vna Principeſſa dal Dottor Andrea Laurenti Medico del Rè Henrico IV. famoſo Anotomico, e Lettor publico in Monpulier (ripoſto nel libro chiamato, Il Teſoro della Vecchiezza.) Quale per la materia che tratta, e bellezza ſua piacciuto molto, e ſtimato degno d'eſſere communicato in noſtra lingua volgare Italiana, è ſtato in queſta fauella tradotto da intelligente e nobile ſogetto Italiano, acciò tutti gl'Italiaui partecipino di sì bella e degna fatica. Opera per certo ben deſcritta ed iſpiegata nella commun'opinione: per ciò gradita, lodata, ed abbracciata da tutti da Ariſtotele in quà, e da tutti communemente ſtimata per veriſſima, eccetto da noi: che perciò negl'anni adietro tenemmo, e difendemmo il contrario. E ſe ben parmi, e non m'inganno, che ſiamo in queſta communiſſima opinione gionti alle Colonne d'Hercole, d'onde nò più oltre, anco nella Viſta pro-

Occaſione dello ſcriuere.

pria, doue tutti ſtando, e tenendoſi al poco, e mal detto con Ariſtotele e communiſſima Opinione, neſſuno, ch'io ſappi, vuol naſar queſto fiore. Io però conforme allo ſcritto da me, ſon quà per mantenere quello anco in queſto noſtro Idioma Italiano con tal occaſione ad intelligenza e con giuditio di tutti gl'Italiani intelligenti, e per criuellare, anzi ſetacciare con Setaccio, di più ſuttile sì bella ſtimata cõmune Opinione (da noi però di groſſa cruſca e ſemola) della Viſta, che così immaſcherata da Ariſtotele fin quà, e ſin'hora è comparſa, ed hà dormito ſempre nel coſpetto de gl'huomini ſauij ſenz'eſſer pure ne anco ſcrollata, ò ſcoſſa giamai da veruno, che da noi, ne gli noſtri libri di ſottiglezza nella prima parte.

E certo grãde e marauiglioſa coſa hora rappreſentataci ci pare, che gl'huomini ſauij, e che pretẽdono ſaper tutto, addormentati reſtino, e ſi trattenghino nell'altrui opinioni nulla filoſofando anco nella propria Viſta, che non ſi può dir più, (come già dicemmo e moſtrammo nell'inſtrumento dell'Vdito) ne andare più oltre. Che non ſappiamo, che coſa vediamo, ne cõ che Parte vediamo, ne tampoco come vediamo, ne etiandio che crediamo, ilche certo hà dell'irragioneuole.

E di più, che l'inſtrumento della Viſtà, ch'è l'occhio, da tutti viſto e riuiſto: ed infinite volte veduto, e da ſauij Dottori in tutti gli Studij ed Academie riueduto, moſtrato, e rimoſtrato, da Veruno ſia inteſo e conoſciuto, come à Dio piacendo il benigno Lettore vedrà, e toccarà con mano, che ſia detto con ſopportatione di tutti, e buona gratia del Dottore, e degno Tradottore. Che ſarà non per diffeſa dello ſcritto da noi, ma per puramente paleſar al Mondo, e ſuſtentar la Verità, e per realtà e dignità della Natura ſteſſa fin quà (com'hò detto) rappreſentata in maſchera, hora ſmaſcherata in Italia.

E perche il proprio vſo ed vtilità, & anco attione dell'Occhio nell'Huomo è per la Conoſcenza di Dio; ben donque ſia di meſtieri d'iſquiſitamẽte contemplar queſt'inſtrumento per ſaper con qual parte d'eſſo, ed in qual parte di lui ſi riceua l'oggetto, e per ciò, ch'oggetto ſi veda: e come e con che ſi facci tal nobiliſſima attione, per conoſcere il grã magiſtero, e ſapienza della Natura, & inſieme il ſupremo dono da Dio à noi, all'Huomo conceſſo, atto per ciò, e con ciò à contemplarlo da gl'effetti ed opere ſue: e conoſciuto per tanto più nobile, artifitioſo, e diuino mezzo ed inſtrumento à contemplar e conoſcere il Creatore, tanto maggior ringratiamento conuenirgli, che non ſi può in vero nella preſente commune cecità ed ignoranza d'eſſo tanto e così artificioſo, Se così è, ci dirai Lettore, fa ch'io veda, & oda: Donque alle mani, ſeruando l'iſteſs'ordine di queſto famoſo Anotomico à capitolo per capitolo, veniamo al tocco.

Dell'Eccellenza dell'Occhio proprio inſtromento della Viſta D. Andrea Laurenti. Cap. I.

SE il ſenſo della Viſta è marauiglioſo, l'organo che à lui è dedicato ſupera ogni marauiglia, perche è compoſto cõ tanto artificio, ed in tante belle parti, che non ci è perſona che nõ ne reſti ſtupita. Io non sò ſe deuo con Plotino, e Sineſio chiamar la natura Maga per hauer in vn sì picciolo pianeta rinchiuſo tante gratie, e fatta vn'opera, che ſupera le ſue ordinarie. Gli Egittij hanno anticamente adorato il Sole, e l'hanno chiamato figliolo viſibile di Dio inuiſibile. e perche dũque non ammireremo noi l'occhio, ch'è (come cãta l'antico Poeta Orfeo) il Sole del picciol Mondo più nobile ſenza cõparatione di quello del Mondo grande. Il gran Sole con l'eſtenſione de ſuoi raggi illumina tutto l'Vniuerſo, ma niente riceue di vtile ne di cõmodo da queſto ſeruitio, ne vede niente di quello che ci fà vedere. L'Occhio, che è il picciol Sole, rappreſentando à noi tutti li corpi colorati, li vede, li conoſce, e ne gode aſſieme con l'anima, e cõtempla la forma, la grandezza, e la diſtanza delli oggetti, che niũ altro organo

Comparatione del Sole con l'occhio.

lo

Digitized by Google

lo può fare. Platone per honorare queſta diuina parte, la chiama celeſte Etherea, e crede che l'Occhio ſia tutto pieno di raggi, e di fuoco ſimile à quello delle Stelle, che luce, e non brucia. Orfeo chiama gl'occhi, ſpecchi della Natura. Heſſichio porte del Sole. Aleſſandro Peripatettico, porte dell'anima, perche per gl'occhi noi la vediamo chiaramente, penetriamo ſino alli più profondi penſieri, & entriamo nelli più ſecreti luoghi, e come la fiſiognomia della faccia ci rappreſenta la vera e viua imagine dell'anima, così l'occhio ci diſcuopre tutte le ſue paſſioni: Gl'occhi ſi marauigliano, amano, e ſono pieni di concupiſcenza. Nelli occhi ſi vede l'amore, e l'odio, la triſtezza, allegrezza, l'ardire, ed il timore, la miſericordia, la vendetta, la ſperanza, e la diſperatione, la ſanità, e la malatia, la vita e la morte. Io ti prego à guardare come nell'amore gl'occhi ci ſanno adulare, come diuentano dolci, gratioſi, affettuoſi, attrahenti, allegri, ed incantatori. E nell'odio come diuentano feroci, e crudelli. Nell'audacia s'elleuano, e ſcintillano ſenza fermarſi. Nel timore s'abbaſſano e diuengono come immobili. Nell'allegrezza ſono ridenti, e chiari. Nella triſtezza ſono dimeſſi, lagrimanti, e tenebroſi. Finalmente ſono affatto diſpoſti à ſeguitare li mouimenti dell'anima, ſi cãgiano in vn mométo, s'alterano e prendono l'iſteſſa paſſione dell'anima, in maniera che Blemor Arabo, e Sireno Medico di Cipri non hanno temuto di dire, che l'anima ſia l'habitatione delli occhi, e li più volgari ancora lo credono, perche baciando gli occhi penſano baciar l'anima.

Momo cõdennato. Eccoti condennato Momo ſenza vergogna, tu hai perduto la tua cauſa, vien quì à dimandar perdono alla natura, per hauerla malitioſamente, e falſamente accuſata d'errore nella fabrica del corpo humano per non hauer fatto delle feneſtre appreſſo del cuore per veder tutte le ſue paſſioni. Vuoi tu più belle fineſtre di quelle de gli occhi? Non vedi tu dentro di loro, come in vn ſpecchio tutto il più occulto dell'anima? Il pouero reo non vede egli nelli occhi de ſuoi Giudici il ſuo ſupplicio, ò la ſua gratia? Theocrito hà detto che dall'occhio al cuore vi è vna ſtrada tutta aperta. Non ſi può naſcondere coſi bene la paſſione dentro l'occhio, come nel cuore. Io trouo ch'è pieno di vanità il deſiderare vn petto di criſtallo, accioch'ogn'vno poſſa vedere quello ch'è dentro al cuore. poiche noi hauemo queſto bello e rotõdo criſtallino dentro il noſtro occhio, che ſaetta come trà lucidi vetri i ſuoi più viui ſplendori. Che ſe mi è permeſſo trà i fiori filoſofici e Poetici meſcolarui qualche punto di medicina. Io dirò che negli occhi noi vediamo lo ſtato intiero della ſanità del corpo. Il grand'Oracolo de' Greci del quale tutto il mondo ſi marauiglia Hippocrate nelle ſue Hippidemie l'hà beniſſimo conſiderato, e tra ſuoi pronoſtichi l'hà commandato al Medico quando và à viſitare il ſuo ammalato, di guardare tutta la faccia, ma particolarmente gli occhi, perche quì ſi vede come dentro d'vn ſpecchio tutta la forza, e la fiacchezza della facoltà animale. Se l'occhio è chiaro e ben lucente ci dà buona ſperanza; ma ſe è oſcuro, languido, e tenebroſo, ci minaccia la morte. Galeno chiama l'occhio membro diuino, parte ſolare dell'animale, e ne fà tanto gran ſtima, che crede che'l ceruello ſia ſtato fatto per l'occhio ſolamente. Li Iuriſconſulti tengono che vn cieco non poſſa eſſer procuratore, perche non può vedere la Maeſtà del Magiſtrato. Il lume della Natura Ariſtotele nel ſecondo libro della generatione delli animali dice, che de gli occhi ſi conoſcono i ſegni certi della fecõdità, e che diſtillando vn liquore amaro dẽtro l'occhio della femina, ſe la lingua incõtinente s'offende è vn ſegno di fecondità. Gli occhi dice il medeſimo Filoſofo ſono pieni di ſpiriti, e di ſeme, e per queſto nelli ſpoſi ſono abbattuti come languidi. Ma che biſogna allegare tãte autorità per far paleſe l'eccellenza di queſti due ſoli, poiche la natura per ſe ſteſſa ce lo fà vedere à baſtanza? Leggiamo nel libro della Natura, e vedemo con quanta cura ſi è ingegnata di conſeruar gl'occhi come ſuoi più cari meſſagieri. Conſideriamo l'artificio c'hà vſato per loro diffeſa, noi tro-

La cura che la natura l'hà hauuto di conſeruar l'occhio.

uaremo che non hà laſciato adietro coſa alcuna appunto, come quelli che vogliono fortificare vna Piazza e vogliono renderla ineſpugnabile. Primieramente gli hà collocati dentro vn Vallone per non gli eſporre ad vn'infinità d'ingiurie, e perche niuna coſa poteſſe offendere quel vallone, gli hà edificato à torno quattro belli baloardi, tutti incamiciati di oſſi duri come pietre, i quali ſi ſtendono di fuori, come ſe foſſero piccole montagnette per riceuere l'offeſe, ò ſoſtener l'impeto de nemici, che le potriano aſſalire. In alto v'hà l'oſſo della fronte, da baſſo quello della maſcella ſuperiore, dalla deſtra, ed alla ſiniſtra li doi angoli, il grande ch'è verſo il naſo, & il picciolo che è all'oppoſto. E perche auanti queſta piazza il tutto è ſcoperto, acciò che il Prencipe che vi commãda, ch'è l'occhio non ſia ſorpreſo ò offeſo da vn troppo gran lume, ò vinto dal freddo, ò dal fumo, la natura hà fatto come vn ponte leuatoio, che s'alza e s'abbaſſa ſecondo il commandamento del Gouernatore, queſta è la palpebre che s'apre, e ſi chiude quando ci piace. Le catene ch'alzano e abbaſſano queſto ponte ſono li muſcoli, l'inſtromenti del mouimento volontario. Queſta cura adunque che la Natura hà hauuto al conſeruatione, e diffeſa degli occhi ci fà à baſtanza conoſcere la loro eccellenza, e inſegna ancora à noi come douemo con diligenza conſeruarli.

Dell'Eccellenza dell'Occhio, e della Viſta.

Setaccio d'Emilio Parigiani.

E' Tanta e tale l'eccellenza della Viſta, che eccede e meritamẽte tutti gli ſenſi nel proprio ſuo inſtrumento adequato, ch'è l'Occhio: nell'oggetto, nel mezzo, ò mezzi molti interni, ed eſterni ſecondo noi (come diremo) e nel vedere e ſentire ſteſſo, non già nelle neceſſità della vita, quali ottiene il Tatto; ma bene à miglior vita, ed alla dottrina (dallè Galeno) ſi antepone à tutti gl'altri ſenſi; Che ſia detto ſenza pregiuditio dell'Vdito, (e con ſopportatione del Laurenti,) che nell'huomo è di gran longa più nobile ed aſſolutamente neceſſario: Poſciache oltre ch'è ſenſo di diſciplina; Dall'Vdito riceuiamo la Fede, e non altrimente, ch'è il punto eſſentiale, e maggior dono, che c'habbi fatto Dio, diceua il Dottor delle Genti. Oltre che più coſe, maggiori, e più antiche apprende e c'inſegna. Inoltre di tutto quello che l'occhio poſſede, l'vdito ne partecipa, ma nò per il contrario. Al partecipar le paſſioni dell'animo: all'vdire e communicar le grãdezze e marauiglie di Dio: all'acquiſtar la prudenza, e ſcienze l'vdito ſolo è baſtante: del quale chi nella naſcita ſua reſta priuo, è poco differente dalle beſtie: Non così l'orbo ò cieco. Onde in gratia dell'vdito, Iddio ci hà fauoriti e gratiati della lingua, voce, e ragionamento.

Nel 14 delle vtilità delle parti.

Ma tornando al noſtro propoſito della Viſta, Ben diceua il Diuin Platone, che con la Viſta Iddio ci ſtimula ed accende all'acquiſto della Sapienza, ed alle ſpeculationi celeſti, e c'inſegnò, che la Viſta ci era tant'vtile, quanto che ſenza di lei saremmo priui di Filoſofia, maggior dono diciamo noi dopò la fede, che c'habbi dato Dio, ch'è per mezzo de gl'occhi, ſenza quali non vedendo ne Sole, Stelle, ne Cielo, non n'haureſſimo cognitione, non ne parlareſſimo, come ne tampoco de loro moti, e motori Intelligentie, ne di loro riuolgimenti e giri, à quale i noſtri diſcorſi s'appoggiano.

Nel Timeo Locro d'anima del Mondo.

E non meno ſaggiamẽte Leon Hebreo c'inſegnò, che la Viſta di più, e molte più ricche coſe ci porgeua, e n'ammaeſtraua, che tutti gl'altri ſenſi inſieme vniti, e che più facilmente, e per ſe ſteſſa ci conduceua alla cognitione delle coſe ſenza corpo, ed à poterſi intendere.

Nel 3. Dialogo dell'Amore. Nel 3. lib. delle Prenot. cap. 1.

E non manco, anzi meglio, e più altamente, come fenice guardò il noſtro gran Platonico Gio. Franceſco Pico Mirandolano, e diſſe, che non ſolo è più degno, più certo, più alto, ma anco più ſpirituale e diuino

uinò queſto ſenſo? Poſciache la Viſta Viſione della steſſa coſa non ſolamente; ma etiandio è detta della Imaginaria ed Intellettuale: Atteſoche la Viſta Viſione ſopranaturale delle coſe à venire, à ſcoprirſi, ed interderſi à gli ſenſi eſterni, interni, ed all'intelletto ancora ſi può rapportare e riferire. Laonde chiunque potrà affermare hauer veduto le coſe à venire, (dice queſta Fenice) che per i ſegni eſterni, ò per le ſpetie viſibili e ſenſibili fabricate nell'Imaginatione, ò impreſſe nell'Intelletto gli ſarà riuelato: Atteſo che la riuelatione delle coſe vedute aggionge cognitione e notitia delle coſe per prima velate e naſcoſte, e conſeguentemente intelligenza neceſſaria (come ſperiamo noi ed altre volte habbiamo moſtrato) con la conſideratione delle coſe e parti vedute reuelatici, ed attentamente conſiderate dall'occhio ſteſſo, non per auentura da altri conoſciute. E perciò che ſi facci la Viſta per emiſſione, oltre altri errori non piccioli, leuando tutte l'obiettioni, e difficultà, col riſpondere à tutti gl'argomenti in contrario à Dio piacendo, ancora col teſtimonio de ciechi, che priui della viſta de gl'occhi, odendo loro l'aggiunte noſtre ragioni e dichiarationi con la noſtra fauella, con l'imaginationi loro, e viſta dell'intelletto ſi renderanno capaci delle noſtre inuentioni, ed inſieme inſieme goderanno e participaranno con la viſta imaginaria, e dell'intelletto de tali viſioni celeſti di Sapienza, e tal Filoſofia.

Della Compoſitione dell'Occhio in generale D. Andrea Laurenti.

Cap. II.

E Già tempo di diſcoprire l'Artificio di queſte ſtelle gemelle. Io lo voglio deſcriuere così eſattamente, che li più curioſi e quelli, che ſon nati per riprendere per auentura reſteranno ſodisfatti. Laſciãdo adietro vn'infinità di belle diſpute, che ſi potriano muouere ſopra le parti dell'occhio, le quali io hò amplamente trattato nel quarto Libro delle mie opere d'Anotomia. Hora come li Coſmografi, e tutti quelli, che per curioſità fanno viaggio, s'informano primieramente del nome delle Prouincie, notano auanti ch'entran nelle Città, il ſito, la forma, la grandezza de diffeſe, i luoghi d'entrare e tutto quello, che ſi può veder di fuori. Così io voglio deſcriuere la forma, il ſito, le diffeſe, la grandezza, l'vſo de gli occhi, e tutto quello che ſi può notare all'ingroſſo, auanti che entrare in vn più particolar ricercamento di tutte queſte parti.

Gli occhi adũque ſono chiamati da Greci Oph dal moy, perche loro ci fanno vedere, e li Poeti dicono, che ſono figli di Thea. Gli Hebrei gli hanno chiamati Alto, per farci raccordare della noſtra origine, che gli occhi ci deuono ſeruire à contemplare le coſe alte. Li Latini li hanno chiamati Occhi, perche ſono come aſcoſi e chiuſi dentro vna cauata valle. La forma e figura dell'occhio è rotonda, ma non affatto sferica, perche è vn poco lunga e come piramidale, hauendo la ſua baſe di fuori, e la ſua punta dentro verſo il neruo optico. Queſta figura è ſtata conueniente per la capacità, per la agilità, e per la forza. *Forma dell'occhio.* Li Matematici credono che la figura rotonda ſia la più capace di tutte l'altre; e li Proſpettiui aſſeriſcono, che ſe l'occhio nõ foſſe rotondo non ſarebbe atto à comprendere la grandezza del corpo, nè haurebbe potuto in vn medeſmo tempo veder più oggetti, perche la viſta non ſi fa ſe non che per linea retta. Da qual ſi voglia lato donque l'occhio ſi gira, più linee ſi repreſentano in vn medeſmo tempo alla pupilla, che è rotonda, il che non auuerebbe s'ella foſſe ſtata piana, ò quadrata. Queſta figura rotonda di più ſerue all'occhio per l'agilità, acciò più facilmente ſi poſſa muouere in alto, in baſſo, à deſtra, à ſiniſtra, & in giro, perche li corpi rotondi ſi muouono quaſi dà loro ſteſſi non eſſendo appoggiati che ſopra d'vn punto. Io credo che queſta rotondità non ſia inutile alla diffeſa dell'occhio, perche tra tutte le figure la rotonda è la più forte, e reſiſte più all'in-

Digitized by Google

ſonaggio s'ingannò in queſto, come s'ingannò quaſi in tutte le coſe d'Anotomia. Il neruo Optico non ſerue di niente per il mouimento, ma porta ſolamente lo ſpirito per la viſta, perche eſsendo turato nella gotta ſerena, la viſta ſi perde, e l'occhio non laſcia però di muouerſi. Non biſogna adunque attribuirne la cauſa al fine, & alla perfettione di queſto ſenſo. Gli occhi ſi deuono muouere aſſieme, affinche l'oggetto non appariſse duplicato, che ſe noi poteſſimo alzar l'vno, e abbaſsar l'altro nel medeſmo tempo, queſto ſenſo, che è il più nobile, ſempre s'ingannarebbe, e ſaria il più imperfetto, perche l'oggetto che è ſemplice, pareria ſempre duplicato. Tu ne vedrai la proua, ſe tu premerai l'occhio col deto in alto, ò abaſſo.

Il temperamento dell'occhio e freddo ed humido.

L'occhio hà vn ſentimento eſquiſitiſsimo, & ha vna marauiglioſa ſimpatia col ceruello.

L'Huomo ſolo hà gl'occhi di diuerſi colori. Queſta varieta procede da gli humori, ò dalla tunica della viſta, ò dalli ſpiriti. Nell. humori io noto tre coſe. La ſituatione profonda e ſuperficiale, la ſoſtanza groſsa e ſottile, chiara e tenebroſa, e la quantità. Se l'humor criſtallino è ben netto, chiaro, e ſottile, s'è grande e molto preheminente di fuori, l'occhio ſarà tutto fiammegiante, ſe per il contrario ſarà oſcuro, groſso, e fortemente affondato in dentro, l'occhio ſarà nero, ò bruno. la tunica che ſi troua di diuerſi colori è ancora cauſa di queſta varietà. Li ſpiriti poſſono aſſai ſeruir à queſto.

Della compoſitione dell'occhio in generale.

Settaccio d'Emilio Parigiani.

Confeſsiamo in vero che la fatica di queſto Dottor Franceſe è molto bella com'habbiamo detto di ſopra; ma non tanto eſsatta, compita, ne vera com'egli dice e proteſsa, che gli curioſi, e nati per riprendere (dic'egli) reſteranno ſodisfatti: Poſciache noi non nati per riprendere, ma per cercar ben ſottilmente la Verità, non ci ſodisfacciamo: anzi che vi trouiamo nõ pochi, ne piccioli errori, ſe ci permetta parlar liberamente e ſenza sbelletto d'adulatione ſecondo il noſtro verace buon coſtume fauellando dell'eſsentiale, e non degli abbellimenti d'eſsi occhi apportati da queſto polito Scrittore; e tralaſciando le coſe men'importanti diremo con Verità.

Prima che'l neruo Optico Viſorio, che vede ſecondo la ſua denominatione ed opera in effetto non poteua ne doueua naſcere dalla parte dinanzi del ceruello ſe doueua hauer conſiſtenza e fermezza à gli molti e continui moti verſo tutte le parti: ma ben deueua naſcere dalla collotola e parte di dietro del Cerebello, e principio della medolla ſpinale, come, e molto più, tutti gl'altri, ancorche ſenza mouimenti ſentano, d'Vdito, odorato, guſto, ed anco Tatto da gl'altri pari ò coniugationi nate colà.

quando philoſophiæ iſtæ tam piæ, te ſummo animarum paſtore præſidente, ac Chriſti vices in terris gerente, partim natæ ſunt, partim renatæ, tuoque nomini ac numini conſecratæ, ac commendatæ, tu quoque eas libentiſſime ſuſcipias, ac iubeas atque horteris, & te imitati, reque ipſa admoniti ſucceſſores omnes tui, patiantur etiam ac velint, vt in omnibus ditionis tuæ, & Romæ præſertim, ac reliquis Chriſtiani orbis gymnaſijs, cœnobijſue harum aliqua, publice legatur philoſophia. Quæ ingenti futura ſit adiumento, ad Chriſti fidem fouendam, tuendam, ac per reliquum nondum chriſtianum orbem propagandam. Quippe quæ rationibus firmet ea quæ ſola ratio firmare poteſt. Cur Ariſtotelis philoſophiæ, ſolæ eæ prælegunturs partes, quæ magis & Deo, & Eccleſiæ ſuæ ſunt hoſtes? Piæ hæ adiutrices, nullo ſunt in numero? Certe Hermetis libellus, de pietate & philoſophia, quàm vniuerſa Ariſtotelis philoſophia continet. Qui facillime munus hoc pijſſimum adimpleat. Pæmander creationem mundi, & hominis cum Moſaica ferę eamdem, complectitur. Et Trinitatis myſterium, longe apertius, quàm Moſes ipſe, enarrat. Multi apud eum; & vera pietate, & vera philoſophia, ſunt pleniſſimi libelli, qui pro Ariſtotelis impijs ſubrogari, & poſſunt, & debent. Ægyptia vero illa Myſtica; tam firmis, pietate erga Deum demonſtrationibus fulcit, vt vix apud Chriſtianos Theologos, vllæ tales demonſtrationes inueniantur, aut vllæ apud Mathematicos tales extent. Sunt apud Platonem multi dialogi, qui ſine impietatis periculo vllo, pietatis adiumento multo, publice doceri poſſunt, Philebus, Timęus, Sophiſta, Parmenides, Phędo. Plotini libri omnes ſacram quandam continent verius Theologiam, quam Philoſophiam. Neque argumētationum viribus Philoſopho vlli cedit, alios omnes acutie ſuperat. Theologica Procli elementa, quę nos ante paucos annos Latina fecimus, ad inſtar mathematicarum demonſtrationum ſunt contexta. Et cum ijs ipſis de certitudine certant. Deus Bone, quàm ſacroſancta, quàm admiranda eſt apud Damaſcium, Opere de Principijs, de Deo, de Trinitate, de diuinis ordinibus Theologia? Platonicos hoſce philoſophos, D. Auguſtinus Theologarum columen, & culmen philoſophorum omnium nobiliſſimos, ſemper in ore habet, & ceteris omnibus anteponit. Et tantas Theologiæ pater, cœnobitarum animos non mouet? Ariſtotelicam, pro nephas, manifeſtiſſimam impietatem eis pręferunt. Sed pręferunt ignorantia. Neque enim, quantum venenum iuuentus inde bibat animaduertunt, aut norunt. Hos verò nobiliſſimos, hos diuinos, pro dedecus, de nomine etiam ignorant. Profectò Teologi veteres omnes, qui & ſacroſanctę Fidei iecerunt fundamenta, & Eccleſiam tam alte extruxerunt, D. Dionyſius, Iuſtinus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Cyrillus, Baſilius, Euſebius, Theodoretus, Arnobius, Lactantius, Auguſtinus, Ambroſius, alij plerique omnes, quia ſcirent paucis mutatis, Platonicos, facile Chriſtianos fieri poſſe (Auguſtini verbis vtor) Platonem eiuſque ſectatores hoſce, philoſophis reliquis omnibus antetulerunt. Ariſtotelem non niſi cum infamia nominarunt. Quadringentis vero ab hinc circiter annis, Scolaſtici Theologi, in contrarium ſunt annixi. Ariſtotelicis impietatibus, pro fidei fundamentis ſunt

vſi.

vſi. Excuſatos eos habemus, quòd cum græcas litteras neſcirent, illos cognoſcere non potuerunt. Non verò eos excuſamus, quod impietate pietatem adſtruere ſint conati.

Iube ergo PATER SANCTISSIME tu primus, iubeant futuri Pontifices omnes, honoribus, qui artes alunt: premijs quæ omnis expetit labor, propoſitis, per omnia tuæ ditionis gymnaſia, per omnes cœnobiorum, ſcholas, librorum, quos nominauimus, aliquos continue exponi, quod nos per annos xiij. fecimus Ferrariæ. Cura vt Chriſtiani orbis principes, idem in ſuis iubeant gymnaſijs, ſatis cito acutiſſima Italorum, peracuta Hiſpanorum, feruida Gallorum ingenia, ad Eccleſiæ amica dogmata excitabis. Quid vero ſi, iſtorum imitatione Scholæ etiam Germanicæ, & quæ ab Eccleſia Romana Catholica ſunt auuerſæ, ad eadem excitentur: non ne adoleſcentium ſuorum mentes, pia dogmata imbibent, & facile ad Catholicam redibunt fidem? Longe ſane facilius, quàm vel cenſuris Eccleſiaſticis vllis cogantur, aut ſecularibus armis. Magnam Gregorius XIII. anteceſſor tuus, in Eccleſia gloriam, apud Deum magna æternæ gloriæ præmia, eſt conſequutus, tot nationum gymnaſijs, & Romæ, & alibi, ſub cura, ac diſciplina Ieſuitarum Patrum (aliorumue arbitratu tuo) inſtitutis. Incipe tu P.B. tam pium, tam vtilem, tam neceſſarium pietatis inſtituere inſtitutum. Te authore, iuſſoreque per Chriſtianum orbem, tam pium ſtudium introducatur, conſtituaturque, & diuulgetur. Sperandum enim eſt, opera eorundem Ieſuitarum, qui hoc ſeculo Catholicæ Fidei per totum Chriſtianum orbem & verbis, & ſanguine optimi ſunt propugnatores, breui rationibus firmiſſimis, titubantium animi firmabuntur, & hoſtium peruerſitate conuincentur. Fac igitur in ſuis collegijs tam pia philoſophia doceatur, & ſtabiliatur. Ingens te apud poſteros gloria manebit. Deo opus egeris chariſſimum: me vero, tam glorioſi, tam proficui operis, apud te promotorem, atque hortatorem, pro veteris erga te mei cultus ratione, pro præſentis tuæ gloriæ, & futuræ ſtudio, in clientelam tuam, potes enim, ſuſcipe.

Ferrariæ. Auguſti Die V. Anno M. D. XCI.

Qui Sanctitatis Tuæ

Pedes humil. Exoſcul.

Franciſcus Patricius.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO VINCENTIO LAVRO

Montisregalis CARDINALI S.R.E. Eruditiſs.

CVm primus paginas, huius noſtræ Philoſophiæ legiſſes, petiſti ab Alexandro Borgio, Modianorum preſule, viro eruditiſſimo, & noſtro, inter primos amico, vt tuo nomine à me poſtularet, vt vniuerſum hoc opus ad te tranſmitterem. Petitio hæc tua, viſa eſt ſignificationem dare, non male, de noſtris his laboribus, te mente conceͅpiſſe. Hoc vero conceptu tuo, concepi & ego, felices hoſce labores meos futuros, quando Vir, quoquot orbis caput Roma, quotquot orbis totus haberet, doctiſſimus eos dignaretur & cuperet. Quis enim Virorum, etiam in omni doctrinarum genere ſelectiſſimorum, tibi, non dico præferatur, ſed tranferatur? Itaque maximam animo meo ſpem concepi, ſi tibi tali, ac tanta dignitate Viro, index ille primus tantum placuiſſet, fore vt & cetera tibi, & ceteris ſapientiæ deditis hominibus, aut placerent prorſus, aut prorſus non diſplicerent. Itaque hoc tam proſpero auſpicio, cum opus vix imprimi cœpiſſet, quæ in dies excudebantur, ad te per ſingularum hebdomadarum tabellarios, mittere cœpi lętus. Et in eo ad te mittendi officio debito, ad hanc vſque diem perſeueraui. Quod tibi frequentibus tuis litteris gratiſſimum eſſe ſignificaſti. Mihi vero, quid vnquam, aut glorioſius, aut fortunatius poterat contingere, quam ſcripta mea, a te ſummo, & noſtræ, & præteritarum ætatum Philoſopho, ac ſummo Theologo, ſummaque rerum omnium ſummarum eruditione, non ſolum ornatiſs. ſed etiam præſtantiſs. in tanta haberi exiſtimatione, vt ea, & ſponte peteres, & habita legeres, & lecta laudares, & mihi gratias etiam referes. Hoc Vnum Card. Sapientiſs. tranquillitatem animo meo & parare debet, & iam parauit, & parat, contra obtrectarum morſus. Sunt enim Sciolorum, & reprenſorum plena omnia, qui non niſi ſuas quiſquilias, qui non niſi Ariſtotelica, amant, laudant, efferunt. Efferunt autem Ignari, & philoſophiæ multam falſitatem, & impietatis magnæ copiæ venenum. Iam diu enim, *O praua tēpora.* in orbe noſtro, in publicis omnibus gymnaſijs, deſijt, libere, ac per philoſophandi ratio, quæ tanta olim apud Chaldæos, apud Magos, apud Brachannos, apud Æthiopas, apud Lybios, apud Ægyptios, apud Hebræos, apud Phœnicas, apud Phrygas, apud Thracas, apud Græcos, apud Gallos, apud etiam Romanos, in Platonicis denique ſcholis, ingenti fama, & gloria floruit. Ab Auen Rois autem ſeculo, qui circa M.C. ſcripſit annum, *O tempora* ad hanc vſque ætatem, neſcio quo malo fato, totius Europæ ingenia, Soli vni Ariſtoteli *O praua tēpora.* ſeſe alligarent, vt apud eum in compedibus, altercando tantum, ſedere, & ætatem malint conſumere, quàm liberè per orbem, per naturæ miracula, contemplando vagare. quàm naturæ authorem Deum cognoſcere, & in eius contemplatione, & amore, & veneratione, & adoratione verſari. Hæc nobis ingenerauit vnius Arabis, tum ignorantia, tum arro- *O infelices Latini Homines.* gantia, tum etiam ignauia noſtra, vt eo, quem nobis liberum Deus donauit intellectum, neque ſciamus, neque audeamus, neque velimus vti. Quàm autem perperam, quanto damno, quanta pernicie noſtra, id à nobis fiat, facillimè, & agnoſcet, & cognoſcet is, qui ex eo ergaſtulo, mente à vinculis ſoluta, libros Panarchiæ noſtræ, omnes quidem, ſed præcipuè priores octo, quos tibi ſacri Senatus Senatori optimo ac Sapientiſſimo dedicamus acurate perlegat. In quibus illud quoque intelliges, quàm poſſint humana ingenia, etiam aliter, quàm apud ſolum Ariſt. philoſophari, & melioribus vti demonſtrationibus,

& con-

& contemplando ſublimius, quàm ille fecerit, attolli. Hoſce igitur octo, non metaphyſicos, quo nomine Peripatus, non ſatis Græco, non ſatis rei accommodato, non ſatis præceptoris ſententiam explicante, quoſdam eius libros appellauit. Sed qui de principio vno quærendo, inueniendo, ſtabiliendoque, ſunt nobis inſtituti. Quos omnium philoſophorum tibi, & Sapientia, & dignitate, & authoritate eminentiſſimo, donamus, & ſacramus. Eos igitur & me, eorum authorem, tua benignitate, in tuam clientelam recipe. Et nos tuere, & protege. Hac enim tua tibi innata beneficentia philoſophantium ſtudia, maximo affeceris beneficio. Vale. Ferrariæ.

Tibi addictiſs.

Franciſcus Patritius.

ADDITIO AD EMINENTISSIMOS ET REVERENDISSIMOS PRINCIPES CARDINALES.

HÆc quum maximè vera ſint Eminentiſſimi Principes de Mundo, Cœlo, & reliquis dictis, & dicendis, & germaniſſima impia Ariſtotelis vita, morte, necnon peſſimis reliquis omnibus, præter alias prauas eius quiſquilias dictas, & enarrandas: Immo omnia illius Chriſtianæ Fidei non ſolùm contraria verùm erronea & aduerſiſsima.. Non video, quam ob rem Vos Eminentiſsimi Principes Cardinales & Religionis Terni Fontes, impoſterum: Termaximi, Platonis, Plotini, & aliorum à Patritio memoratorum veſtra autoritate, veſtra in Romæ Sapientia, hæc verè Sapientia, & Publicis in Academijs, & Collegijs non vigeant, emergant, atque reuiuiſcant probi, & fideles Scriptores, & Lectores publico pro bono? Quo nilque gratius Deo Opt. Max. fieri poteſt nihil grauius Diabulo: & hiſce præſertim peſsimis in Peripateticorum temporibus, Veſtro priuilegio, veſtra æterna cum laude, & ego cum Dauide dicam (Pſal. 117.) non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini. Faxit Deus, qui Sanctæ Eccleſiæ Vos Eminentiſsimos Religione, & Mente ſua gratia Optimos fecit, vt quæ Gregorius XIV. Pont. Max. Patritij recordatione non præſtitit. Vos Terni Optimi (Pariſani precibus) Doctiſsimi, Sapientiſsimi, Vrbaniſsimique Pont. Max. iuſſu Superetis meritò, & Dei gratia optimum maximum: & peſsimus Ariſtoteles apud inferos relinquatur, & digna Religionis probitas ſequatur.

Sapientia, & prædictis.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. meis Princip. Cardinal.

Addictiſs. Seruus

Æmylius Pariſanus.

CVM PRIVILEGIIS PRINCIPVM.

VENETIIS, *Anno Salutis* 1643.

Apud Heredes Ioan. Salis.

INDEX CAPITVM, QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Libri Primi Capita.

ARISTOTELIS & Peripateticorum de Cælo ſententia. Caput Primum pag.1.

Mundus nequaquam æternus eſt, & credentium Euerſio. cap. 2. pag.4.

Ariſtotelis & communis opinio de Cęli fabrica vndequaque Euerſio. cap.3. p.8.

Mundum, & Cælum creata eſſe Antiquorum ex ſententia oſtenditur. cap.4. p.11.

Mundum Cælum creata fuiſſe propria ex ſententia oſtenditur. cap.5. p.15.

Nec Mundus, nec eius partes animatæ ſunt vllæ, præter animalia in eo contenta. cap. 6. pag.16.

Cælum quà Cælum nec motu, nec lumine inferiora calfacere poſſe oſtenditur. cap.7. pag.23.

Ignis elementum Ariſtotelis & Paripateticorum ſub Luna orbe fictum, & imaginatum oſtenditur. cap.8. p.26.

Cælum Ignis eſt Aliorum ex ſententia. cap. 9. p.28.

Cælum Ignem eſſe propria ex ſententia demonſtratur. cap. 10. p.29.

Cælum vtpote Ignis, Vnum eſt. cap.11. pagina 36.

Ignis qui Cęlum dicitur ſuapte natura in gyrum vertitur. cap.12. p.38.

Cælum corruptibile eſt vt cetera elementa; propterea Ariſt. & communis Opinio euertitur. Nihilominus, vt creatum ſeruatur, & quomodo. cap.13. p.40.

Cælum ſuapte natura corruptibile. Quomodo, quando, & vbi oſtenditur, proinde ad formam in potentia eſt. cap.14. pag.42.

A Cælo Igne nec vniuerſum, nec quid minimum deſtruitur, comburiturue. cap.15. pag.43.

Cęlum, ſiue Cæli Ignis elementum ſunt, inferiora ſeruantur, & generationes ſiunt. cap.16. p.45.

Nec Intelligentiæ, nec Anima Cælos mouent ſi qui dicti & eruditi ſunt. cap.17. p.47.

Cælum Ignis quartum elementum materia non differt à ſublunaribus. cap.18. p.51.

Cælum Quomodo in loco & extra locum oſtenditur. cap.19. p.52.

Cæli dicti cum ſyderibus eiuſdem rationis, & eſſentiæ ſunt omnes. cap.20. p.53.

Cælum ſeu Cæli, non Terra, mouentur. c.21. pag.54.

Aſtrologia Iudiciaria Mera ſuperſtitionum mater oſtenditur. cap.22. p.58.

Libri Secundi Capita.

ARiſtoteli, & ſibi ipſi dignum Problema. In Dedicatoria ad Eminentiſs. Cardinales.

Moderni Peripatetici N. excuſſus Index ſuarum Exercitationum poſt Dedicatoriam.

An propterea quia à Pariſano Ariſtotelis deſcripta eſt Vita, & mors Ariſtotelis Encomium? Cap.1.

An præterea Apologia contra Pariſanum & Veritatem? Cap.1.

Centena Ariſtotelis errata, & maxima per totum caput primum ſeu 2. totum per caput.

Opinio non facit homines probos, nec improbos. Peripatetici Exercitatio 4. & Pariſani reſponſum. cap.2. p.5.

An propter peccata veniunt aduerſa Peripat. Exercitat. 4. & Pariſani reſponſum, cap.3. p.5.

Digitized by Google

Index Capitum, quæ in hoc Libro continentur.

Libri Tertij Capita.

Benigno & Candido Lectori. Caput Primum. lib.3. pag. 19.

Primus animalis ortus lien eſt ex officio, & munere. Atque Illius hiſtoria, lib.3. cap.2. pag.20.

De nupero Bottallianorum Inuento. lib.3. c. 3. p. 26.

Galenus de hiſce immeritò taxatur. lib.3. cap. 4. 5. p.28.29.

Prædicti Bottallianorum, tractatus ab Aemylio Pariſano confutantur. cap.5. pag. 28. & 29.

Galeni & Bottalli placita horum Scriptorum ſequuntur, & quot eorum obiecta, ſeu quæſita, de via ſanguinis à dextro ad ſiniſtrum cordis ventriculum, tot Pariſani reſponſa & confutationes. p.29. & ſeq.

FINIS.

Digitized by Google

MICROCOSMI SALVS, VT DETVR CVIQVE SVVM.

Ariſtotelis Peripateticorum Principis, ac ſequacium de Cælo ſententia,

Caput Primum.

COELVM primum corpus diuerſum quoddam eſt à terra, igne, aere, atque aqua, ætherem ſuperum locum Antiqui appellarunt, à ſemper currendo perpetuo tempore poſita appellatione; Corporum omnia leuia, quæ ſurſum ignis, aer, vel grauia, quæ deorſum vergunt aqua & terra. Corpus quod verſatur impoſſibile eſt grauitatem, aut leuitatem habere. Fieri enim non poteſt, vt ipſum aut ſecundum naturam, aut præter naturam ad medium, aut è medio moueatur. Simili modo rationi conſentaneum eſt, & ingenerabile, atque incorruptibile ipſum eſſe exiſtimare, neque incrementa, decrementaque ſuſcipere, neque alterationibus ſubijci poſſe: propterea quòd, omne quod generatur ex contrario, & ex ſubiecto fit quodam, & identidem quod corrumpitur, vt diximus. Cótrariarum verò rerum, & lationes contrariæ ſunt. Si igitur nihil huic contrarium eſſe poteſt, propterea quòd & conuerſioni nullus eſt contrarius motus. Natura rectè id à contrariis excepiſſe videtur, quod ingenerabile, atque incorruptibile eſt: generatio namque, corruptioque in ipſis contrarijs eſt. At verò & id, quod accreſcit à propinquo quodam accedente, ſubeunteque reſolutionem in materiam augetur, hoc autem non habet id, ex quo eſt ortum. Quòd ſi neque accreſcere, neque corrumpi poteſt, eiuſdem eſt profectò ſententiæ, & alterationibus ipſum ſubijci non poſſe putare: alteratio enim motio eſt in qualitate. Qualitatis autem habitus quidem, & diſpoſitio non ſine mutationibus in paſſionibus fiunt, vt ſanitas, atque morbus, vt naturalium corporum, & partium omnium incrementum, & decrementum videmus. Quare ſi corpus, quod verſatur, neque incrementa, neque decrementa ſuſcipere poteſt, expers ipſum & alterationum eſſe conſentaneum eſt rationi. Patet igitur ex hiſce, quæ dicta ſunt, id, quòd primum eſt corporum perpetuum eſſe, & neque acreſcere, neque decreſcere, neque ſeneſcere, neque alterationibus, neque paſſionibus ſubijci, ſi quiſpiam hiſce, quæ ſunt ſuppoſita credit. Videtur autem, & ratio teſtis ijs eſſe, quæ apparent, & ea, quæ apparent teſtes eſſe etiam rationi. Omnes enim homines de Dijs exiſtimationem habent, & vniuerſi, qui Deos eſſe putant, tam Græci, quàm Barbari, ipſum ſupremum locum Dijs tribuerunt: propterea quòd immortale ad immortale eſt

accommodatum. Alio namque modo eſt impoſſibile. Ariſt. primo de cęlo c.3. cont.22.

Cęlum neque habere principium, nec finem, neque genitum eſſe, ſed ſempiternum, atque Deorum ſedem fore diuinam, atque immortalem veteres aſſeruere. Ariſt. 2.de cœlo cap.1. cont. 2. Summa, quæ eadem Deorum domicilium pater, cœlum eſt appellatum: quod quidem diuinorum corporum habetur plenum, quæ ſydera appellare conſueuimus. Idem quoque ſæpenumero incitatum motu; vna in orbem circumuectione cum his omnibus abſque intermiſſione replicatur. Ariſt. lib. de Mundo in princip.

Democriti & Platonis ſententia.

Democritus impoſſibile eſſe demõſtrat, omnia eſſe facta: tempus enim dicit non eſſe ortum. Plato verò ſolus ipſum eſſe ortum ait: Etenim vna cum cœlo dicit ipſum ortum fuiſſe, cœlumque factum aſſerit. Ariſt. 8.phyſic. 1.cont. 10.& vlteriùs.

Timæi opinio.

Sunt enim quibus fieri poſſe videtur, vt & ingenerabile quidpiam corrumpatur, & ortum, vacet corruptione: vt in Timæo aſſeritur. Illic enim Timæus cœlum eſſe quidem ortum, non tamen eſſe caducum, ſed reliquo fore ſemper tempore dicit. Ariſt. 1. de cœlo c. 10. contex. 109.

Antiquorum.

Antiqui verò omnes cœlum factum eſſe tradunt: Sed hi quidem factum ſempiternum, alij autem corruptibile, vt alia, quæ materia conſtant inquiunt. Quibuſdam viciſſim interdum fit, quandoque non, vt Agrigentinus, Empedocles, & Epheſius Heraclitus aiunt; ſed genitum eſſe, & ſempiternum eſſe, impoſſibile eſt. Ariſt. ibidem context. 102.

Cœlum non eſt è natura elementorum, alioquin eſſet corruptibile, ſed non eſt generabile, ſed eſt cauſa generationis. Ariſt. de cauſ. & propriet. element. c. 1.

Auerrois cõſenſus.

Addictiſſimus Auerroes perinde impius ac Ariſtoteles affirmans, & omnia illius confirmans, ait, Cęleſte corpus eſt medium inter æternum & corruptibile: quia quo ad vbi generabile eſt, & corruptibile, & manens quoad ſubſtantiam. Auer. 8. phyſic. contr. 15. Præterea cœleſte corpus non habet potentiam, vt corrumpatur, quia contrario caret: quare permanens per ſe, & per ſuam ſubſtantiam. Auer. 12. metaphyſ. contex. 41. Ampliùs cęleſtis motus æternitas eſt propter motum, in quo nulla potentia exiſtit ad motum tranſmutationis, nec eſſentialis, nec accidentalis. Auer. ibidem. Ad hæc Cęlum ingenerabile ex Græcis naturalibus primus Ariſtoteles poſuit. (fallitur ignorans ab Ocello Lucano Pythagoræ diſcipulo accepiſſe, infra patebit.) Auer. primo cœli tex. 22. Vlteriùs, Cęlum in ſe non habet qualitatem tangibilem, Auer. 4. phyſ. tex. 58. Præterea cœlum non habet materiam, quia ſi haberet, haberet contrarium, & eſſet generabile, & corruptibile Auer. primo de Cęlo tex. 95. & 2. de Cęlo tex. 1. & tex. 15. Cœli materia niſi fuerit compoſita, non haberet formam ita, vt ſit intellecta, ſed eſt vna numero indiuiduata per ſe, & eſt intellecta in reſpectu ad aliud, vt eſt de communi materia, ſcilicet, quod non operatur per ſe corpus cęleſte, niſi inquantum eſt ſubiectum formæ operantis intellectus: ſicuti intelligitur materia inquantum eſt ſubiecta formæ, tamen prima materia eſt in potentia, & iſta eſt in actu, & ideo in hac nulla eſt potentia, vt poſſit denudari à ſua forma, nec habet niſi potentiam ad vbi, vt cęlum ſit natura ad hanc naturam, quæ eſt ſubiectum intellectus, non quod habet formam & materiam. 1. cęli tex. 95. Quod etſi non ſit graue, nec leue, melius tamen dicetur eſſe leue, quàm graue. 2. cęli tex. 4. Cęleſtia corpora manifeſtè videntur intelligere, & moueri, ſed non nutriri, neque ſentire 2. de anima tex. 15. de quæ animæ virtutibus, niſi concupiſcentiam, & intellectum habent. ibidem text. 32. Cęlum habet materiam localem, non tamen habet materiam generabilem & corruptibilem. 8. metaphyſic. text. comment. 4. quia nihil prohibet, quòd ſit in potentia ſecundum materiam ad vbi, ſed quòd ſit in potentia ſecundum formam. 9. metaphyſ. tex. comment. 17. Vt

non

non habeat potentiam diuiſibilem ſecundum corporis diuiſionem, ſcilicet formam materialem: quia ſic eſſet in eo materia, quæ eſt in potentia. 12. metaphyſ. tex. comm.10. Cœleſtia corpora, quia non ſentiant, ideo deſideratum in eis ab intellectu nō differt 12.metaph. tex.comm.36.

Io. Gramat. Opinio. Cœleſtia formam & materiam, vt principia habent, non autem priuationem. Io. Gramat. 1.phyſ. tex.67. Cœleſtia rationalem animam habent. Ariſtotelici autem ſenſum non habere affirmant, eo quòd ab affectione & paſſione aliena ſint. 3.de anima tex.60.

Albert. Mag. ſententia. Cœlum nō incepiſſe per generationem dixere Zabij, nec corruptione finem habiturum. Stoici verò, quod generatione incepit, corruptione verò non finietur. At Pythagorici & generatione incepiſſe, corruptione nihilominus finem habiturum. Albert.Mag. 1.de cœlo tract.4.c.1. Cœlum & elementa eadem ex materia fieri nihil prohibet, ſi generaliter materia ſumatur, vt materiæ vltimæ quantitatis dimenſiones ſunt, alioquin ex materia & forma non eſſet compoſitum propriè loquendo. iſdem Albert.Mag.1.de Cœlo tract.1.c.8. quia illius materiæ potentia eſt ad vbi: generabiliū verò potentia ad vbi, ad motum, ad formam. 1.de cœlo tract.3. c.8. Vnde eſt æquiuoce materia ad generabilium, & corruptibilium materiam. 1.de cœlo tract. 4. c.1. Quoniam non eſt in potentia ad formam, ſed ad vbi tātum. 1.meteor. tract. 1. c.2. Cœleſtia ſenſus non habent, quoniam ſi haberent, vel propter dignius aliquod in anima: aut propter dignius aliquod in corpore; Sed non ob hoc, quia intellectus per ſenſibilia minus intelligeret; & cęleſte corpus ob ſenſus melius non eſſet, ſed potius nihil erit propter corruptionem, quæ eſt ex ſenſu. 3.de anima tract. 5. c.1. Raritatem & denſitatem habent, non vt à forma informam mutentur, ſed vt per partes ipſorum magis, & minus propinqui ſunt in prædic. Maiora ſunt ipſa terra, præterquam Luna, & Mercurius. 3.meteor. tract.4.c.3. Cęleſtia corpora per numerum non ſunt multiplicabilia, quia per numerum multiplicatio eſt ex materia, & nihil multiplicari poteſt per materiā, quod tota ſua ex materia conſtat. 11.metaphyſ. tract.9.c.1. Cęli ſalus in continua luminis intelligentiæ acceptione eſt, & ipſius per motum explicatione; quia per hoc eſſe habet, vt cęlum eſt, & hic ſequitur, quod tota materia per partes eſſe accipiat diuerſum, & diuerſimodè elongatur, vel obliquatur ad effectum. 11.metaphyſ. tract. 3. c.3.

D.Tho. ſententia. Cęlum à Deo productum eſſe coęternè ſibi poſuerunt: nos verò cœlum à Deo productum dicimus ſecundum ſui totam ſubſtantiam, ab aliquo temporis determinato principio. D.Thomas 1.de Cęlo lib. 6. tex.20. Cęlum ſimpliciter, & per ſe corrumpi impoſſibile eſt: quoniam cęli motor, vt eſt cauſa mouendi, ſic & eſſendi. de animal. motu lib.2. c.9. Cęleſtia & natura ſeparatarum ſubſtantiarum non habent in ſe corruptionem, nec malum. 12.metaphyſ. lib.12. tex.54. Cęleſte corpus nec grauitatem, nec leuitatem habet, ſecus vel ad medium, aut à medio moueretur. 1.cęli lect.5. tex.19. Cęleſtia corpora alterari nil prohibet alteratione perfectiua, vt quum aliquid ab alio perficitur alterius abſque abiectione, vt Luna à Sole alteratur, alteratione autem paſſiua non alterantur. 1.de cęlo lect.7. cont.22. Secundum luminis virtutem calfacere debent: ſed ſecundum proprias virtutes ſingulis corporibus attributas non ſolùm calfacere, & infrigidare debent, ſed etiam omnes alios effectus corporales in hæc inferiora efficere. 2.cęli lect.10. tex.43. Non habent autem nec calorem, nec frigus, ſed in illis eſt virtus horum efficiens. 2.cęli.ibid. Neque ad eſſe materiam, ſed ad vbi ſolummodò habent. 7.metaphyſ. lect.15. text.53. Habentque alterationem ſecundum illuminationem, & obſcuritatem, non tamen generabilia, & corruptibilia. 8. metaphyſ. l. 1. tex.4. Cęleſtia corpora animata eſſe ponit Ariſtoteles 12.Metaphyſ. lect.4. tex.23. Atque animata eſſe anima intelligente, & deſiderante. 12.metaphyſ. lect.8. tex.39.

Alex. de Ales. Opinio. Cęlum ideo incorruptibile, quoniam eius forma cum priuatione non eſt coniuncta. Alex. de Ales in 5.metaphyſ. tex.17.

Cęlum & elementa diuerſa ſunt genere: quoniam nec vnum in aliud, nec ambo in tertium: ideo communem materiam non habent. 5.metaphyſ. tex.32. Propterea, quia cęlum materiam non habet, in eo non eſt natura neceſſarij, nec poſſibilis. 8.metaphyſ. tex.14.

Mundus nequaquam æternus eſt, & credentium Euerſio Par, & Sanius Iudicium. Cap. II.

Ariſtot. ſenſus. QVoniam Mundum æternum eſſe, nec poſſe fieri voluit Ariſtoteles. 1. de cœlo context.103. & 2. meteor. ſumm.1. c.3., necnon 1.de plantis c.2. Propterea de toto, de mundi æternitate primùm agemus, mox de parte, de Cœlo pertractabimus.

Triſmegiſti Op. Ante verò Ariſtotelem mūdum ex quatuor elementis igne, aere, aqua, terraque conſtare Mercurij Triſmegiſti Aſclepius ait, quod & l.Apuleius etiam ad verbum affert. Poſt Megetem, mundum ex vniuerſa materia cōſtituit Deus, vt vnus omnia complecteretur inquit Timæus Locrus de mundi anima. Poſt quem Ariſtoteli adhærens Plotinus En.2. lib.9. c.7. mundus hic inquit, nec incepit, nec deſinet, ſed eſt tandiu, quandiu ſunt & diuina. *Aliorum ſent.* Impijſſimus Cordubenſis Auerroes Ariſtotelis ſectator idem vbique voluit per æternum motorem, & æternum motum. 8.phyſ. cont.48. Et quod inquit, Græcorum primus Ariſtoteles id pronunciauit. (falſum eſt, quoniam Ariſtoteles id ab Ocello Lucano accepit, etſi illius non meminerit.) *Aliorū Op.* Verùm ante ipſum, lex Caldeorum id voluit.

Quod autem generabilis, & corruptibilis ſit, ex Philoſophis Anaxagoras ſcripſit, & Maurorum, Chriſtianorum, & Iudæorum lex ſuſtinet, quemadmodum & Platonis eſt ſententia. 4. Sententia, quod non generatus ſit, ſed corruptibilis, quod nullus dixit, pro ut ſcimus, niſi loquentes noſtræ leges, *Cordubēſes.* (ideſt Cordubenſes) 1.de cęlo text.102. mundum nouum generans conſtituere nequeūt, niſi corpus, qui alterans, & alterans corpus eſt: quam ob rem ſi æternus, cur generatur in hac hora, & non in alia: ſi generatus: ergo à corpore. iſdem Auer. 1.cęli contex.33.

Aliorū ex Pico Mirand. Mundum alij fortuitu factum, & atomorū concurſu, atque interiturum volunt. Alij Ariſtotelem ſequuti ingenitum, & cęlum, & elementa ſempiterna fore. Io. Franciſc. Pic. Mirandul. in exam. vanit. doctr. gent. lib.vij. c.ij. Et alibi, inquit, mundum qui conſtitutum volunt non æternum, certant, vnde eius exordium cępit. Et qui Chaos præceſſiſſe mundum voluerunt, ex illo aliud alio in primis trahunt. Empedocles æthera primum ſecreuit, inde ignem, terram poſtea, demum ſcaturuiſſe aquam voluit, ex qua ortus aer, & cęlum ex æthere conſtitutum: Solem de igne prodijſſe. At humiliora & terreſtria de alijs eſſe conflata. Zareta Chaldæus, quem Pythagoras audiuit, ex luce & tenebris, tamquam ex viro & fęmina generauit. Nonnulli à terræ centro initium eſſe ſumptum putarunt. Plato viſibilem ad exemplum intelligibilis conſtituit eius, quod videtur animam, & mox, & corpoream induxit molem ex aere, igne, terra, & aqua. Pythagoras ex primis corporibus, quæ mathematico immergens pellago conſtituit. Ex quibus figuris ſphæricis piramide ignem, octagulo aerem, vigenangulo aquā, cubo terram, dodecangulo vniuerſi ſphæram imaginatur. Io. Franc. Pinc. Mirand. in ex vanit. doctr. gent. lib.1. c.11. Mundi materiam alij ignem, aquam alij, alij ex elementis, alij materiam elemētis priorem cogitatione ſaltem cōſtituerunt, atque litem & prælium poſuere, atque in materiæ dimenſionibus variè ſenſerunt, an interminatè, an terminatè. iſdem ibidem.

Vera cauſa ex Auguſti Steuco. Mundi æternitatis opinio inde nata eſt, quòd quum cęleſtia lumina, Deos putarent, æterna non eſſe nefas erat, quam ob rem ſempiternum dixerunt: quum tamen cęlum propter homines, non homines propter cęlum, factum ſit. Auguſt. Steuc. de peren. phil. l.7. c.2. Mundi æternitatem ponentes tres rationes (ſibi inſollubiles) afferunt, Prima, quod magis deceat, & ſatius ſit mundum æternum fore, quàm æternam priuationem. Secunda,

quòd

quòd nulla ſit ratio, quam ob rem Deus tunc Mundum creauit, & non prius. Tertia quia rationi conſentaneum non eſt, nec prudentia videt, cur tot per ſæcula id non effecerit. Iſdem ibid. c. 1.

Impium Ariſtot. quæſitū. Hoc maximè impium quæritur de mundi æternitate, vt pote in homines prorſus perniciem ab Ariſtotele propoſitum, inuentum & iactum: immo ex Ocello Lucano: quinimò ex Oraculo, ac Diabulo ipſo Ariſtoteli conſulente, vt in eius vita à nobis deſcripta, in hominis, inquam, perniciem, à Chriſtiano vt potè impijſſimum pertractandum proinde non eſſet, quando ſtomacum faciat. Quia tamen miſeri quidam atque infelices homines, ita Ariſtoteli addicti ſunt, vt proinde athæi & facti & prorſus euaſi extent, vt (de Auerroe in Ariſtotelis vita videre eſt) illius impia de opinione imbuti, nil aliud curent, nihilque vlterius credant, vt peſſimi athæi illa eadem impia atque diabolica probent, etſi occaſio detur, vt veri dæmones, fatuos homunculos, & abſque Dei timore vllaque ſine cognitione in huiuſmodi tenebras rapiant: Et tales miſeri increduli cum illis Ocello, Ariſtotele, Auerroe, & ſimilibus, Magiſtris diabulis balantū more ſequuntur, & in profundi ignorantiæ, & pœnarum abiſſum ſaltant omnes: Proinde vt pro virili inde infelices reuocentur hoc onus lubenter ſuſcepimus.

Quum tamen, vt aliàs docuimus, & hic, & infra de Cœli creatione antiquorum ex Philoſophorum auctoritate, noſtroque marte (noſtros præter Theologos, Sāctos, Sanctaque decreta) dicemus etſi id contra omnem rationem ſit, & pura athæorum fatuitas, ex Ariſtotele potiſſimum, ſeu Ocello, ſiue Oraculo conſtabit.

Siquidem mundum principium habuiſſe Ægyptij, Chaldæi, Phœnices, Græci, Totus Oriens, omnes literæ, Religioneſque aſſeruerunt omnes. Cui conſenſui quia naturalis eſt, Veritas ipſa, rectuſque prouidentiæ, pietatis, atque veritatis ordo mirabiliter aſſentitur. Auguſt. Steuc. ibid.

Quandoquidem æternitatis ſcelus eſt inexpiale, omnem religionem, virtutem, & iuſtitiam tollens, ſicuti & omnes hominum artes, ſcientias, mores, inuenta, (& cetera, quæ ex mundi armonia Franciſci Georgij Veneti, & noſtra. Vnde Habraham centenos ſeruos habebat, & tamen nō palatium. quod tunc non aderat, ſed caſas, capannas habitabat. Pſal. 120. attulimus) atque reliqua plurima, vt Alexander de Ales 12. metaphyſ. tex. 50. habēt.

Contra verò ex Creatione, nata, eſt Pietas, & Omnipotentia, quæ ex nihilo efficere voluerit, & creare omnia, vt proinde quiſque in ſui Creatoris cognitionem, & ſubinde cultum veniat. Vti è conuerſo ex mundi æternitate (& materia prima ab Ariſtotile ſuppoſita, notat doctiſſimus Io. Franc. Picus Mir. in exam. van. doctr. gen. lib 6. c. 7.) æterna ſequitur impietas, æterna animorum confuſio, ſempiternus meror, & ſempiternus animorum interitus: prætetquàm quòd extremi diei conſideratio aufertur. Vitiorum agmen inducitur, & virtus tollitur omnis: Nullum bonis premium ſtatuitur hoc in mundo, & quum futuri non ſit conſideratio, omnium neceſſario eſt euerſio: quando tota de prouidentia tota claudicat diſputatio, vt de moribus ſermo vaniſſimus ſit, vt nihil eorum ſtet, quæ æterna de beatitudine ſcripta ſunt, vtpote in abolitione mundi poſita. Adde quòd mundum principium habuiſſe melius eſt, & aptius, quàm ſempiternum fuiſſe, vt ſeruetur, & maneat ſoli Deo æternitatis dignitas. Auguſt. Steuc. de peren. phil. lib. 7. c. 2.

Quibus omnibus ſatis conſtat, quanta ſit Ocelli, Ariſtotelis, Auerrois, & aliorum Peripateticorum athæorū ignorantia, proteruitas, atque impietas de mundi æternitate, vt pote omnia bona auferentes, cunctaque afferētes mala. Quam ob rem non mendacem & deluſorem Oraculum, ſeu diabulum in ſui, & ceterorum ſibi credentium perniciem conſuluiſſet; ſed rationem ipſam ſenſui adhærentem, nedum rationi ex bono, & malo inde certò ſequentibus, & ſe ſe Sapientioribus fidem adhibuiſſet, Ter maximo potiſſimum, cuius Pimander c. 4. Sic Sanctè docet. „ Mundum vniuerſum *Ter Maximus nouit.*

verbo, non manibus fabricatus eſt Opifex. Et paulò poſt, Iſdem ibidem c.8. inquit, „ Deus omnium primus Auctor immortalis, ſempiternus, Ingenitus. Secundus ad illius imaginem mundus ab eo genitus.

Proinde non ex athomis, materia prima Ariſtotelis de qua diſputare non eſt Chriſtiani Philoſophi, quum ſit illius purum ſomnium, & hæreticum fictitium: Propterea perperàm diſſerunt, an habeat exiſtentiam, (quod maximè impium, inquit, D. Baſilius in Hexameron homilia 2. pag. 5. vbi ſancta & pulchra hac de re) ſicuti, quòd mundus ſit factus ex vniuerſa materia, vt ex Timæi Locri ſententia diximus; Sed melius his Maximus Tyrius ſermone 3. dixit „ Mundus ex Cœlo & terra conſtans communis Deorum, & hominum domus, & duæ domus immortalia vehicula: Alterum habent Dij, & Deorum filij. Alterum Deorum interpretes homines recti in Cœlum inſpicientes. Alijſque huiuſmodi ridiculis, medio fato, amicitia, prælioue, & ſimilibus puerilibus: Quemadmodum cur in ea hora, & non in alia, & prius; quia tempus non erat cum cœlo & mundo tunc, ortum ineptijs, vt occurramus. Quam ob rem mundum quum dicimus fuiſſe ante, vel poſt, non ſignificamus per hæc verba tempus, ſed ordinem æternitatis ad tempus, inquit, Albertus Magnus 8. Phyſ. tract. 1. c. 13. Quoniam quũ Creatori placuit perfecta ſunt, dixit & facta ſunt abſque hora, ſine tempore, & quando illi placuit: quam ob rem vt impijſſimum quæſitum, ita pariter maxime bardum. Similiter quòd ad mundi productionem, & alterante, & corpore opus ſit, impio Auerroi reſpondere non eſt, & quia illa maximè ridicula, & daretur proceſſus in infinitum: proinde de impijs athæorum tecnis & fallacijs ſatis.

D. Baſilij. pulchra.

Præterquàm quòd Ariſtoteles antiquorum quorũdam opiniones reprobat: quorum alij æternum tempus ſine cœlo, & mundo ſtatuerunt. Alij creatum mundum, ſed impoſterum incorruptibilem, partim modò naſci, modò corrumpi, idque in omni æternitate. Et contra hæc Ariſtoteles argumentatur. Cuius rationes aduerſus nos tempus cum mundo & cęlo creatum, aliquando & corruptibilem, non vrgent. Auguſt. Steuc. de peren. philoſ. lib. 7. c. 4.

Doctiſſimus Franciſcus Patritius verè Ariſtoteli maſtix de mundi æternitate Ariſtotelis fundamentum ſcientificè reprobat: Videlicet omnia quæ mouentur ab alio mouentur, quo perperàm mundum æternum concluſit: quemadmodum quod Summam Mentem cœlo alligauit, otioſum ſtatuit, & eius prouidentiam negauit. lib. 1. Panarchię, & lib. 15. eiuſdem par. 35.

Fran. Patr.

Concludamus igitur, quòd ſi mundus æternus eſſet, Deus Opt. Max. de hac ſua mundi pulcherrima fabrica non eſſet laudandus (ne deludendus dicam) quod impijſſimum eſt dictu, quicquid impijſsimi, & ſimul Diabuli Ocellus, Ariſtoteles, Auerroes, & ſimul quique athæi dixerint: quoniam pro beſtijs creaſſet. Et homo omni beſtia infelicior, & miſerior foret, vtpote rationis particeps, nullo in hac vita bono contentus, de futuris priuatus, ſpeque omni exutus degeret, & moreretur præter dicta, & nunc nunc, ac paulò poſt de creato cœlo dicenda.

Præterea mittimus nunc, quòd ſimplicius nobiſcum faciat, aſſerens, quod cœleſtium corporum ſubſtantia ortui tota ſubdita ſit: quia videri inquit, & tangi poteſt, atque corpus habet 4. phyſ. p. 284.

Ad Auerroem, quum ait, Cœleſtis motus æternus eſt propter motorem, in quo nulla potentia exiſtit ad motum tranſmutationis, nec eſſentialis, nec accidentalis. 12. Metaphyſ. tex. 41. Dicimus, quod motor non eſt Deus, vt cum Ariſtotele ſentit: immo nec Intelligentiam credimus: Vnde & Cœlum, ętherem ignem corrumpi exiſtimamus, quo modo infra declarabimus. Similiter quum Cœleſtia corpora animata ponat Ariſtoteles, vt D. Thomas aſſerit 12. Metaphyſ. text. 23. atque animata aſſerat anima intelligente & deſiderante. 12. Metaphyſ. lib. 8. tex. 39.

Amplius ſtrictiſſimè Patritius. Si vlla talis aut eſt, aut fuit, vel Deo fuit coęterna materia, vt autumãt multi Philoſophorum greges,

Lib. 22. Materia prima nec eſt, nec

vnquam fuit. greges, inquit, aut à Deo fuit condita. Si coęterna fuit, condita non fuit. Si condita fuit, coęterna minimè fuit. At vtrum hoc verius? Conditam fuiſſe. Id Hermes autumat, & illius verba ſunt. „ Seu verò materiam, ſeu corpus, ſeu eſſentiam dixeris, ſcito & has ipſas effectus eſſe Dei. Quem locum hanc ad rem probandam attulit olim Iamblicus Platonicorum Maximus, vt ex eo citat Proclus.

Noſtræ rationes ita cõfirmant. Materia hæc prima vel nihil prorſus eſt, vel eſt ens, aut medium quid, inter ens, & nihilum; vt Ariſtoteles voluiſſe videtur, quando eam, non ens per accidens appellat. Si materia eſt nihilum, nihilũ autem eſt nõ ens, à Deo eſt producta. In eo enim erunt omnia, entia, & omnia nõ entia; Entia manifeſtauit; non entia, vt Hermes ait, in ſe retinuit, reliqua omnia præter hanc materiam, quam extra ipſum ponunt. Si ea, ens eſt, itidem eſt à Deo producta; omnia enim entia ipſe, vt latiſſimè demõſtratum eſt, de ſe produxit. Si verò inter ens, & nihilum eſt, ex vtriſque compoſitum. quà entis habet partem, cum entibus eſt producta eſt. quà verò nihili partem habet, itidem ab eodem producta eſt. Præter hæc. Si materiam Deus non produxiſſet. vel quia impotens, aut quia neſcius id ei accidit, vel quia noluit. At cur noluit, ſi bonum eſt? Et cur neſcius, & impotens, ſi eſt Perfectiſſimus? Et ad hæc, productor omnium, non erat dicendus. At hoc contra demonſtratum eſt. Addimus ſi materia propè nihil eſt, quo modò ſuis viribus ſubſtat, ita vt Deo ſit coęua? quando corpora etiam præſtantiſſima, & quæ diuina Ariſtoteles nuncupauit cœli, ſui natura, & per ſe, ſtare, vt oſtenſum eſt, nequeunt: multo minus per ſe ſtabit, id quod ferè nihil eſt. Materia ergo, ſi talis vlla in vniuerſitate eſt, qualem Ariſtoteles circumſcripſit: per ſe non fuit Deo coęua, & creata eſt. Nos verò materiam ex qua corpora omnia mũdum conſtituentia conſtare diximus, & corpus eſſe affirmamus, & qualificatum, & formatum, etiamſi fortè non figuratum, & à Deo creatum, pro certo habemus. Quæ res ergo fuit in cauſa, vt hæc tot, ac tanta, & tam varia entia, extra ſe Deus proferet? ea que ex nihilo, ex nulla materia crearet? Vna eius bonitas, Vna Patris bonitas. Quia enim bonus eſt, Par er eſt. Quia verò Pater, etiam principium. Quia verò principium, etiam cauſa rerum eſt. Et quia rerum cauſa eſt, Deus eſt. Et quia rerum omnium cauſa eſt, omnipotens eſt. Hæc enim duo nomina inquit Hermes ſolo ipſi competunt. Bonum, & Deus. Et quamuis ab omnibus vtrumque dicatur nomen, non tamen ab omnibus, inquit intelligitur, quid ſit bonum eſſe, neque quid ſit Deum eſſe. Quid ergo eſt, Bonum eſſe, reſpondet id ſcitiſſimè. Quia Dei natura eſt, eſſe bonum.

At bonum quid nam eſt? „
Bonũ enim omnia dat, & nihil accipit. „
Deus igitur omnia dat, & nihil accipit. „
Et alibi
Omne largiens bonum. „
At quid nam largitur? Vt ſint omnia facere.
Bonum enim eſt, eſſe factorem. „
Bonum enim eſt, tota potentia faciendi omnia. „ „
Neque Deus poteſt viuere, non faciens bonum. „ „
Ideoque dicit, Deum coactum fuiſſe omnia facere.
Omnino neceſſitate coactus, à bona voluntate. „ „
Atque cauſa finalis, voluntatem hanc ſuam nouit? Profectò, vt cognoſceretur, & manifeſtus fieret.
Proprium boni eſt, cognoſci. At à quo vt cognoſcatur? Ab homine. „ „
Non enim ignorat hominem Deus, ſed maximè cognoſcit, & vult cognoſci. „ „
Quo modo cognoſci? docet.
Ob hoc ipſum omnia fecit, vt per omnia eum cernas. Hoc bonum ipſius Dei eſt; hoc eius virtus, vt per omnia appareat. „ „ „ „
Hoc autem per omnia apparere, quid aliud inferre poteſt, quam gloriam ipſius Dei, iuxta illud Ioa. Apoſtoli.
Dignus es Domine Deus noſter, acci- „

pere

pere gloriam, & honorem, & virtutē.
Reddit rationem.

,, Quia tu creaſti omnia, & propter volun tatem tuam erant, & creata ſunt.

Finis 22. lib. Panarchias.

Vidit hæc & cetera magni Triſmegiſti Ariſtoteles, ſed Ocello Lucano, ſeu Oraculo, diabuloue adhærere maluit in ſui & hominis perniciem.

Ariſtotelis & communis Opinionis de Cæli fabrica vndequaque Euerſio Par, & Sanius Iudicium. Cap. III.

HÆc Ariſtotelis & communis Philoſophorum de Cœlo ſententia, nec caput, nec pedes habet, & proinde nec capi quidem, nec intelligi, & ſubinde nec ſequi poteſt, à nobis ſaltem craſſæ Mineruæ; Vt non videamus, inquam, quo nam pacto ab alijs percipi queat, nedum tueri: quemadmodum nec quo modo inter literatos ſine pedibus ſic bellè bella ſtare, nedum currere valeat: tantum abeſt probari, & portarí, & ceu bellior defendi, ſi ſanus ſum: quia ingenitum, ſempiternum, quod vt tale à nobis, inquam, percipi nequit, ſicuti nec Deus ipſe, quà (alias præter cauſas, & rationes) ingenitus. Quòd ab anima intelligente moueatur. Hinc aliquid mouens aſſiſtens, & motum: & quicquid in cœlo eſt, aut pura intelligentia extat, aut cum illa pura materia ſimul ad vbi tantùm in potentia; Non eſt ſubiectum, materiatumue, nec pura materia, & tamen ab Intelligentia mouetur corpus homogeneum, eiuſdem, inquam, rationis, vt quodlubet elementum eſt: immo purius, & ſimplicius ſine forma, materiatum, inquam, ad vbi tantummodò in potentia, non informatum, non ſubiectum, ſimplex corpus abſque forma, non pura materia: quamobrem dico à nobis non intelligibile, vbi infra gradatim enucleatiùs.

Hinc aliter alij: non perinde alij; vt ſecus Auerroes, omnia minimè intelligibilia, alias vt ſententias mittam. Vt propterea credamus omnia falſa fore, & ſubinde ab Oraculo Ariſtoteli initiò conſulente (vt in eius vita à nobis deſcripta) omni ſtudio inuenta, & in Chriſtiani Hominis perniciem potiſſimum ſeruata & conſeruata. Ea propter in omnibus vanam & caſſam ſententiam homini pernicioſiſſimam exiſtimantes eidem, & ijſdem nuntium remittere eſt in animo, ac nos, & hominem, hac ex impia peſte eximere (Deo fauente, à quo omnia bona, & huiuſmodi præcipuè pſæcipua) periclitabimur.

Admiratus ſum nihilominus ſæpe, ſæpius, immo quamſæpiſſimè, quòd noſtrates Chriſtiani Philoſophi adeò ſomnolenti in Ariſtotelis doctrina obdormierint; Vt nihil hac de cęli ſic accepta falſa hiſtoria, & materia ſuopte ingenio expiſcati ſint, & non demonſtrātes renunciauerint. Quum eius Philoſophia manifeſtis ſit plena erratis ad intellectum ſpectantibus, necnon ad ſenſus pertinentibus, quemadmodum nos de quibus pertractauimus de hominis fabrica quamplurima oſtendimus non conſulto deditaue opera, vt etiam e. g. quòd nec de viſione quidem (præter auditus ridicula, de quibus nos alibi) ſciuerit, quid viderit, quo modo viderit, qua oculi parte viderit: & alia plurima ſua præter à nobis collecta erronea, ab omnibus nihilominus, vt diximus ſomnolentibus recepta, quinimo laudata, & probata, ò tēpora, ò mores.

Corpus igitur, (inquit Ariſtoteles primo de Cęlo c. 3. tex. 18.) quod verſatur impoſſibile eſt grauitatem, aut leuitatem habere: fieri enim non poteſt, vt ipſum aut ſecundum naturam, aut præter naturam ad medium, aut à medio moueatur, quemadmodum corpora quatuor elementa, leuia, & grauia.

Aſt præter dicta captu impoſſibilia, à Dæmone allucinatus Ariſtoteles, nos quo que decipit ex ſimpliciū diſcurſu motu ad grauitatem, & leuitatem deducente. Quandoquidem non intelligimus nos dari corpus phyſicum ſenſile mouendum, & motum, ſicuti eſt cœlum, quòd non ſit nec graue, nec leue. Qualitas enim hæc omni phyſico corpori competit: niſi quiſpiam reſpondeat, vt quinta eſſentia (quam ipſe Ariſt. nec intelligit quidem vt in eius vita patet) medium eſſe inter leue, & graue,

quod

Digitized by Google

quod nec dici poteſt: quando ſi terræ reſpectu medium ſtatuatur leue quidem, ſed non ętheris, ignis reſpectu, leue erit, & è conuerſo, vt pateat inuentum ad fugam, adque nos decipiendos, ac vt in reliquis ad abnegandum ſenſum.

Hinc præterea error & deceptio, quòd elemētis motus nō eſt neceſſarius nec ſimpliciter, nec ſecundum quid, niſi quatenus extra proprium locum, in ipſum neceſſariò trahuntur: Siquidē in proprio loco nequaquam mouentur, nec vnquam mouerētur, niſi poſito loco, nec quà leuia, nec quà grauia: quam ob rem ijs motus rectus competit, quatenus à proprio loco ammota, ad ipſum coguntur. Quocirca in propria ſphęra immobilia, in orbem ab ipſa ſua Intelligentia ea omnia mouebuntur, nec præter naturam motus eſſet, eritue, res recto motui contrariaretur; quia moueri circa centrum (vt docet) nō eſt locum mutare: quod etiam falſum, quia ſurſum eſſe, non eſt eſſe deorſum; ſed eſſe in loco, eſt eſſe, & quieſcere eſt, nec aduerſus ſurſum, nec contra deorſum quies: Et ſic nec aſcenderent, nec deſcenderent.

Siquidem in orbem mouentur aquæ in fluminum gurgitibus naturaliter, vt viſitur. quid quod? Et motui recto deorſum non contrariatur, quia non eſt motus ſurſum, quoniam non contrariatur eius motui deorſum. Sic nec aeris verſatio motui ſurſum contrariatur, vt nec ventorum in gygum motus. quid quod, inquam? Sic ignis tuum elementum ſub Luna, & aer infra, ex cœli motu tibi (poſita fabella) in gyrum mouentur, & tamen leuia ſunt, quid tum?

Idcirco non ſequitur ex verſatione cœlum non eſſe nec graue, nec leue: nec repugnat, contrariaturue motus in orbem ignis in propria ſphæra motui recto eiuſdem extra proprium locum; quoniam motui ignis propriā extra ſphæram cōtrariatur motus deorſum, (tametſi deorſum iſdem noſtras ignis ratione pabuli etiam moueatur, vt in ſudariolo aqua vitę madido ſuperiùs accēſo, aut extinctæ candelæ deorſum flāmæ fumantis approximatæ viſitur) vt in propria ſphæra ſuis in locis ignis à Cœli motu motus, quū nec locum mutet, nec ſurſum, nec deorſū moueatur, nulla motus cōtrarietas. Et ita quatenus ignis in proprio loco in orbē mouetur, impoſſibile eſt moueri à medio, vel ad mediū, nō quà nec graue nel leue eſt: quoniam vt tali qualitate præditum deorſum moueri poteſt, non ſecundum totum, ſed ſecundum partem, vt oſtendimus; ſed quatenus vterque eſt in loco, & ex motu à loco non recedit, nec talem motum cauſat talis qualitas, grauitas, leuitaſve: quamuis Cœli leuitate ad velociſſimum talem motum conducere rationi maximè conſentaneum ſit, ne dicam perquam maximè facere.

Addo quòd quum ignis, & aeris ſit moueri ſurſum ſuapte natura, dum à Cœlo Ariſtoteli verſantur, præter naturam in gyrum mouebuntur, quod repugnat, quia violenter: At nullum violentum æternum perpetuūue, attamen Cœli motus æternus & ingenitus, ac ſempiternus Ariſtoteli: Igitur & ignis & aëris motus ſecundū naturam, & pręter naturā, & in gyrum motus, & medio, ac ad medium, & ad tempus, & perpetui, & ſempiterni motus. qui poteſt capere capiat, niſi dicas, (vt ſolent) aiunt aio, negant nego.

Hinc omnes huiuſmodi (ni fallor) Ariſtoteli addicti hanc ſuam ſententiam amplexantes & tacentes ſe intelligere oſtendunt, & profitentur, ac melius probando, ſic ad Herculeas Columnas ſilentio perueenti, plus vltra non datur: quia eò humana vafrities cum Ariſtotele peruenit. Vt non deſint germani Peripatetici, qui ſuis in theſibus addant abſque dedecore, immo cum decore id profitentur, videlicet, Quicquid Ariſtoteles dixit, bene dixit, quod impius Auerroes protulit. Si quis autem id re vera falſum obijciat, etiā quia contra fidem aſſertu ſit: abſque rubore reſpondent, talia non diſputari, quaſi ſi diſputarentur, probarentur, ò tempora, ò mores.

Quare (ad rem) nulla motrix Intelligentia; ſed quum ignis ſummæ actiuitatis ſit, & velociſſimi motus, & qui ſurſum & deorſum motum obtineat rationabiliùs erit ipſum in ſua ſphæra in orbem ſuapte natura

tura

tura moueri, & conſequenter Ignem Cœlum eſſe pluribus de cauſis, & rationibus.

Intelligentia vtpote immaterialis quo modo Cœlo det eſſe, & animet, puram ad vbi tantùm, materiam homogeneam, & eiuſdem rationis, capi non poteſt, vt iam inde à principio diximus. Quod ſi vlteriùs dicamus, & rectiùs proferamus, nec homogeneam fore quoque, nec eiuſdē etiam rationis animam quum ſit ſine forma? quo modo intelligetur? quum non ſit hoc aliquid, & per ſe exiſtens?

Et ſi Ariſtoteles non intelligit, quo modo anima rationalis humanum corpus informet, animetue, quod rei caput eſt (ſuus ſi Dęmon, ſeu Oraculū admiretur, quod doctiſſimi viri aſſerunt, vt nos in tertia parte noſtrarū de ſubtilitate nobilium exercitationum retulimus: è duobus, inquam, maris, & fœminæ animatis (prius materiali anima) ſeminibus ſuis cum inſtrumentis, vt fuſiùs & enucleatius inibi declarauimus, quo modo eiuſdem rationis, immo vt diximus, non etiam homogeneam eiuſdem rationis materiam Cœli informabit, non materiam dico, niſi ad vbi, vt talis materia Cœlum intelligat, & deſideret ſine vita, ſiue ſenſu, ſiue eiuſdem materiæ cum inferioribus, ſiue diuerſæ, vt multi ſentiunt, aut alij quintæ dictæ eſſentiæ, ſicuti cum Ariſtotele Cordubenſis ſomniauit: quum rationalis anima tot, ac tanta inſtrumenta requirat ſuum vt penſum abſoluat; Et tamen Ariſtoteli hominis anima eſt veluti nauta in naui. Et Intelligentia Cœlo dat eſſe, & motum, vtque præterea Cœlum intelligat, & deſideret, Quid? moueri reſpondebit, ò bella Cœli intelligentia, & intellectio? ò bellum deſiderium? ò bellus amor? ò infelix Angelus (liceat Philoſopho liberè loqui) Cœlo alligatus ſi ab æterno mouet, & in æternum Ariſtoteli mouebit. Quam ob rem quæres? quo fine? vt motu & lumine hæc inferiora, haſce beſtias calfaciat, conſeruet, generet, reſpondebit. Beſtias diximus, quoniam quum homines ab æterno geniti, & in ęternum gignendi ſint Ariſtoteli, & ſequacibus infiniti, & conſequenter mortales vt beſtiæ; quando Cœli & mundus finiti ſint, & deinceps infinitum hominum numerum non capiunt, materiales potiſſimum, & beſtias.

Hæc Peripatetica Philoſophia de Cœli materia Ariſtoteles ab Ocello Lucano accepta. & tamquam certa tradita eſt. De eiuſdem intellectione, & intelligibili deſiderio. Quo modo vnum per ſe? Quoue pacto intelligit? Quî informi materiæ dat eſſe, & alia prædicta? Quo fine omnia omnes intelligunt ac docent? Nos nihil, Verba audimus, res nequaquam intelligimus.

Eapropter, vt quod ſentio ſincere dicā, ac omnium pace, vt ſupra, infra, & ſemper de more cum Comico: Homo homini Deus, vt Homo homini lupus, hic Ariſtoteles; Ille Patritius, quem ſi conſulas, examines, igne probes, aurū experieris. Quoniam recta ſtatera, Ariſtotelis & antiquorum doctrinam callens, ponderat. Quicquid boni Ariſtoteles ſcripſit, candidè refert, à quibus ſumpſit, quia nouit, & vnde excerpſit, docet, proprias ſententias, immo verba, refert; quia ipſos tuetur, & ipſum furem declarat ſincerè ſemper manifeſtum detractorem ingenuè detegit; Eius fallacias, & maximos errores manifeſtat; putida ſophyſmata aperit; ſibilis, maioribuſq; cachinnis (ſuis vt verbis vtar) in ipſum agit vbique, potiſſimùm de Cœli, & mundi ęternitate, de rationali anima, ac de ipſo Deo magnos lapſus oſtendit & patefacit ſuis in peripateticis diſcuſſionibus, atque Philoſophia, quæ opera Chriſtianis maximè cordi eſſent Veritatis gratia, & hominis ſine abſque odio, vt multa in eius vita à nobis deſcripta in ſecunda parte de microcoſmica ſubtilitate, videre eſt. Quare ad rem pręſentem, leges Tomi quarti Diſcuſſionum Peripatet. lib. 4. de Mundi & temporis ęternitate. & lib. 6. de Cœli ęternitate. Et ſic in reliquis, vt Veritati ſis, & Ariſtoteli hominis proditori (in tui gratiam ſic loquimur) nuntium remittas. Interim quæſo te, ſuſtine, donec legendo capax fias, ſi lubet.

F. Patritij ſenſus.

Digitized by Google

Mundum & Cælum creata eſſe Antiquiorum ex ſententia oſtenditur Par, & Sanius Iudicium. Cap. IV.

COeli materia vtpote à nobis remotiſſima adeò difficilis cognitu ſcituque eſt,& fuit ſemper, vt quot ferè Philoſophorum ſectæ fuerint,tot ſententiæ ſint,vt nil certè iam num ex Philoſophis affirmari poſſit, & iam nunc potiſſimum, dicere ſi liceat, maxima abſque omnium reprehenſione: Quando omnes de Cœlo toto Cœlo errent:quia ducem auium cuncti ſequũtur, Ariſtotelem inquam, (Peripateticorũ pace dixerim) proinde haud mirum quòd omnes deuij;& quod grauiſſimum, & peſſimum eſt, quod inde Homini omnis pernicies, & peſtis omnibus de cauſis suboriantur(parcant iterum illos quæſumus)& cui ſi credatur Ahæi omnes, hoc eſt ſine Deo,ſine Dei cognitione,& mortales omninò, atque vt beſtiæ cuncti, quemadmodum res ipſa loquetur, Secus in omnibus apud nos,Deo Creatore adiuuante.

Manifeſtiſſima res eſt in eius, & praui Dęmonis via. (Cuius conſilio & auxilio Philoſophiæ narrauit,illi vt ſeruiret,vt ſupra patere diximus) ſi Cœlum eſt æternũ, & conſequenter mundus, quia tempus eſt æternum,quia motus eſt æternus, & deinceps prædicta ex peſte, hominis caducitatem nemo ſanæ mentis inficiari poteſt. Quinimo dicere liceat, credere, & aſſerere abſit vt impium,Deus hac de pulcherrima mundi fabrica laudandus non eſſet, (etſi impius ſtultus fortaſſe dicet; iuxta illud Pſalmi,non eſt Deus, & quòd caſu ſuborta ſit,vt nonnulli putarunt, aut ab æterno, vt Ariſtoteles, & cæteri athæi) quia ſi hominis ortus ſemper fuit, & perpetuò erit: ſic homo non dominus,immortalis, cœlicola;ſed beſtia,immo beſtijs infelicior,vtpote,qui anguſtijs, curis, moleſtijs, & ærumnis,atque miſerijs omnibus ſemper refertus, & mortis, ac alteriùs vitæ timore plenus. Eapropter ſi ſic,rectiſſimè dixiſſent, ſequutique fuiſſent Stoici, Ede,bibe,lude, quia poſt mortem nulla voluptas.

Sed hæc ſtulta mittamus, & deinceps aſſumptum,vtpote Ariſtotelis,& Diabuli ineptas fallacias & fraudes ad perdendum hominem inuentas, vtque omni ſtudio ſtuduit;ſic pariter ad vnam omnes, quamplurimas ſaltem præclariſſimus Philoſophus Franciſcus Patritius retudit,& deteƈtas reiecit, atque penitus abiecit ſuis in operibus,& ob id Peripatetticas diſcuſſiones digniſſimis laboribus aquiſitas nuncupauit. Quæ qui non legit,& diligenter perpendet, obſeruat, & retinet vt vera & germana de naturalibus nihil ſcit, & Philoſophi nomine haud dignus. Vt propterea perquam maximè mirer, quod hęc Ariſtoteles impia maximis in ſtudijs probentur, & doƈtiores magnorum Collegiorum hiſce nugis ſtent, & alia contraria non ſtatuant, vt iidem Franc. Patritius Summo Pontifici Gregorio xiiij. Futuriſque Romanis Pontt. Maxx. commendauit, ſua in Philoſophia eidem S. P. Maximo ſacrata, vt nunc tandem Vrbaniſſimo Vrbano viij. maximo Sanƈtiſſimo,& Sapientiſſimo.

Propterea vnde hanc ineptam Cœli æternitatem deſſumpſerit eodem ex Patritio deſumemus, nõnullaque deſcribemus, vt illius, Ariſtotelis, inquam,impia mens hominem perdendi pateat. Quando nõ ex alicuius Celebris ſeƈtę, autoreue, Zoroaſtro,Triſmegiſto,Orpheo,Pytagora, Hippocrate, Democrito, Platone,&c. Sed ex plebe Philoſopho, oculatiſsimo, oculoue perſpicaciſsimo;ſed ex Ocello, è plebe,inquam, Philoſopho. Quando inquit Patritius Diſcuſſ. Peripatet.pag.400.

„ Eſt in Gręcorum hiſtorijs, Prometheũ Iapeti filium primum omnium phyſiologiæ operam dediſſe? fratreſque eius, Atlantem Aſtrologię, Epimetheum muſicę ſtuduiſſe.

„ Floruerunt hi omnes ante Moſen natum annos circiter 47. ante Ariſtotelem M C C L I I I I. ante vero Chriſtum MDCXXXV. Atlantis pronepos fuit Linus Chalcidęus,mundi genituram cecinit poemate, cuius initium fuit; fuit quandoque tempus quoddam,in quo ſimul omnia nata ſunt. Et poemate Solis, ſyderumque motus, necnon animalium, ſtirpiumque naturam complexus eſt. Ex lino natus eſt

Pic-

Pierius. ex hoc Ocager. Ex quo Orpheus Lebethrius omnium Græcorum longè ſapientiſſimus. Quem omnis Græcia ſuſpexit, Pythagoras, Plato, Pythagoreorum, Platonicorumque ſchola omnis, & admirata magnopere, & ſequuta eſt: is Mundũ à tribus Dijs fabrefactum myſtico, & maximè admirabili poemate decantauit. Orphei huius, ſeu filius, ſeu certè auditor Muſæus, Theogoniam Deorum genitarum conſcripſit. Fecit idem Heſiodus decimus de Orphei pronepotibus. Homerus quoque eadem de ſtirpe, ab Orpheo eodem ſimiliter decimus, Heſiodique tertio gradu conſobrinus, mundũ, mundanoſque Deos genitos multis locis atteſtatus eſt. Atque ita apud Græcos pluſquam MCC. annis in Atlantidarum progenie, dogma hoc, Mundum eſſe genitum perdurauit. Eamdem ſententiam Thales Mileſius, CLX. annis poſt Homerum, Heſiodumque ſequutus eſt. Iiſdem temporibus Pherecydes Syrius, Epimenedes Cretenſis, Ariſteas Proconneſius, Eugamnon Cyrenæus, Abaris Scytha, Antimachus Heliopolita, alij Theogoniam, alij Coſmopœiam ſcripſerunt. quod etiam fecit Palęphatus Athenienſis, ac Orpheus alter Crotoniata Piſiſtrati familiaris Mundum genitum vel cecinerunt, vel verſibus ſunt atteſtati. Quod etiam aſſeruit Heraclitus Epheſius, & paucis poſt eum annis, Xenophones, Meliſſes, & Parmenides, & Anaxagoras, & iuniores Leucippus, & Democritus, & de Italica Schola princeps ille Pytagoras, hanc opinionem hauſit à præceptoribus Pherecyde, Aglaophemo, à Sacerdotibus Ægyptijs, à Chaldæis Magis, atque in Græciam magnam attulit, quem eius auditores ſequuti ſunt, Empedocles, Archytas, Timæus, Philolaus, Archenatus, Brotinus, alij ferè omnes, præter vnum Ocellum Lucanum. Is non præceptoris, ſed propriam ſententiam amplexus, primus omnium, vt videtur mundanæ æternitatis aſſertor fuit. A quo quidem vt alia multa, quæ alibi ſunt à nobis oſtenſa, Ariſtoteles & opinionem hanc, & argumenta exſcripſit. Non ea quidem omnia, ſed de illis Ocelli argumentis, tria, vel quatuor forte debiliora ſelegit. Ea ſunt à cœli figura, à motu circulari, à tempore. Hæc res Senatus Plebiſque Peripateticæ ſtomacos fortè mouebit: ſummum vt cõtendunt, Philoſophorum Principem, ab homuncione hoc, cuius vix nomen auditum tantæ opinionis & principia & firmamenta, exſcripſiſſe afferi à quoquam. Sed id Veritas ipſa clamat, & nos palàm faciemus. eaque argumenta, & quæcunque Ariſtoteles alia adinuenit diſcutiemus. nulla ambitione, nullo contentionis ſtudio, ſed veritatis amore, quæ nos eò deduxit, vt in re omnium philoſophicarum rerum maxima. nos ipſi primò fallacia ſophiſmata agnoſceremus. dein toti rectè philoſophantium orbi patefaceremus, quo agnoſceretur tandem qualibus dogmatis fides adeò magna multis iam ſeçulis adhibeatur, &c. Reliqua, & plurima vide apud ipſum doctiſſimum virum. Nos ſecus, & gradatim aſſumpta ventillabimus.

Ariſt.

Interim conſtat, quòd ante Ariſtotelem MCC. annis circiter Mundum conditum eſſe, ac ab omnibus Doctiſsimis Sectis id receptum fuiſſe, præterquam ab Ocello Lucano, non ex ſecta, neque à Pytagora, & hunc vnum ex plebe Philoſophum (Patritius inquit) ſequutus eſt Ariſtoteles, vt in alia omnia à Sapientibus (contra quàm à rei natura & ratione fuit, & eſt) iret.

Quod præterea ex iunioribus alijs ſapientioribus habemus. Quando inquit Plato in Timæo mundi origo, Dei bonitas fuit. Et quamplurima alia. Vide in 2. parte de ſubtilitate in Ariſtotelis vita à nobis deſcripta pag. 235. & ſequent. pulcherr. ad rem præſentem.

Sic Philo Hebræus, quòd Deus ſit immut. Mundi creationis cauſa eſt antiquiſſima omnium gratiarum Dei Bonitas. Et Zoroaſtes (inquit Marſilius Ficinus in Platonis conuiu. or. 2. c. 4.) Mundi Principes tres poſuit trium ordinum Dominos, Oromaſin, Mithrin, Arimanin. Hos Plato Deum, Mentem, Animam nuncupat, tres in diuinis ordines poſuit. Ideas, rationes, ſemina. Ideæ circa primum, ideſt Deum, quia à Deo menti tributæ ſunt, &

in

in eumdem mentem, cui ſunt datæ reducunt. Secunda circa id eſt rationes circa mentem, quia per mentem in animã tranſeunt,& in mentem animam dirigunt. Tertia circa tertia,id eſt ſemina rerum circa animam, nam per animam tranſeunt in naturam, id eſt in aliam generandi potentiã, rurſus naturam animæ copulant. Et præterea iſdem Marſilius Ficinus in Platonis Timæo, inquit mundi triplicem cauſam perſcrutatur, Efficientem, id eſt Diuinam mentem: Exemplarem, ideſt idearum ſeriem in diuina mente conceptam, & finalem, id eſt bonum.

Carpent. opt. Propterea rectè dicebat Iacobus Carpentarius in Alcin.c.8. Mundus etſi apud Platonicos, originem habuerit, tamen exemplum fuit æternum (Nota) quod rectè; ſicuti peſſimè Ariſtoteles vna cum Ocello in hominis perniciem ſuo cum Oraculo mundum Deo coæternum voluit, cõtra quàm antiquiores omnes, & illo Sapientiores præceptores dixerunt,& ſcripſerunt, & poſt ipſum doctiores habiti recentiores ſubſcripſerunt. hinc Plotinus.

Plot. opt. Plotinus en.3.lib.8.cap.10. inquit,cœlum qui diligentius ſuſpicit, ſtellarumque ſplendorem impenſius contuetur,protinus Autorem Mundi cogitat, & perquiret: ſic & qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur effectum eius diligenter inquirit, quis nam ille ſit, qui mundum talem intelligibilem genuit, vel vbi, vel quomodo talem genuit filium,intellectum, puerum purum,formoſum,filium inquam, à patre primum. Iam verò Pater ille ſummus, neque intellectus eſt, neque filius, aut puer, ſed intellectui, pueroque ſuperior; nam poſt ipſum intellectus & puer alimonia, & intelligentia, qui & proximus eſt ei,quod nulla re indiget,nec intelligentia eget: Plenitudinem verò & intelligentiam veram filius habet: quoniam habet primo:quod verò ſuperius eſt,nec indiget, nec habet alioquin ipſum non eſſet bonum.

Leo Hebræus opt. Et(noſtros vt mittamus) Leo Hebræus de Amore Dialog. 3. Mundus ex Dei Opt. Max. quaſi partes, & fœtus quidam exiſtit. Et vt caput hoc ſapienter cum Marſilio Ficino Signemus in Epiſtol. libro 2. *Notandum.* Cœlum non panditur niſi mentibus ipſum fide quærentibus (Nota) ſpe petentibus,charitate pulſantibus. Et cum Philone Hebræo de mundi Opificio, Cœlum primò factum eſſe cõſentaneum eſt, quum ſit perfectiſſimum, & e puriſſima eſſentia, & Deorum non apparentium, nec ſenſui patentium deſtinatum domicilium.

Quum itaque Cœlum creatum ſit, vt non ſolùm Fides ſuadet,& nos Chriſtiani certò ſcimus, ſed etiam antiquiſſima Sapientum autoritas fidem facit: Sapientiores neoterici teſtantur, & Sanctæ Eccleſiæ potiſsimum Celeberrimi Doctores Sanctus Ambroſius, Sanctus Auguſtinus, & ſcribentes Sancti Doctores omnes, quemadmodum & Antiquæ Legis Scriptores, & Prophetæ teſtificantur, atque à rei natura colligi etiam poteſt,& gradatim conſtringemus, vt nihilominus ſtultiſsima Ocelli, & Ariſtotelis ſententia omnimodè pateat, & hominum ex illis pernicies de medio tollatur, veritaſque dilucidior emergat ex eiſdem antiquis vlteriùs expreſſa, poſtquam in ipſis receptis nugis vagantur,nec reſcipiſcere videantur, & valeant. Triſmegiſtum in medium afferemus, vt de medio huiuſmodi peſtem tollamus,trina autoritate, atque ratione & ſapientia. *Triſmegiſtum.*

Primum illius Pimander,cap.4. ſic ſanctè docet, (vt ſupradiximus, „ Mundum vniuerſum verbo,non manibus fabricatus eſt Opifex(quod Dauid Pſalm.148. „ Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit „ & creata ſunt. Pſ.95.] Et cap.8. inquit. „ Deus omnium primus Autor immortalis,&c. Secundus ad illius imaginem mundus ab eo genitus. Huius Termaximi Aſclepius ſic protulit, cap. 45. „ Cœlum & Cœleſtes delectantur hominum admirationibus,(nota athæe) adorationibus, laudibus obſequijs,& ideo muſarum chorus à ſumma Diuinitate dimiſſus eſt, ne mũdus incultiorum videretur.

Hunc Mercurium Termaximum appel-

Digitized by Google

Mundum, Cælum creata fuiſſe, Antiquorum præter decreta, oſtenditur,

Par & Sanius Iudicium. Cap. V.

SI Mundus æternus: ergo & motus æternus. ergo generatio æterna. Demus autem Petrum ab æterno generaſſe Paulum, ſequeretur aliquid æternum, & non æternum. Æternum, quia Paulus ab æterno genitus: non æternum, quia Paulus ante ſe Petrum habet tamquam ſui cauſam, quod repugnans & impoſſibile.

Item ſi Mundus æternus omnis tolleretur generatio: patet, quia ſi æternus & ingenitus; ergo non ſolùm materia, ſed etiam forma eſt ingenita: vel ergo formæ, quæ de facto ſunt hominum, leonum plantarum, eiuſdem cum illis naturæ ſunt, vel diuerſę: ſi priùs: ergo ingenerabiles; ſi poſteriùs; ergo alius mundus extitit; & aliud eſt, quo quid magis ridiculum?

Præterea mundum caſu factum quis diceret, maximè ſimul impium, & ridiculum Sapientiſſima diuina de fabrica. Quam ob rem ſi mundus æternus, & homines conſequenter ab æterno, quærimus quid centum abhinc millibus annis; quinquaginta ab hinc annis millibus; decem ab hinc millibus annis egerunt; quæ eorum opera extabant, vbi fuerint, quæ memoria: vbi habitabant, quas partes incolebant: quibus veſcebantur; quibus, & quo modo induebantur; quamdiu vitam viuebant; quas artes exercebant. Quæ regna, quas Regiones, Ciuitates, domus, caſaſue habitabant; Quibus moribus, doctrinis, ſcientijs, opinionibus, linguis, idiomatibusque vtebantur, & huiuſmodi alia profitebantur? Et tamen de Arahamo certò ſcimus, quòd caſam capannam habitabat, etſi innumeris famulis vteretur; quia tunc non palatia, ſed Paſtores, vt Dauid &c.

Quò loci Domus?

Linguæ ſermones

Adde, quod ſi ab Heber abnepote Sem filij Noe in familia, lingua remanſit, quæ humano generi communis prius credita, priuſquam linguarum idiomatum diuerſitate gentes diuiſæ fuerint, Hebræa dicta eſt, & Hebræi ab æterno non fuerint, nec huiuſmodi meminerint, ſciuerintque, quid tum?

Rerum Inuentores.

Amplius inuenturam quarumcunque rerum inuentores habemus, vt nos alibi, & multi docent, quæ quum non prius extiterint, nec vllibi reperire fuerit eorum opera, & effectus, nullibi prius fuere homines. Vlteriùs, an tales vllis abſque effectibus, inquam, & ſine etiā opinionibus de Deo, Mundo, Cœlo extiterunt, vt nunc quot hominum ſectæ, tot ferè ſententiæ?

Soluta Voluntas.

Ad hæc homini ſoluta voluntas certò abre, ſi ſic natus; quoniam liberum arbitrium homini nec nocet quidem ignaro, ſapientem verò, vt non certò iuuat, ita maximè lędit. fruſtra & in caſſū igitur, quod erroneum, & impium eſt.

Ratiocinia.

Inſuper homo rationis particeps de Cœlis diſcurrens, de Deo excellenter ratiocinans, (contra quam Ariſtoteles) ſe ſe mortalem prorſus credet numquam, niſi ab Ariſtotele demonuiſue deluſus manuducatur, quia fruſtra, & repugnans.

Hominū infelicitas.

Vel niſi, quia Deus hæc inferiora non curat, quia non fecit, propterea nec nouit; ergo nec hominem bonum, nec malum animaduertit, curatque, quod impijſſimum. Et Sapientiores, ſenſus, & ratio dilucidiſſimè docent.

Secus homo eſſet beſtia, immo qualubet beſtia infelicior; quando ex diſcurſu, & ratione, moleſtijs, & ærumnis plenus, mortem, futuręque vitæ ſtatum timens, & horrens, niſi ſtultus, aut athæus cum Ariſtotele; quia eorum bruta expertia ſunt.

Quin ſupra ſi mundus æternus & ingenitus, infinitus eſt, & erit hominum numerus, & infinitum non poteſt pertranſiri, & conſequenter hominum infinitas, infinitus hominum numerus à cœlo capi nequit; quia locus finitus infinitum non capit, quod Ariſtotelis diabolicum eſt aſſumptum; quia contra Deum, aduerſus naturam, & prorſus irrationabile.

Vlteriùs quia Deus iniuſtiſſimus dici (etiam à Dęmone abſit) poſſet: quoniam ita impijſſimum Aritoſtelem, & cęteros

atheos Deus, & Natura ſuſtinerent, (non ſecus dico quin illis, & alijs impijs vim faceret, quod miraculis illos, & alios cogeret, quod fortaſſe illius iuſtitię nõ eſt) vt olim de Longino (alia imperſcrutabilia ſua pręter arcana ab homine imperceptibilia) alerent, tuerentur, fouerentque, necnon omnem noſtram pręter rationem pręmia tribuerent.

Amplius quia ſic pręſtaret Sardanapalicam vitam viuere, quam probi hominis vitam agere, quòd nefarium, & impium eſt dictu.

Demum quia ſic homini nec pręmium, nec pœna; & improbi feliciorem vitam agentes, in vitijs gauderent, in malis lętarentur, dominarentur, imperarent. Contra probi homines Deum venerantes, ſua ſponte pati, laboribus, & calamitatibus ſubijci, martyria quęrere, & amplecti, in anguſtijs ſemper, morteque & cruciatibus vexari, affici, deludi, cruciari, angi, & peſsimè ab impijs agi, atque perpetuò ſperni vllo abſque pręmio; niſi vt ceu inſipientes deludantur, deludentibus illis nullum ſupplicium, nulla pœna; nimis impia, & diabolica doctrina.

Sic Dei nulla probis iuſtitia, nullum præmium, nullum donum, nulla bonitas, nullus amor, nullum beneficium; Vt nimis dura lęx, ac diabolica ab Ariſtotele ex Dęmone diſcipulo magiſtroue, vt prius de Deo ſolo Bono dici, nec imaginari poſſit: Nec de probo homine quid miſerius imaginatione cõſequi queat. Vt è conuerſo nihil felicius impio athęo. Vt hac Ariſtotelica inquam peſtę peius mente concipi nequeat, quia iuſtitiam & ipſum Deum pellit, ac tollit.

Quid (ad quid aiunt) mundi perditio hæc, mundi pulcherrima fabrica ſine principio, & abſque fine?

Quod Cœlorum & ſtellarum motus, ſi mundus ingenitus, nihil conducit præterquam beſtijs?

Poſtremo de mirabili mundi fabrica Deus non laudandus, nec quin etiam (referre liceat, credere abſit, ac etiam athæum pudeat) de illius fine eſſet, quod propter beſtias, inquam, & caducos homines creaſſet, & impios ſeruaret, quæ impijſſima dictu hominibus ratione participibus. Propterea contrarium demonſtrantia, vera & germana fore certum erit, & ſubinde creata omnia, & ſeruata eſſe ob Hominem Mundi principem, & cœli hæredem. Cetera Ariſtotelis, & ſequacium vanitas vanitatum, & ſummè diabolica.

Immo Sapienti, probo, ſancto omnia mala fortaſſe in hac vita contingent, quia magna in Cœlis præmia in promptu ſunt: improbo athæo hic omnia bona vſu forſam venient: quoniam Deus hoſce impios, & vitioſos non curat, punitque hic, & nunc ſæpè ſæpius: quia amodò receperunt mercedem ſuam, vt beſtiæ, ſicuti ait.

Vt tandem homo probus non ſolùm vultus ſui ſudore viuat, ſed quo magis ſapiens moleſtijs refertior, ſui ipſius, & ſuorum, ac pro Deo anguſtijs plenior, & quandoque repletiſſimus eſt, & huic nulla recognitio? & ita qui ſeminat in lacrymis, in exultatione non meteret. Quam ob rem ſtultiſſima ſententia ſuis impijſsimis cum athæis, & ſimul beſtijs.

Proh maximum Ariſtotelis, atque athæorum, & ſimul dęmonis flagitium? quo maius, & peius homini cum dulcedine miſtum à ſtultis, & nefarijs excogitari non potuit.

Nec Mundus nec eius partes animata ſunt vlla.

Par & Sanius Iudicium. Cap. VI.

MVndum vtpote præſtantiſsimum eſt, perfectiſsimum omnium corporum vita, cognitione, motuque præditum fore quamplurimi voluere, & potiſſimum ac omnium fortaſſe poſtremus, doctiſsimus Franciſcus Patritius, quem hac in re ſummopere admiratus ſum, non ſolùm, quia vt diximus doctiſſimus; Verum etiam quia præcipuè vnus, ſolus,

Digitized by Google

ſolus, & verus Ariſtoteli maſtix, ob idque potiſſimum omni laude digniſſimus, proindeque ab omni verè Chriſtiano extollendus vtpote veritatis alumnus: & ſubinde vt talis, Summis Pontificibus & Eminentiſſimis Cardinalibus ex corde, & ſincerè quid ſenſerit, & iudicarit de Ariſtotelis Philoſophia ſuis in Peripateticis diſcuſſionibus, atque in ſua potiſſimum philoſophia, & dixit, & epiſtolas miſit.

In hoc tamen de mundi animatione tractatu, nobis non probatur, parcant eius manes, tametſi doctiſſimus, & cum doctiſſimis Sapientibus antiquis Ægypriis, Caldęis, & Græcis ſit, & exiſtimet, vti hoc in ſuo Pamphychiæ lib. 4. refert, & docere nititur, quum inquit, de Schola Ionica omnes fortè ſic ſentiunt, Thales, Heraclitus, Anaxagoras: & de Italica Pythagoras, eiuſque cuncti ſutatores Parmenides, Zeno, Empadocles, Plato denique cum ſuis omnibus. Et Stoici forſam vniuerſi inquit.

Contrariam hiſce, addit, viam ingreſſus eſt Leucippus, & eius auditor Democritus, atque Epicurus.

Ariſt. re cant. Poſt hoſce Ariſtoteles dum Platoni amicus eſſet, & ex eius ore excepit, Mundum hunc animal eſſe, & animo rationali præditum (hoſtis eidem poſt factus à Platone, ac à ſeipſo diſceſſit) in ſua myſtica philoſophia litteris ſæpe mandauit. (quæ in fonte eadem videre, atque exſcribere nobis placuit, & ſunt) vti lib. 1. cap. 5. pag. 4. „ Plato præterea addidit, quòd hic etiam mundus eſt ſubſtantia honorabilis: Quare anima in eo exiſtit Dei iuſſu alligato intellectu, quemadmodum ſuperiori ſemper cohabito. Non enim conuenit, quod hic mundus tam magnus & perfectè compoſitus intellectu careat. Impoſſibile eſt autem hunc mundum conſequi intellectum, niſi animam præhabeat. Propterea ſublimis Creator Animam illi connexuit. Rationalique animæ implicuit ſpecies alias. Siquidem operationes animæ nequaquam videntur indiſſenſibiles. Quarum enimuerò in plantis ſunt paucæ: in brutis plures, & in homine plurimæ; vt iſte mundus ſit perfectus, quamuis non æque vt ſuperius, quia eſt effectus ab eo. Et paulo poſt, itidem capit. 6. inquit.

Item quod anima rationalis format primam materiam propter vim immiſſam ab intellectu mirabili; & intellectus agens adiuuat animam ad formandam primam materiam per virtutem Entis primi, quod eſt principium omnium trium entium, ſcilicet intellectus, animæ, & naturæ. Qui Deus inſpirat intellectui vitam primò, deinde animæ, poſtea naturæ: & facit intellectum, & animam, & naturam principia aliorum. Et in eadem Theologia Ægyptia, ſeu miſticha philoſoph. libro 7. capit. 4. „

Mundus ſenſibilis, inquit, eſt intellectualis imago, quæ intellectuales ſunt res abſconditæ, quia ſunt productæ ab eſſentia prima, ſenſibiles verò ſunt entia alterabilia earum ſimulacra. „

Suæ deinde opinioni conſulens Patritius, ipſam firmare ac ſtabilire antiquorum autoritate nititur ibidem pagin. 55. Pampſychiæ ex præſtantiſſimis nimirum Sapientibus, & vetuſtiſſimis Oraculis, necnon Zoroaſtri, Hermetis, & Græcorum Orphei, Pythagoræ, Pythagoreorum, Platonis vetuſtiſſimo dogmate mundum animatum eſſe; quemadmodum & Thales & Heraclitus, & Democritus, atque Stoicorum vniuerſa ſecta docuerunt.

Inter hos (inquit Patritius) duo quaſi ridiculi Philoſophi Leucippus, & Epicurus (ternarium nos numerum conſtituemus, & perficiemus) mundū omnino animo carere aſſeruerunt, eumque veluti cadauer effecerunt. Inter quos media via ingreſſus eſt Ariſtoteles. Mundum, quæ ei perfectiſſimus rerum omnium viſus eſt, monſtrum fecit, dimidia parte animatum, dimidia inanimem, At prior illa ſententia ſapientiſſimorum præſtantior hiſce duobus (tribuſue nobis additis) tanto eſt, quanto animarum præſtantius eſt inanimi, & animal perfectum præſtantius eſt inanimi, & animal perfectum præſtantius eſt vel monſtro, vel cadauere.

Digitized by Google

At ne monſtrum cum Peripato faciamus mundum (Patritius inquit cum Ariſtotelem & ipſo ſaniore doctrina cum Platone, ſeniotibus cunctis, & Græcis, & Ægiptijs, & Chaldæis, mundum totum anima præditum eſſe affirmamus, & proinde non ſolum cœlos, parteſque eorum ſingulas, à totis ſuis non auulſas animatas eſſe, quemadmodum ſunt animalia, & plantæ nimirum viuere, nutriri, ſentire, moueri.

Fateor profectò, quod hæc Patritij ſententia plurimum antiquorum autoritate pollet, autoritati, inquam, ſtantibus; At ſenſui & rationi credentes, vt nos, ijs non aquieſcimus. Non enim me fugit, quin eorum ex ſententia illud affirmarit: nec me præterit, quin illud & ipſi dixerint, crediderintque: quemadmodum non me latet, quin perperam ipſi priores, Patritius poſterior oſtendere, & probare voluerint. Sat ſcio, quod ijdem Ariſtotele antiquiores, & ſapientiores ad Auerrois tempus vſque ab omnibus habiti ſint, & re vera fuerint, aliàs vt oſtendimus.

Nunc modò adnotauimus ex eorum ſtudio, ac lectione, quòd mundus formatus ſit ex quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra; vtque mundus vnus, vna anima, Deus vnus. Mercur. Triſmeg. Aſclepius c. 1. quod & Luc. Apul. ad verbum affert. Vt alibi, Deus primus omnium autor immortalis, ſempiternus, ingenitus. Secundus ad illius imaginem mundus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, viuens ſemper, & immortalis. Mercur. Triſmegiſt. Pimander, cap. 8.

Mundus ex vniuerſa materia à Deo conſtitutus eſt, vt vnus omnia colligeretur, vnicè factus, perfectus, animatus, & ratione præditus, vtpotè melior, quam innanimatum, & ratione exors, pilæ figura rotundus alijs figuris perfectior, &c. Timæus Locrus de mundi anima.

Mundus totus eſt animal vnum ratione muſica ſaltans: & ſaltando conſequenter vna ſecum omnia varians. Plotin. En. 4. lib. 4. c. 33.

Priuſquam tamen ſuam ſententiam probet, Peripati obiectioni occurrit, Videlicet, Anima (Ariſtotelis definitio) eſt actus corporis phyſici organici potentia vitam habentis. *Patritij argum.*

Primum probare nititur, talem definitionem diminutam eſſe, quod non competat niſi plantis, vt inibi videre eſt. p. 55. col. 4. Secundo autoritate Ariſtotelis, necnon eiuſdem coryphæorum, cœlum, & aſtra animata eſſe, & tamen inſtrumentis carere omnium cōſenſu: quam ob rem ſi in ſphæris, & mundo inſtrumenta non ſunt neceſſaria: ergo nec in elementis ad hoc vt viuant. Tertio addit, quòd neſciunt elementa organis carere: quoniam non omnia viuentia, ventres, corda, iocinora habent, quia ſua cuique ſunt proportionata. Quarto & plantæ his carent, & tamen viuunt abſque his, aut ſimilibus inſtrumentis: quoniam omne eorum genus ſuis formis, ſuis actionibus, ſuis viribus, ſuis eſſentijs ea proportionata habent. Quid ergo vetat, quod elementa etiam ſibi habeant viuendi inſtrumenta proportionata? quæ nos quidem non cernamus, nec cognoſcamus, ipſa tamen habeant ſi ad vitam ſunt neceſſaria? Aut ſi non neceſſaria non habeant, cur fruſtra à nobis exiguntur ex animi manca illius definitione? Sed illis potiora habemus. Quinto, Mundus corporum omnium eſt perfectiſſimum: Ergo & formicarum, & blactarum corporibus eſt perfectius, & aliarum iſtiuſmodi ſine numero mundi quiſquiliarum, quæ animatæ ſunt, & animo ſibi proprio quæque viuunt: non ergo animo carebit, & cadauer erit. Sexto elementa mole ſua, perfectione ſua mundi molem replentia, & perfectionem adimplentia, an ſuis animis carebunt? Septimo Theophraſtus inquit, ſine animo nullum corpus eſt prætioſum, aut honorabile. Et Alexander præſtantius eſſe animatum corpus corpore inanimi ait. Si elementa carent anima nullius pretij præſtantiæ fuerint, Et mundi corpus totum parte altera perfectum, parte viuens, parte emortuum, atque ita monſtrum

Margin: 1. 2. 3. 4. *Plantæ ſuis nō carēt inſtrumentis.* 5. 6. 7.

Digitized by Google

ſtrum euadet. Elementa igitur ipſa quoque ſeu organica, ſiue inorganica, & viuunt, &
8. ſunt animo ſuo ſingula prædita. Octauo.
Ad hæc ſi blattæ illæ, ſi reliquæ quiſquiliç,
Zoophyt. ſi plãtæ, ſi Zoophyta à mũdo & eſſe, & vitam obtinẽt: & nemo det, quod non habet, Cur mundus animam det, quam prius non habet ipſe? Cur terra præbeat id, quo caret ipſa? Cur aqua, cur aer vitam alijs indant, ipſa neguaquam eam poſſideant? Si reſpondere contra (Patritij ad verbum deſcribimus omnia, omnia vt illius pateant) nihil veri queãt, rationibuſque his cedũt? dubitent attamen, an vnus ſit tantum mundi animus, & an per partes ſingulas principes, ſinguli ſint animi regent. Reſpondebimus cum Hermete, cum ratione vnius mundi, vnum eſſe animum. Partes quoque eius principes proprios ſibi habere animos affirmare nõ dubitabimus ab illo vno veluti auulſus, alioſque ab his minus principales, & ab his alios vſque ad minimos, quod exemplis confirmabimus. Nam in animantibus, in ſtirpibus animalia alia innaſcuntur quędam animis proprijs prædita, vermes ſcilicet, muſcæ, inſecta nõ vnius generis in boue, in equo vermes innaſcuntur ſæpe. Dum in eo viuunt, bouis, equi animo viuere dici poſſe videntur; ſed inde excreti, viuere aliquandiu extra etiam conſpiciuntur, non ſanè amplius bouis animo, à quo ſunt longè poſita; ſed proprio. Quid ergo ſi exemplis huiuſmodi innumeris experiẽtia docet, poſſe animum, vt ita dicam minorem in maiore animo bouis generari, & viuere, nonne etiam ratio ex his experimentis ducta formari poteſt ſimillima in mundo animato ſuo proprio animo, partes eius ſingulas ſingulis ſuis animis eſſe animatas. Sus vna ſæpè decem, ſępe plures in ſe generat ſuillos. Dum à conceptu illi paulatim efformantur, ſicuti alimẽto matris, aluntur, augeſcunt, & membrorum figuras, ſenſum aquirunt, animo matris viuere videntur quoque: Sed membris iam figuratis, proprio quiſque animo iam viuit, quod partus indicat. Venit tamen ab initio ab vno matris animo, vnuſquiſque.

Quid verò illa, quam Zoroaſter, ſuique fontanam animam vocauere, eadem ne eſt cum hac mundana? An forte hæc ab illa eſt diuerſa? ſanè quæ retulimus oracula.

Quod anima ignis, potentia patris „
exiſtens lucidus,

Immortaliſque manet, & vitæ domi- „
na eſt.

Et tenet mundi multas plenitudines „
ſinuum.

De mundana videntur eſſe pronuntiata, quoniam eius ſinus multos dicitur replere. De fontana vero dicantur alias illa.

Poſt vero paternas cogitationes anima „
ego habito. Calida animans cuncta.

Conceptus paterni Zoroaſtro ſunt ideę. quæ cum ſint in paterno profundo, anima ſtatim poſt ideas ibi habitat, hoc eſt, animæ idea, eſſentia, vitaque & mens ipſius animæ. Atque ita videtur hæc anima, non mundana, ſed ſupramundana eſſe. diciturque animare, non mundum, ſed vniuerſa. ea nimirum etiam quæ ſupra hunc corporeum mundum ſunt. qui creditus eſt terram in ſui medio poſitam circumquaque, ſumma ſui octaui cœli ſuperficie ambire. Sed ſupra hunc alia cognouit eſſe Zoroaſter, nimirũ lumen & ignem, quæ etiam à fontana anima animarentur, ſimul cum alijs. Canit enim de ea.

Abunde animans, lumen, ignem, æthera, mundos.

Satis hic eſto, differentiam oſtendiſſe, „
mundani, atque fontani animi. Si quis autem aiat. Mundus non ne eſt corporum omnium perfectiſſimum? hoc nemo inficiatur. Nonne etiam corpus perfectiſſimum eſt in ſe, & ſibi ſufficiens, cum nullo egeat aliunde corpore? omnia concedimus. præterquam, quod etiã m ſi nullo eget corpore, ideo nulla re alia indigere. Eſſe namque, & ſeruari, & in conſeruatione perſeuerare, ſui ipſius natura, minimè poteſt. Demonſtratum enim iam antea eſt in Panarchia, corpus nullum, corpus mundanum ipſum, agendi vires nullas, patiendi tantum habere vires. Per quas continuè diuidi ad minima vſque poſſit. Non ergo vti corpus eſt, ſibi ſufficit. Vt ſeruari ergo in ſua eſſentia poſſet, ſuperiore ac potentiore natura alia opus habuit. Incorporea nimirum, quæ tamen

in

Digitized by Google

in ipſum nō dedignaretur penetrare.ipſique per ſingulas partes,& principes, & minus principes,& minutas etiam particulas contineret, vniret, vinciret, omnium eſſet vinculū indiſſolubile.Corpus namque omne,& mundanū etiam,ſui natura eſt diuiſibile,& partile,& partes habet à ſe inuicem ſolutiles,ſpartiles. Si ſingulę mundi partes ſpargerentur,nec mūdus totus, nec partes eius conſiſterent. Vt autē conſiſterent opus habuerunt,ſe ſe quæque in ſua eſſentia cōſeruare à ſparſilibus ſe ipſis,id conſequi nō potuerunt. A non ſparſili ergo alio id beneficium fuit adipiſcendum;A corpore ergo alio,nequaquam, niſi in infinitum abire voluit: Ab incorporeo igitur, quod tamen eſſet corpori accommodabile. Accommodatio hæc,vnio quædam eſt,incorporei cum corpore. Hanc autem eſſe, non aliam rem quam animū,eſt antea demonſtratum.Mundi ergo corpus,vt mundi corpus eſſe, & eſſe perſeueraret, animo opus habuit,qui ei iungeretur. Animus autem ipſo ſui eſſe, ſuaque præſentia, tria efficit, Animat,viuificat,mouet.Niſi enim adeſſet corpori, ipſum non animaret. Si non animaret, vitam ei non præberet. Si viuum ipſum non redderet,neutiquam moueret. Si non moueret, partes eius non vniret. Si non vniret, neque eas inſimul vinciret. Si nō vinciret, neque vinculū earum eſſet, Si vinculum earum non eſſet,Sympathiam inter ſe, mundi partes non haberent. Si ſympathiam non haberēt, inter ſe inuicem non paterentur. Si non paterentur, neque etiam in ſe inuicem agerēt.Si non agerent, nulla mundi pars generaretur,nulla corrūperetur. Nulla ergo eſſet rerum generatio, nulla corruptio;nulla etiam mutatio,nulla alteratio. Corpus tantū iners iaceret mundus, ac verè cadauer. Si animus eius cum totum non ita circumſpiraret, & inſpiraret,& introſpiraret, & proſperaret totum, ſingulas ſingulas eius partes magnas paruaſve vniuerſas,non aliter ac animus brutorum, eorum corpora, perſpirat omnia etiam minima,& ita ea & animat, & viuificat, & mouet,ipſo ſui eſſe,ac ſua præſentia:vt nulla ſui pars non animata, non viuens reperiatur.

Animus ergo mundanus, ita mundano corpori eſt connexus, vt mundum efficiat tam ornatum, vnde Coſmos meruerit appellari.

Prædictæ ſententiæ. Confutatio.

Si viuētium vita eſt eſſe, & huius,atque eorum cauſa,& principium eſt anima, (Ariſtot.2.de anima cap.2. text. 37.) & propriè huius inſito cum calido nutritiuę animæ manſio ſit in omnibus modis, & gradibus, Primi per hominis intellectum. Secūdi per perfectorum animalium ſenſum. Tertij motum & ſtatum localem imperfectorum animalium. Quarti per alimenti, augumenti, decrementi motum plantarū, & appetitus omnium, qui omnibus ſimpliciter neceſſarius eſt. Plantis, inquam, plantanimalibus, imperfectis animalibus, perfectis, atque demum homini. Et ſi nutritiuæ animæ innato cum calido abſoluta eſt neceſſitas ad vitam, quo modo in aqua inſitus calidus?ſed hoc nunc tranſeat. Igitur & alimentum abſolutè neceſſarium: Ergo & inſtrumenta,quibus trahatur, deferatur,conſequatur, retineatur,diſtribuatur, ſuperfluum & excrementum excernatur, ſimpliciter neceſſaria requiruntur; Vt radices plantis, quibus, corticibus ſcilicet, ac lignea radicis parte (alias enucleatiùs explicuimus) per eaſdem, & ſpongioſas partes, ab imis radicibus ad ſummas partes alimentum defertur: vnde incrementū, folia, flores, fructus, & ſemina producuntur.Sic plantanimalia imperfecta animantia, perfecta, atque homo ipſe, os, gulam, ventriculum,hepar,cor,adhæcque deferentia vaſa, aut quid horum loco conſequuntur,& quibus nutriuntur, augentur, conſeruantur,& multiplicantur.

Quæ ſi vera ſunt,vt perquā veriſſima,& certiſſima:quo modo mundus animal,animatusve? Si ex elementis ab inuicem diuiſis, & ſeparatis conſtat, quo nam pacto anima præditus?Et ſi hæc vt elementa homogenea ſimilaria ſunt corpora, non mixta, ſed omnium ſimpliciſſima, quo modo etherogenea? quî animata? Si quælubet pars plantæ, animaliſue alia eſt ab alijs plantæ, animaliſque, etiamſi omnes compoſitæ:quia ex elementis omnes; Vt plantæ, aliæ cortices, (vt diximus) aliæ ligneę,

ſpon-

ſpongioſæ,folia,flores,fructus,ſemina: Eo magis animalium. Atqui quælubet pars aeris eſt aer, quę vis ignis,ignis: aquę aqua: terrę terra. Dices non apparent inſtrumenta, non videntur, non tanguntur. Id proinde falſum: quoniam nihil eſt in intellectu: nihil ab ipſo materiale capitur,quin prius in ſenſu fuerit. Ampliùs dices,ex igne aer, ex aere aqua,ex qua terra,& è conuerſo. Eſto,ſed hoc eſſe animata,& inſtrumentis prædita non facit, redditque. Quoniam ignis non trahit aerem, aer non aquam, aqua non terram: ſed horum quodlubet deſtruit,& viciſſim pugnātia ſe ſe deſtruentia augentur per additionem, inquam, non inſtrumentis trahentibus,concoquentibus, digerentibus, diſtribuentibus; quia vt diximus corpora ſunt ſimplicia,ſimilaria, prima. Propterea trahere,in ſeſe recipere,retinere, concoquere, ac in ſeſe conuertere nequeunt, vt planta, animal: & proinde nec nutriri, viuere, & animata eſſe. Sed quia vt ignis cœleſtis, radij, noſtratis flamma aerem potiſſimum percurrunt extra ſuam propriam ſphæram debiles, atque ſubinde ab aeris humiditate, aquæ, & terræ frigiditate vincuntur (ignis cœleſtis inquam,radij) corrumpūtur, & aer primò,& immediatè,mox,& ſucceſſiuè in alia tranſeunt, & cetera elementa fiunt,& euadunt. Sicque vapores aerei, aquei, terręque exalationes ignis ſphærā, ætherem, Cœlum attingentes, in ignem tranſeunt,& conuertuntur. Et ita de ſingulis viciſſim fieri dicēdum. Quam ob rem nec viuere, animataue eſſe vllo modo aſſerendum eſt; vtpote ſenſui, rationi, intellectui,& fortaſſe creatori repugnantia. Quando vt optimè Plato in Timæo, (quicquid alibi dixerit) Mundum nec videre, nec audire, nec reſpirare,nec inſtrumentis prędītum fore opportuit, nec alimento egere: Quia ex Opifice melius fuit, quàm ſi alijs opus habuerit.

Obiectio.

Recipimus profectò Empyreum vnum continuum ſenſui & rationi ſtantes: quando elementa ſimul,& ſemel, ac ſemper miſta eſſe, itidem & perpetuò pugnantia. Aer ferè igneus, & hyppecauma prope ignem,ſic aeri aqua,&c. vt mundus continuus, & perpetuus, æternuſque ſit à parte poſt. At non viuens, & animatus. Quoniā ſic quælubet eius pars neceſſario, & re vera animata foret, & conſequenter abſque ſenſili contrarietate, pugna,atque cōtinuo interitu,quod repugnat, ſi Megeticis placet.

Amplius in terra: & terris,innumeris in locis copia & quantitas eſt argenti viui, chalybis,plumbi,æris, lytargiri, chalcanti, miſi,ſori,chalcitidis,Auri,argenti,ac ceterorum metallorum. Lapides innumeri,etiā prætioſi crediti,criſtallus, lapis lazal, adamas,ſmaradus,rubinus,iacintus, vnio,&c. Igitur iſtæc omnia compoſita ex elementis corpora pluribus animabus, elementorum ſcilicet, & compoſiti talis, prædita erunt: Ergo innumeræ horum ſimilarium compoſitorumque corporum animæ extabunt,ſed quibus inſtrumentis venis, arterijs neruis trahant, retineant,concoquunt, explodant, &c. Niſi dicas, viuere anima terræ, vt ſupra, & proinde vna totius anima, & ſic erunt terra: ſicque alterum ridiculum occurret,vt de vermibus in mortuo boue,equo, equi & bouis mortuorum animalibus viuentibus: Aſt innumera iſtæc ſunt à terra diuiſa. Dices vt ſupra,animata eſſe non à terra diuulſa. Igitur quum à terra ab hominibus diuelluntur, à fluminum e.g. aquis lapides ſeparantur infiniti, moriuntur. Iterum ſi terra obruantur, reuiuiſcunt. Belliſsima omnia profectò, Vel vna totius anima infinitarum rerum ſimpliciū, compoſitarumue rerum ab inuicem ſeparatarum, aut innumeræ animæ ſimul, & quandoque ſemel in animata matre terra, verè Chaos ex pulcherrima doctiſsimorum virorum opinione.

Item & ſimiliter eleuati aquei vapores vt ab inuicem diſtincti, & à matre aqua, nec aer, nec aqua ſunt. ergo tunc mortui; ſed qua morte, & à quo quatenus adhuc vapores; At vniti & facta, euaſa pluuia, iterumne animantur: quando eiuſdem eſt rationis hæc aqua cum tota aqua, etiam pluuiali, & ita reuiuiſcent. An ſic aurum, lapides,metalla defoſſa ſi fodiantur, renaſcuntur.

Illud demùm pro huius ſententiæ, & capi-

capitis coronide addamus. Quod animantibus, & animalibus creatis, dixit Deus creſcite, & multiplicamini, & quodque ſuum iuxta genus ſuam ſementem producat. Quam ob rem ſi Mundus, cœli, aſtra animata fuerint, & innumeri mundi, cœli, & aſtra eſſent, quod ridiculum.

Ad primum. Patritij argum. Patritij argumenta nihili facimus. Non primum, quoniam vt aliàs noſtro in primo de Subtilitate volumine docuimus, quod Anima eſt actus corporis organici, nō potentia, ſed actu vitam habentis, ſicuti de ſeminibus quoque probauimus inſtrumentis præditis: Quæ inſtrumenta etiam bruta, & homo potiora ad ſuas quaſque exercendas operationes omnes poſſident, & ijs quammaximè competunt. *Ad 2.* Ad ſecundum, Ariſtoteli, & ſuis coryphæis non aſſentimur: *Ad 3.* immo id omnimodè inficiamur. Ad tertium, id quoque falſum aſſerimus, quoniam niſi corde, hepata, ventres, &c. omnia habeant, habent tamen alia eorum loco, quibus alimentum recipere, & in ſe ſe conuertere valeant, ſi nutriri, & viuere debeãt: *Ad 4.* ſecus repugnans proponitur. Ad quartum etiam falſiſſimum: quando plantæ, radices inſtrumenta habeant, quibus à terra, & aqua hauriunt, & etiam extrinſecus per cortices, foliaque alimentum trahunt, & toti communicant, vt de caprificis aliàs docuimus, muris, arridiſque corporibus fixis à quibus nihil humidi alimenti trahere queunt, ſed pluuia, pruina, rore aluntur, & *Ad 5.* conſeruantur, Ad quintum dicimus mundum nō eſſe omnium pretioſiſſimum, quatenus ignis, aer, aqua, terra; ſed bene ex hiſce compoſita, quatenus animata, ijs, & mundo præſtantiora eſſe, vtpote facta ad animantium compoſitionem, non è cõtra. *Ad 6.* Et aurum, lapides prætioſi dicti, & habiti, vermibus ſunt ignobiliora, vitæ, & animæ ratione, &c. Elementorum perfectio, & mundi repletio eorundem animationem, non indicant, præſeferuntque multis dictis de cauſis, quemadmodum etiam ex *Ad 7.* Theophraſti ſententia inſequenti argomēto conſtat. Theophraſto concedimus, elementa non eſſe honorabilia nec prætioſa, animati corporis reſpectu: quoniam hac ſub ratione certò nobilius, & præſtantius quodlubet viuens, & animatum non viuente, & inanimi. *Ad 8.* Ad Octauum facile eſt reſpondere: quando mundus non dat animam, quà animatus, vt neque ignis, aer, aqua, terra. Sed bene neceſſario ortus ſi fieri debeat, miſtum euadat oportet, & proinde ex elementis igne, aëre, aqua, & terra conſtet. Vnde hinc generatio ex putri viliorum animalium, ranæ, muris, pyrauſtæ, cicadæ, quiſquiliarum: Quæ non ab aere, aqua, terra animam recipiunt, niſi quatenus ex ipſis matericbus componuntur; & conſtant, recipere queunt. Ab igne profectò progignuntur, à Sole, inquam, non quia Sol animatus ſit, & quà animatus ranas, pyrauſtas, muſcas, locuſtas, & vno vt verbo dicam inſecta generet, axioma iuxta illud, nemo dat, quod non habet: quando Sol haſce viles non habeat animas nec vllam; Et me iudice Solem, Cœlumue in ſe continere omnes innumeras putridas formas, vt de boue, & in boue, atque equo vermes, vt Patritius, inquit, fatuum dictu eſſet, Sed vt dicitur Sol & homo hominem generant, Sol conſeruando, non progignendo: Homo propriè, verè, & per ſe generando per propagationem, ſemine ſcilicet, vt perfecta animalia omnia (exceptis inquam, putrida ex materia ortis) procreant. Cetera verò Sol ſuo calore cœnoſam materiam diſponēdo, ac pro illius diſpoſitione, ac mole, ſeu materiæ quantitate diſpoſitæ inſito præſtito calido, hæc, vel illa educitur anima, putrida, inquã, ex materia. Et ita minimè opus eſſe, aerem, aquam, terram, ignemue, ſeu Solem, Cœlum, & aſtra animata eſſe, ſi rationi magis credimus, quàm Antiquorum nugis, parcant alioquin doctiſſimorum in reliquis multis, manes. Quemadmodum quod vermes, & inſecta ex putri orta in equo, in boue mortuis, & putridis, ex bouis, & equi anima vitam degant ab huiuſmodi Philoſopho proponi maximopere admiramur propter quid, & cauſam ſcientes. Quoniam hæc putri ex materia orta in boue, & equo mortuis, in ijſdem materiam tantummodo recipiant, & eam putrem quidem: ex qua putridæ materiæ diſpoſitione inſecta naſcuntur medio Solis calore diſponente, & pro va-

rijs

rijs cuiuſcumque materię diſpoſitionibus, vt diximus, inſectorum formæ educuntur omnes. Non quod elementa animata ſint, inquam, quòd nobis ridiculum: quando nec ſenſus id percipere & ſentire, nec intellectus penetrare, capere valeat. Nec elementa creſcere ſuam per ſementem poſſint Dei iuxta mandatum, creſcite, & multiplicamini; ſed tantummodo per additionem, & alterius corruptionem vacua replere; ſicuti per rarefactionem, & condenſationem creſcere, & decreſcere. ſunt enim alia numero forma materia ex putri, vermes, ab aquo ſeparati & mobiles ex putri orti materia, vt Solis.

Similiter, quod addit, fœtus in matris vtero creſcentes viuere matris anima, nobis vaniſſimum eſt: quando etiam ſemina animata, & animata viuere, augeri, nedum fœtus extantia; ſicuti aduerſus Ariſtotelem, & communem omnium opinionem & probauimus, & aduerſus ſciolos comprobauimus quoque, vt in prima, & ſecunda, ac tertia parte noſtrarum nobilium exercitationum de Subtilitate videre eſt.

Ad 9. Ad nonum ſiue Zoroaſter perſontanam animam, mundanam intelligat, ſiue non, ſiue aliud, noſtra parum intereſt: quoniam nec elementa, nec mundum proinde vna, pluribusue animabus prædita eſſe recipimus. *Ad 10.* Ad Zoroaſtri decimum, Oraculis nō ſtamus. De Zoroaſtris Ideis in Archetypo, Theologis (non friulis & vanis Ariſtotelis, de quibus Patririum conſules) relinquimus, ne Sancta Sanctorum intremus, tametſi rectè credere credamus, quod in Archetypo ſint mundus elementa, lapides, mortuorum oſſa, & qualia ſunt, hoc eſt, abſque anima, ſine vita, abſque inſtrumentis, ſineque nutritione, & ſimilibus, & conſequenter tot Patritij conſequentiæ in libri huius calce prorſus vanę, vtpote qui eas omnes protulit, vti nimis addictus Zoroaſtro, Megeti, Orphęo. Quibus & aliàs doctiſſimis Sapientibus (dent veniam) nos nō credimus, niſi cum ratione loquentibus, & ſacris libris conuenientibus. Vt qui pręcipuè imperante ſimul ſolo verbo (non vana & ficta ex materia prima) dixit, & facta ſunt. Et viuentibus creatis, creſcite, & multiplicamini, replete terram, & quodlubet ſuam ſementem producat, & factum eſt. Num modò mundus & elementa ſementem habeant, produxerint, atque deinceps mundos, & alia elementa produxerint, cuiuſque iudicium eſto? Tametſi.

Cælum quà Cælum nec motu, nec lumine inferiora calfacere oſtenditur.

Par & Sanius Iudicium. Cap. VII.

VNo poſito incōuenienti, plura ſequuntur, & paruus error in principio, maximus eſt in fine; vt nunc cum maximè à propoſito ſcopo, à certaque meta quàm longiſſimè, ac vt aiunt tota via aberrans in tenebris etiam feſtinans, vt præcipitem agat. Propterea haud mirum Mathematicos noſtrates terram moueri credere, ac conſulere: quia fortaſſe dicent, à re, in re nota vaniſſima de Cœlo ſumus, & perpetuò verſamur, vt Peripatetici, & communis opinio. Sed hiſce nouis miſſis nugis, infra luculentioribus de hiſce fortaſſe agemus.

Quo modo Cœlum motu calfacere queat, non eſt imaginatione aſſequi, quando aſperum non ſit corpus, vt aerem pellere, trahereue poſſit quoniam Cęlum ignis corpus eſt politū, ac lene, & aer ineptus eſt ad pulſum, tractūue, & pręcipuè ocyſſimū, cuius non primam, ſecundamue, tantum abeſt tertiam eius regionem, ac totum aerem frangat, nec per ipſum, illiuſue partem pertranſeat, vt illum calfacere, & viciſſim ille nos poſſit: Quando ſuper ipſum in gyrum ſemper moueatur: non ſecus ac nauis ſuper mare, etſi nauis vndas rumpat, frangatque, nequaquam totius maris aquas, quinimo nec ſubter minimam partem, ſed ſuperficie tenus, vt & minus Cœlum aerē: propterea quòd nec Cœlum æther durus, vt nauis, nec reſiſtens aer, vt aqua. Adde quòd ſereno Cœlo velociſſimè de more moto, aer tranquillus, & quietiſſimus ſemper viſitur, vt cuique notum eſt. Aer propè terram calidior interdiu ex Solis radijs, noctu frigidior eorum abſentia. In ſuperiori parte, non ſuprema, ſed media frigidior. Experimento ſenſui, & rationi ſunt anti-

pari-

pariſtis : vnde pluuiæ , nix , grando, quies arborum,plantarum,ramorum,frondium, vaporum , & athomorum corpuſculorum vndique ſolares verſus radios hunc aduerſus fictum motum .

Demum ex cadentibus ſuperioris aeris regionibus aquis , niuibus grandinibus rectà cadentibus , cuique patere poſsit, Cęlorum motus ſic ex Ariſtotelis communis opinionis inferna non calfacere, ſed aliter,& dilucidè oſtendetur .

Quo modo quæſumus cœli motus , nos & inferiora calfacient,ſi Cœli motus verè, inquam,Cœli,orbis,dico, motus ſi datur, & poſitus ,ad hæc inferiora non peruenit ? etiam ſi corpus durum, aſpetumque eſſet; quodque fieri nequit , vt quà motus inferiora mouere, & motu calfacere nequeat , Quis vnquam ab Oriente (hinc cęli motus principium communiter ſtatuunt) aerem in occidens,moueri vidit, tetigitue vnquā? etiamſi nec arbores , nec quin etiam frondes,ſed nec aranearum telas inibi in arboribus textus moueri videre poſsit vnquā . Immo ſlante Borea oppoſitum intuearis, & experiaris.Adde quòd cœlum motu potius refrigerat,ſeu vt magis propriè loquamur,minus calfacere patet,maxime (poſito Cęlum moueri) quum deſcendit, & Sol occidit: Atque etiam , dum Sol aliquantiſper aſcendit;ſicuti è conuerſo,quum recta linea , & perpendiculariter à noſtro Zenit nos ferit,maxime excalfacit:Et niſi quamcitiſsimè recideret noctis interuentu , magis calfaceret: immo combureret omnia . Vt pateat Solis motum,ſeu Cœli(poſitum inquam) non magni caloris (quà motus) cauſam eſſe;ſed contra ocyſsimo perpetuo motu Sol recedens , & verſans,res ipſas à magno æſtu tuetur . Bene contrarium experimur,videmus & tangimus nimirum pacato aere omnia quieſcere , arbores , ramos,frondes,& huiuſmodi alia: de quibus infra enucleatius : de Terræ motu inquam.

Cœlorum lumen,nec etiam eorundem ſyderum,quo nam pacto calfaciat, nec Ariſtoteles explicuit ſuo de more indifficilioribus, & ignotis. Nec Peripateticus vllus, nulluſque vnquam Philoſophus communi ex opinione expoſuit , declarauitue ; quoniam in Ariſtotelis via,& doctrina nec ſcitur,nec proinde ſciri poteſt . Ea propter Iacobus Zabarella in libro de Cœleſti calore , cap. 10. in calce ingenuè fatetur , ſe neſcire,quo modo lumen calfaciat,addendo quin etiam,quòd Ariſtoteles id ignorauerit tacitè confeſſus eſt .

Ceterùm quo nam pacto vos quæſumus,lumen corporis non calidi,Cœli, calfacere poterit ? An quo modo adamantis lumen calfaciet ? Et ſic ſi in cubiculo adamantibus pleno maneas , & moreris , dormiaſque vreberis . Dices , motu & lumine ſimul,quod eſto.An ſic & in cubiculo vermibus & cicindelis volantibus vna etiam cum adamantibus,vreris,frigeſceſue ? An riſum ſic, riſum dico, mouebunt , & ita motu calorem parient .

Dices , quòd æquiuocè, ſeu analogicè lumina ſunt, ſic tranſeat,quod fateor, & nobiſcum facit , quoniam non ſunt ignis , nec ignis partes, flos, radij, neque ſpecies, vt ignis lumen,radij,ſpiritus, e.g.in oculis cati,eleuri,Leonis, noctuæ, veſpertilionis, & ceterorum animalium noctu cibum venantium à ſpiritibus ignis eorum oculos conſtituentis germine pronaſcentibus virtutem indente, calfaciente,& conſeruante nunc ad rem ſpeculatione digno,quemadmodum & vobis aſtrorum lux,radij,lumē, calor , quæ ignis propria ſunt germina , ſicuti & ſenſata , vobis inſenſata (vt illa loquar) exquiſitioris ſenſus .

Quam obrem,vt clariùs narrem,quemadmodum aliàs expoſui. Nobis lumē propriè dictum , & à nobis acceptum , eſt ſpecies ignis ſpiritalior , lucis videlicet , & ſolarium radiorum , (de quibus nobis nunc ſeruo eſt , quod ſi de noſtratis ignis accipias, nihil refert) ſicuti de calore diximus; & ita totum per medium diffunditur,& ſic calefacit; quemadmodum odoris exemplo etiam explicuimus ſua cum ſubſtantia . Qui odor (vt lumen) totum per medium, puta cubiculi aerem diffunditur, recipitur, perſentitur , & ſpiritus inſtaurare dicitur ; Igitur vna cum ſubſtātia.Sed luminis ſpecies, quæ & ignis eſt tenuiſsima ſubtiliorque calorem deferens; propterea vt apprimè temperata parum calefacit , diſgregatque .

Digitized by Google

que. At Solaris radius craſſior ignis, ſeu ſolis, & lucis flos, lumine denſior, & vt tale, tale, inquam, corpus frangitur, reflectitur, ſpeculum (vt vitrum, ſicuti in Eccleſiarum coloratis vitris videre eſt, quos ſolares radij pertranſeuntes colores in è regione parietem transferunt) percutiens, ignemque in ſtuppam, in fomitem accendit, ſeu ſuam igneam introducit formam, atque ferrum, lapidemque calfacit, proinde magis, quam ſua, ſui ſpecies lumen.

Quocirca niſi Cœlum, ſydera, Sol ignis ſint reuera, mente concipi nequit, quo modo calfaciant, noſtram niſi ignorantiam tegere velimus, dum non intelligentes, alijs intelligere videamur, & velimus, vt olim Pytagorici, nunc, quia Ariſtoteles dixit, etſi perperàm, mendacijs aſſentiamur.

Quî bone Deus fieri poteſt, vt quum nemo det, quod non habet, quod non ignis, ignemue præ ſe ferat, nec ex igne ortum ducit, nec ex igne miſtum, nec quin etiam (omnibus poſitis & conceſſis) à re verè calida oriatur, calorem pariat?

Sin autem ex lumine, albo, lucido id corpore peruenit, quum niue omnia tecta, & operta ſunt, vt tunc noctu, & obſcuro cœlo, de die veluti homines vident, & proinde iter faciunt: igitur quum ex niue lumen, communem iuxta loquendi modum, & magnum adſit, nix hoſce calfaciet.

Quod ſi obiectione vrgeas, Si lumen eſt lucidi corporis ſpecies, quod ignis dictum eſt; quo modo in media, ac infra aeris regione nix, grando fiant? quando lumen quo magis Soli vicinum eo calidius erit, quemadmodum, & eo magis radij, ac proinde & conſequenter aer. An dicendum, quòd per antypariſtaſim id fieri iuxta communem loquendi modum? quum ſuperior aeris regio, cœlo (nobis) ob viciniam maximè calida, minus media interdiu, ac minus noctu: infera ſuperiori temperatior, inferiori, ideſt media calidior: quoniam præter radios, & luminis trãſitum excalfacientem, ampliuſque magis à terra ex radiorum inibi refractorum caleſcit, quam ob refractionem, & viciniam rei excalfactæ, terræ, inquam, calidior euadit, & ſic optimè antypariſtis fit in infima regione, quæ tunc media frigidior: quia terræ calore, & radiorum refractione deſtituitur. Hyeme verò aqua à media regione deſcendens, in infima nix euadit, gelatur, & tamen Cœlum, aſtra perpetuò mouentur, atque illuminant, ſed abſque radiorum refractione.

Nec probauerim, quod communiter aiunt, lumen eodem temporis puncto vniuerſum peragrare, eo quia quũ à lucido oriatur corpore, puta ſydere, inter quod & nos maximũ intercedat ſpatium, & innumera loca. Siquidem alius eſt locus propè Lunam, alij in ſuperiori, alij in media aeris regione, alij in poſtrema. Quæque regiones quum magnæ ſint omnes ſecundum ſui dimenſiones, innumeros quoque ibi re locos conſtituere erit.

Et quia lumen à lucido corpore egreditur, & deſcendit, ac ad nos e.g. peruenit, ideo vt prius ſit in inferioribus orbibus à Sole, & radijs, poſt in aeris partibus ſuperioribus, demum, nobiſcũ. Et quia ad nos maximum per ſpatium aſcendit, & deſcendit, maximus etiam intercedet motus, & contrarius: Atque vbi ſpatium, & motus eſt, ibi quoque tempus: Igitur non temporis momento fit, ſed tempore: quoniam & prius, & poſterius intercedunt, quemadmodum de paruo lumine, quod Oriente Sole apparet, pedetentimque ſe expandit, donec Solare corpus in apertum ſeſe promit iure noſtro. Tametſi hac de re vanæ, & caſſæ opiniones extiterint, & adhuc vigeant; Vt propterea antiqui corpus ſtatuerint, nec ab re, rectè ſi enucleatum fuiſſet. Quia verò malè intellectum, recentiores ſpeciem eſſe ſpiritalem abſque materia, & ſpiritale accidens temporis momento illuminare. Vnde tamquam veriſſimum, & maximè firmum recipiunt, & ſtatuunt, quod lumẽ accidens tẽporis puncto vniuerſum, dimidiamue partem ſimul peragrat, & ſic accidens vbique locorum exiſtet abſque ſubiecto, quod communibus, & certis Philoſophiæ principijs repugnat, vt non ſolùm ſomnia, eaque commenta, ſed quæ nec imaginatione quidem percipi queant.

Digitized by Google

Videtur nihilominus maximam ob illius ſubtilitatem, & ocyſſimum tranſitum illico apparere, quod in tonitruis dilucidè conſtare videtur. Siquidem fracti aeris, corruſcationẽ longè prius intuemur, quàm ſonum ex aeris fractione audiamus; ſed exemplo innoteſcat.

Sit denſa obſcura nubes nobis interdiu, tunc Solem non videbimus, nedum lumen, atque colores ipſos: Aſt lumen tunc temporis in ſuperiori aeris regione eſt, nubem ſiquidem radij tangunt, & percutiunt, quorum, & luminis ad nos acceſſum ipſa prohibet, & impedit. Sic ſi ſuperior huic alia fuerit, itidẽ & deſcenſus impediretur vtique, ita vt ſuperiorem illuminaret, inferiorem neutiquam. Patet igitur, quod quando in media eſt regione, aut infima, ad nos nondum peruenit; quare non eodem in inſtanti, nec eadem quinetiam in temporis parte alia & diuerſa loca, & corpora peragrare tametſi maximam ob ſui ſubtilitatem, & celerem ob acceſſum, id videatur, ſed partem poſt partem illuminat, & calefacit, non tamen quà ficti cœli lumen, ſed quà Cœli ignis; non quà æquiuocè, analogicèue lumen niuis, adamantis lapides, animaliumue, vermium, cicindelæ: Nec quà ignis remotiſſima ſpecies, ſeu pura ſpecies, & quum euaneſcit; ſed ignis lumen calfaciens, quatenus proximum, & donec fouetur, ac conſeruatur à ſua radice, à ſua ſubſtantia, à qua ortum ducit, atque perpetuò emergit; ſed in ſtatu, & certa diſtantia, extra quam minimè calfacit, calfacereue poteſt, quemadmodum fictum Cœlis lumen Ariſtotelis, & communiter ſequacium.

Declaro exemplo à natura rei opportuniſſimo & certiſsimo, iacto primùm axiomate, quo nihil vulgatum magis, magiſque in philoſophia notum, quàm, accidens abſque ſubiecto exiſtere non poſſe, & cuius eidem eſt inhærere.

Citra, poma matura, &c. vident plurimi, & omnes in cubiculo exiſtentes: quoniam eorum ſpecies viſiles aſpectus obiectum ſunt, (in viſionis tractatu oſtendimus (quemadmodum lux, à qua lumen. At citrorum, pomorum ſpecies non ſolùm viſiles ſunt, vt lux, lumen; ſed etiam qua odoræ ſpecies olfactum odoratum delectant, immo nutriunt, (vt de moribundo Socrate recentis panis odore ſcribitur) caput replent, lędunt, &c. Non qua viſiles pomi, citri ſpecies; ſed qua citri, pomi (calentis recentis panis) ſubſtantia à citro, pomoue exeũte in proxima, vicinaque diſtantia inquam; in remota, vt vix viſiles ſpecies, nequaquam nutrientes, delectantes, replentes, aut caput lædentes.

Ita & pari paſſu ſolaribus radijs adhærens lumen aggregatum, lumen videlicet, quod tenuiſſima ignis ſubſtantia ſuſtinet, quæ ſpecies, & accidens igneæ ſubſtantiæ adhæret, ab eaque fouetur, & vna calore fouet, conſeruat, generationi facit; ab ipſis longè diſtans, vt lucis ſpecies vix viſilis, vt remoti citri, pomi ſpecies, atque imaginati, & ficti cœli luminis, cœli caudæ motu, & lumine calfaciens Sol, vt cicindelæ volanti, volatus, motus, lux, lumen: Ita Ariſtoteli ſpeculanti congruenter.

Ignis Elementum Ariſtotelis, & Peripateticorum ſub Lunæ Orbe imaginatum, & fictum oſtenditur.

Par & Sanius Iudicium. Cap. VIII.

QVicquid corrũpitur in elemẽta tranſit, & niſi illicò & primo, ſaltem paulo poſt; vt ſi intereat animal, vermes progignantur, ex quorũ interitu ignis, aer, aqua, terra procreantur, ſeu in illa reſoluuntur omnia. Atqui ignis ſpeciatim, de quo nobis ſermo eſt, omninò interit; quoniam minimus in maximis elementis, terra, aqua, aere illico, & immediatè ab illis, ſeu illorũ humiditate, & frigiditate ſuperatur, ac in illa tranſit, & conuertitur. Quum autem animalia ſexcẽties corrupta ſint omnia, ſexcenties quoque ignis, quartum omnium corporum elementum ſecundum omnes ſui partes corruptum eſt; adcò vt non ampliùs primæ ignis conſtitutionis elementum reperire ſit: quoniam vnius corruptio, non eſt alterius ortus poſt vermium interitum, niſi ignis præſto ſit, vt

cete-

cætera tria elementa. Quam ob rem per Occellum Lucanum, & Ariſtotelem ſomniatum ignis elementum, & ſub Lunæ regione eorùm arbitratu poſitum, in hæc inferiora deſcendere non valens, Mundus, inferiora, inquam, deſtructa, & ad nihilum iamdiu redacta forent omnia: non cœli ignis (vt præpoſterè tradunt) combuſtione; ſed ignis inquam, elementi defectu & deſtitutione, à quo generationes, vita, eſſe, conſeruatio.

At boni Viri, parcant ſi fallor manes, ex putri materia abſque igne iam corrupto vobis prorſus, generantur mures, ranæ, locuſtæ, & non ſine igne quarto elemento: Ergo aliundè prouenit, quàm à cœli veſtris lumine, & motu, calfacere & ignem producere non valentibus, vt oſtendimus: nec cœnoſa ex materia orta, vtpotè non ex ſemine, nec igne prius deſtituta, (vt ex dictis liquet) ſed ex cœli radijs & lumine diſponentibus, ingredientibus ſeſe communicantibus. Confirmatur in marium aquis, (vt terræ miſta, & inibi animantia genita mittam) quo loci minimè ſictum lumen, nequaquam cęli motus Ariſtotelis ex ſomnio perueniunt; Sed bene Solis radij, & ignis lumen inſitum calidum participant, generant, conſeruant. Vt quum dilucidè pateat ignis ſictum elementum ſub Luna collocatum nullius eſſe vſus, & proinde ad agendum ineptum, & conſequenter non dari: Eapropter ſtatuere eſt cęlum ignem elementum eſſe. Quippe ſatis ſuperque conſtat Solis radios in hæç inferiora deſcendere, & permeare, remanere, ac interimi, & quouſque pertingunt, eò etiam vſque rerum ortus ſit, nec vlterius: quando pateat Solis radios penetrare, flecti, & frangi, quod corporis proprium eſt, vt aliàs oſtendimus, & infra enucleatiùs pateſcet.

Sol namque à ſeminando nobis dictus, quippe ſui perpetuò ſubſtantiam ſeminat, aſpergitque: quæ vt potè puriſſima, & tenuiſſima, & ſubinde ferè, vt ita dicam, immaterialis, non vrit, non accendit, ocyſſimum ob ſui motum; ſicuti ſi manum per noſtratis ignis flammam velociter ducas immunem experieris, ac ipſam etiam ſtuppam illæſam traduces, vt ſupra diximus. Quòd ſi noſtras ardens, & in aliena materia ignis etiam ſic in lento tranſitu (reſpectu cœli motus) non vrit, quid mirum, quòd tenuiſſimus, puriſſimuſque quamuelociſſimo tranſitu, vt vix imaginatione eum concipias, Solis, inquam non vrat? Vt mente nunquam concipere potuerim, quam ob rem Ariſtoteles, & noſtrates Sapientes ſibi ſuaſerint, & nos doceant ſub Lunæ ſphæram ignem elementum contineri, inibique manere ſemper, perpetuòque otioſum eſſe, & nihil agere iure noſtro, quicquid dicant, & videbitur, ſeu comprobabitur.

Quandoquidem nec viſitur, apparuitque vnquam, quemadmodum nec vllus illius effectus, nemoue illius ſignum obſeruauit. Quippe non lux, non radius, non ſplendor, nec lumen quidem, nec verè calõrem, nec motum, quicquid perſuadere conentur. Adde quòd fruſtra tale inibi elementum datur propè Lunæ ſphæram reſidens: quoniam quatenus eo loci reſidet talis raritatis, hæc in inferiora agere nequit, & fruſtra eſt illa potentia, quæ ad actum non reducitur: Atque fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt, & quum minimè inferiora iuuet, vt ſatis ſuperque patere poteſt.

Hinc Ariſtotelis, atque ſequacium præterea vana ſententia colligitur: quòd Via lactea ſit vaporum aſcendentium collectio: quoniam vapores è terra, & aqua eleuati, eo loci peruenire nequeunt, quin in ignem (ipſis elementum) prius conuertantur, eorum inquam ex repugnante opinione. nec re vera, quoniam cœlum, æther ignis eſt, quemadmodum nec nobis ex dictis, & dicendis id probatur.

Quod verò eo loci ſit ignis elementum, quis nouit vnquam Occelli, & Ariſtotelis præter ſomnia? quum ſenſus non ſentiat, atque nihil in intellectu ſit, quin prius in ſenſu fuerit; valeat ea opinio.

Digitized by Google

Adde quòd eo à nobis remotius, à nobis, inquam, eſſet Lunæ cælum, orbs: quoniam quum ignis aere Ariſtoteli decuplo maior ſit, & aer tam magnum tempus extet, Luna per inde abeſſet à nobis, magiſque diſtaret eo admiſſo & poſito, quod ſcuſui, & Aſtronomorum experimentis repugnat. Sed vt terra in centro, poſt aqua, dein aer: ita demum ignis elementum, & aſtra, magnaque luminaria pro inferioris mundi conſeruatione, & generationibus: poſita prius ſuperum Sede & Manſione, vt decuit. Quare demonſtratiuum eſt argumentum, Ignis ſphæram ſub Luna non eſſe, nec vllibi: Proinde Cœlum eſſe ignem ſtatuendum.

Quapropter Deus Opt. Maxim. conſtituens, & collocans luminare minus, Lunam in primo Orbe, quæ noctu mundum inferiorem, & hæc illuminet, & ijs præſto ſit, non admodum denſum ſydus, ſydus & aſtrum plaſmauit, ſed mediocriter rarum, ne proximum aerem deſtrueret; ſed alienis (ſolis) reflexis radijs, ac lumine vteretur, ipſaque ad tempus, & opportunè mutuaretur, vt mediocriter animantia omnia calfaceret, (ineptè refrigeraret, aiunt) noctu vaga eius lumine, & calore gauderent, piſces cibum quærent, vt cetera, & conchilia implerentur ac pingueſcerent in hominis gratiam omnia: Contra quam ſi homo mortalis, & beſtia ex Ariſtotelis oraculo.

Quorum exemplum, vt clarius ſit tibi argumentum, Eclypſis quo tempore Luna nec lucet, (multum) nec illuminat, & proinde nec radios reflectit calefacitue, niſi parũ, quia igneũ corpus, ac vt tale propiùs diuina ex ſapientia, & alienis mutuatis, & per quam celerrimò pluſquàm centùs aduolantis auis metu propter orbis maximam igneam raritatem, & mediocrem aſtri Lunæ. Quæ exemplis dignoſces tum motus, tum raritatis. Motus, ſi ignitis carbonibus vrentibus manibus ceu pila ludas, qui tactus & motus etſi tardus ſit, tuas nec vret, & vix calfaciet manus, nedum ille Lunæ ocyſſimus, aerem.

De raritate itidem conſtabit, ſi ſudariolum aquauitæ madidum igne accendas, ob ignis aquæuitæ raritatem experieris aquãuitæ accendi, & comburi ſuperſtitibus, & incolluminibus tuis remanentibus manibus, & ab igne (etſi in aliena materia, & ardens, & minus raro Cœli igne, immò longè craſsior) immuni etiam remanente ſudariolo.

Obijcies, Cœlum in ſe non habet qualitatem tangibilem, Auerr. 4. Phyſic. tex. 59.

Nimis imminuti, immo deprauati, quinimo aboleti ſenſus fuit, & quiſque erit, qui ſolares radios, ignis elementi florem calfacere non ſentit, ac percipit: & proinde cum ceteris athæis ipſum nunc comburi certò credimus, mundum præter hæc ingenerabilem, incorruptibilem, & ſempiternum exiſtimantibus.

Cælum Ignis eſt. Aliorum ex ſententia,

Par & Sanius Iudicium. Cap. IX.

Coelorum eſſentia, & materia adeo multiplex, & varia apud Scriptores, cum apud Antiquiores, Antiquos, tum & Recentiores eſt, vt admiratione maxima affici poſſis: Cui verò adhærere debeas, nequaquam valeas; Quia fortaſſe omnes ridiculæ, vna excepta nos ni fallimur: Si à Deo prouenire proponamus, à Sanctis oſtendatur: Atque à rei natura, ob athæos, comprobetur, quamplurimis, & ſuo ipſorum priùs, raptim recenſitis.

Cœlum à currendo dictum voluit Ariſtoteles Anaxagoram redarguens, quod ab igne ætherem dixerit primo, Cœli tex. 23. quod immerito, more ſuo fecit; quando laudandus Anaxagoras, vt ceteri antiqui Mundum, & genitum, & Cœlum ignem exiſtimauerint.

Cœlorum Artifex igne potiſſimum ad ſolam fabricam vtitur, Mercurij Triſmegiſti Pimander c. 10.

Cœ-

Digitized by Google

Cœlum nil aliud eſt inquit Plot. En. 2. lib. 1. cap. 7. præter ignem, qui nullam aliam ignis qualitatem habet præter lumen à flamma diuerſum calorem, tantum lucem & ſuauem, & lumen hoc eſſe corpus emicare autem ab ipſo lumen æquiuocum, quod eſſe dicimus incorporeum, quod ab illo lumine pendet, ex illo micans quaſi flos eius, atque nitor, quod vtique verè dicitur corpus album exiſtere.

Cœlum ſolùm, ſolum dicitur ignis, reliqua ignita dicuntur. Marſil. Ficin. in Plotin. En. 2. lib. 1. c. 3.

Plato autem in eo Cœlum ignem appellat, quod propriam habeat lucem, quæ præcipua ignis eſt qualitas: habet & perennem motum, qualem in igne videmus, & ignis inſtar non patitur miſtionem, & quia nondū naturali depellatur loco, ideo aſcenſu redire non cogitur; ſed reuoluitur, & actu lucet, virtute calet, omnino verò diuerſiſſimi eſt generis à noſtro. Marſil. Fic. in Platonis legum appendice. Quum autem Cœlum ſit ignis, & ignis vbique tenuiſſimam ob eius naturam ſit, & cœlum vbique, hinc ſuam naturam eſſe conijcere potes. Marſil. Ficin. in Platon. Timæ. cap. 45. Quòd ſi diffidant aliqui Cœlum ignē eſſe quia cœli motus eſt circularis, ignis rectus: nam etiam Cœli portio quælibet ſi ponatur in medio, repente aſcendet in rectum, breuiori ſcilicet tramite patriam petitura, & tamen Cœli motus proprius eſt circulus: & terra ſi à centro ſeparetur, deſcendet, quum eius proprium ſit quieſcere, Marſil. Fic. in P. Tim. c. 25.

Cum Cœlum ſit corpus naturale perfectiſſimum, & naturali corpori tam motus, quàm ſenſibilis qualitas conſequantur, ideo Cœlo perfectiſſimus motus, & qualitas ſenſibilium perfectiſſima congruunt. Nullus motus orbiculari perfectior: nulla qualitas luce præſtantior: Ergo hæc cœleſtis corporis propria ſunt, Io. Pic. Mir. in aſtrolog. lib. 3. c. 4.

Cœlos alij igneos eſſe voluere, alij cryſtallinos, alij quintæ naturæ ab inferioribus omnino ſeiunctæ, cuius autor primus fuit Ariſtoteles. Io. Franc. Pic. Mir. in Examer. van. doctr. gen. lib. 1. c. 12. Quam quintam naturam ſeu eſſentiam D. Ambroſius in ſuo Hexameron omnino explodit, vt D. Auguſtinus 7. ſuper Geneſim, vt nos in Ariſtotelis vita oſtendimus pag. 230. lectu digna, vbi Patritius Ariſtotelem peruicacem meritò appellat, & bardum ſi Sanctis credēdum, vt Phęnici. Vide vt Prophetas Dauidem, & noſtros Latinos Sanctos nunc mittam.

Cœlorū Stellas ignes eſſe vult Doctiſſimus Franc. Patrit. lib. 15. p. 97.

Cœlum Ignem eſſe Propria ex ſententia demonſtratur.

Par & Sanius Iudicium. Cap. X.

PAret igitur, inquit Ariſtoteles 1. de Cœlo cap. 3. ex hiſce, quæ dicta ſunt, id, quod primum eſt corporum perpetuum eſſe, & neque accreſcere, neque decreſcere, neque ſeneſcere, neque alterationibus, neque paſſionibus ſubijci, ſi quiſpiam hiſce, quæ ſunt ſuppoſita credit.

Ariſtotelis ſuppoſitis qui ſtat, illius ſententiam veram cenſet, cui dubium? Aſt qui illi non aſſentitur, prorſus inanem ſuam opinionem diiudicat; ſed oppoſitum probādum, & hoc opus, hic labor eſt. Quādo qui illius ſuppoſitis, & ſententiæ contradicat, nemo quòd ſciam viſitur: tametſi ea ſit opinio, quam athæi ſequuntur, abſolutè ſcilicet Peripatetici. At nos Chriſtiani, qui ſola fide in Veritatem ducimur, vt puriores, & ſimpliciores ducātur: Philoſophātes verò, peripateticos potiſſimum ſuo cum duce, ruere, & deorſum præcipitare credimus, niſi doctiores Theologiæ nauent, aut Sancto Spiritu trahantur. Vt propterea perquam maximè miror, quòd tot inter literatos Chriſtianos, tot in Studijs, Academijs, publicis in Gymnaſijs, & nobiliſſimis in Collegijs non fuerit, qui conſulto, & dedita opera hanc Ariſtotelis vanam, ac impijſſimam, pernicioſiſsimamque homini peſtem de medio radicitus ſuſtulerit, & ad nihilum omnino redegerit, atque Deum Creatorem, vltra fidem, *Autoris admiratio,*

Digitized by Google

manifeſtauerit, vt nos Deo Optim. Maxim. ſi placebit humanæ pietati conſulentes, noſtra debilitate id præſtare conabimur. Sin minus autem ex animi ſententia cciderit, vt in magnis, voluiſſe ſatis, ſic digito indicaſſe, non minimum fuerit, vt alij id poſtea abſoluant.

Quam ob rem ijs falſis miſsis ſuppoſitis, & ab ijs impijs recedentes, dicimus, Mundum, Cœlumque creata fuiſſe, contrarium habere, & deinceps poteſtatem ſeneſcendi, accreſcendi, decreſcendi, & conſequenter generari, & corrumpi habere, &c. quid tum? præter quæ in præcedentis capitis fine annuimus ex D. Ambroſio, & D. Auguſtino.

Bene contraria opinio nobis in intelligibilis, imperceptibiliſque eſt, ex qua omnia ſequuntur inconuenientia, abſurda naſcuntur omnia, vt nihil abſonum magis: & quod magis reſpuas, quia aduerſum Deũ, Naturam, Rationem, ſenſumque ipſum: Propterea ab impijſsimis hominibus oriũda: primo Ocello, ſecundo Ariſtotele, tertio Auerroe, atque à ceteris ſequentibus athæis.

Cœlum ignis elementum (ità decreturi, & probaturi ſubtilirer agentes, tu lector rectam per ſemitam ſequere, ne oſcitanter agas: quoniam cœleſtia hæcce, vt audire eſt, craſſorum ingeniorum non ſunt epulæ, ſed Diabuli eſca, hominum venenum, vt experiri eſt) non mouetur ad medium, neque à medio, vt noſtras ignis in fumo, flammas; ſed in gyrum, quia non eſt talis locus ſurſum, ſed impedimentum, ſed totum plenum vſque ad Dei, Angelorum, & Beatorum Domicilium, extra quod nihil eſt, nec locus, nec vacuum, nec tempus, niſi fortaſſe Dei lux & ſplendor. Et vtpote elementum maximè actiuitatis ad mundi vitam, & ſuapte natura inſtabilis; & perpetui motus, vt lucis, vt in inferiori 12. capite (niſi dicere potius velis, & potius, ac melius, inquam, id Dei iuſſu, & nutu vſuuenire, neceſſarioue fieri) in gyrum continuo ocyſſime mouetur, pro mundi, inquam, conſeruatione abſque fictis, & imaginatis; vt illud Ariſtotelis de Deo Benedicto Motore primo Orbi iuncto maximè impium miſtum, quemadmodum eiuſdem Dei ab eodem impio abnegatam prouidẽtiam, miſſam faciam, vt alia, (de quibus infra.)

Quòd totum à Dei domicilio, plures in cæleſtes ſphæras diuidetur, vt communis fert ſentẽtia; contra docent ſenſus diuerſis ex, & in ſyderibus, atque eorumdem varijs, ac velocioribus, tardioribuſque motibus, ijſdem ſi credendum eſt.

Quòd totum, qui totus ignis, elementum; omnes illæ ſphæræ non miſcentur, quemadmodum nec Cęlorum Ariſtotelis incognita & ficta illa materia ſibi, & Auerroi quinta eſſentia (in fine præcedentis capitis à Sanctis reiecta) ideo fit, quoniam non ſunt in alienis materijs cæli ignes, nobis inquam: quæ materiæ miſcentur, vt noſtras ignis in ligno, ſtuppa in flamma, in fumo, cuius flammæ, fumi miſceri eſt. Sed corpus eſt ſimplex, purum, perfectum, non miſcibile; Vt de Solis radijs, (nota exemplum & ſenſilem rationem) Cœli igne videre eſt, quod ſenſus, inquam, docet, qui non miſcentur, nec viciſſim igneſcunt, vt noſtratis ignis flammæ, fumi. Non vniuntur, vt flammam conſtituant, niſi ſui ex repercuſſione, refractioneue (e.g.) in ſpeculo leui corpore, & calore tunc in ſtuppam, fomitemque, ignem pariunt. Ipſe tamen purus ignis non miſcetur, vt nec ſphæræ, quod aſſerunt.

Cœli plures creduntur, vt alij octo, alij nouem velint. Recentiores plures obſeruarunt, vt alij prius pluſquam triginta, & alij pluſquam quadraginta conſtituerunt, miſſis epicyclis. Ariſtoteles in Metaphyſ. potius ad Calippum Eudoxum retulit, quã inueſtigandæ rei, nedum comprehendendę ſuſciperet, vti Io. Franc. Pic. Mirand. in examen. Doct. gent. lib. primo pag. 765. (ſecus in vltimo Cap.) Quia pluribus in locis, & ſunt, & mouentur: quoniam diſtincta, & ſeparata ſunt corpora.

Et pro vt talia, & alio velociori motu prædita à Deo vniuerſi pro diſtributione, diſpoſitione, atque ſeruando rithytmo alijs & diuerſis motibus mouentur: quia alterius orbis, denſioris ignis, vt Planetarum

rum

Digitized by Google

rum (diximus) velocior, tardiorue motus, qui contrarietas quædam eſt. Quemadmodum Primi Orbis motus ceterorum motibus contrarius Aſtronomorum ex ſententia (reprobabimus) alias præter plurimas in Cœlis contrarietates, quas in Diſcuſsionibus Peripateticis Franciſci Patritij obſeruabis in tomo quarto libri ſexti de Cęli æternitate, eſſentiaque pag. 429. & alibi, quicquid dicat, & ſtatuat Ariſtoteles.

Qui primus Orbis quum ſub Dei Domicilio immobilis extet, & in loco, quia ſub domicilio, ſeu ſub illius concaua huius conuexa: Et huius concaua ſub ſequentis, ſeu inferioris ſuper conuexam, vt ceteri inferiores Cęli eorum Aſtronomorũ ex ſententia ad aeris regionem vſque concaui Lunæ locum, qui propriè eſt corporis obducti, & circundati, atque ambientis vltimũ, vt Themiſtius ait 4. Phyſ. text. 26.

Cæli definitio. Cœlum ignem eſſe quartum elementũ ex dictis ſatis liquere, & manifeſtum puto, quam ob rem illius germana eſto Definitio. Cœlum eſt corpus ſimplex ſummè calidum, ſiccum, lucens. Dicitur, corpus ſimplex elementorum genus, noſtrati tamen igni compoſito, ſeu in aliena materia non competens. Dicitur ſummè calidum, ſiccum ad aeris, & aliorum differentiam. Dicitur lucens ob dictorum, necnon Cœli verè diſcrimen videlicet cum aſtris, vel aſtro, de Planeta. Siquidem Cœlum Orbis nobis non lucet ſui nimiam ob raritatem, & puritatem, atque ex maxima à nobis diſtantia: Tametſi eo loci lucere credendum ſit, quum eiuſdem ſit eſſentiæ ſuo cũ denſiori ſydere nobis maximè lucente. Sicuti exempli gratia, Ignis aquæ vitæ, ſeu ardentis ſui ob raritatem etiam proximè obiectus vix viſitur, etſi ignis non ſimplex, ſed compoſitus, & ardens in alia materia ſit.

Quum autem quæcunque in vniuerſo à Summa ſapientia creata fuerint, & ſub aſpectum nobis cadant (de ſenſatis nobis ſermo eſt) ſicuti elementa, atque ex hiſce miſta animantiaue omnia, & terra mundi centrum: aqua. dein terra longe maior: aer ſuperior, & aqua itidem maior omnes ſecundum dimenſiones: Vti demum ignis aere quãlongiſſimè maior, & hoc elementum ſupremum in omnibus conſtituẽdum loco, ſimplicitate, puritate, præſtantia, motu, actiuitateque omnibus ad eſſe, ad vitã in, & à propria ſphæra hic deorſum cõmunicatum; Non vt hic apud nos omnibus hiſce ferè deſtitutum: quia ardens in aliena, & graui materia, & proinde detentus, & veluti ligatus, vinctuſque agit.

Sub Lunæ orbe verò ab Ocello, & Ariſtotele collocatus ignis imaginarius, & fictus hominum ex imbecillitate, & malitia immobilis eſt, etſi à Lunæ orbis motu, quũ perperàm moueri ſtatuant, quod falſum oſtenſum eſt. Sed eſto in præſentia. Adhuc hæc in inferiora accedere, nedum ingredi, agere, & ſua exequi talia munera poteſt, proinde otioſus, & nullius vſus: quum tamen in naturalibus omnis perfectio in actione poſita ſit; Vt hinc maximè abſurdũ nobilius, & perfectius elemẽtum infimum collocare ſit, hoc eſt nullius vſus eſſe conſtituere, & tamquam non ſit, vt reuera non eſt; Et quæ illi nobiliora attributa debentur, & perfectiones tollantur. Vt perpetuò omnibus præſto ſit, cuncta ſeruet, gignat, vitamque præſtet, tollantur omnia, inquã, quibus ſuapte natura excellit, & ſui iuris ſunt, atque illi commentitia, Cœlo inquã, Alius materię abſque potentia, niſi ad vbi; vt Alij alias materias inferioribus eaſdem: Alij ſimiles: diſſimiles Alij: Alij quintam eſſentiam fingant, & ſomnient: ſine formis eſſe, & motum ab extrinſeco recipere.

Quæ omnia excogitata à magis Philoſophis ſunt, (ſi modo hæc Philoſophiam ſapiunt) vt illis, ab hiſce abſurditas euitaretur: Cęli videlicet contrarietas, & corruptibilitas tolleretur. Propterea, inquam, ad dictas vanitates atque etiam ad immateriales motores & intelligentias confugere, & ſequuti ſunt alij noſtrates Philoſophi, optimi tamen quidam, & miſtum, & materias, miſtaue materialia abſque potentia, niſi ad vbi tantummodò, & immateriali forma præditum cum Ariſtotele intelligens, mouens, deſiderans Sapientiores crediti finxerunt, impio credentes Auerroi, qui abſque ſapientia, intelligẽtia, con-

Digitized by Google

conſilio, ſineque Dei timore & cognitione in hominis perniciem, talia cum Ariſtotele laudauit. Hinc & ſic mundi fabricam ſempiternam, ac Dei domicilium, fabricauerũt athæi, & ſuopte iure conſtituerunt, vt hactenus vlla abſque controuerſia creditum, & receptum ab ijs Peripateticis eſt. Ita vt Intelligentia materiæ, materialiue aſſiſtat, aut homogeneam, & eiuſdem rationis materiam informet. Et hoc homogeneum corpus ſempiternè motum, ſempiterne intelligat, & deſideret. quid? moueri, ab Intelligẽtia pura materia abſque forma, eiuſdẽ rationis, inquam, & abſque potentia, niſi ad vbi, pura ſcilicet chimæra, & merum monſtrum, quod à Chriſtianis Sapientibus recipi nequeat: Proinde potioribus, & Sapientioribus reuelatis nobis ſtandum, miſſis Peripateticis: Propterea quod etiã, quum ſenſui ratio conſiſtit, ab eis nunquam recedendum.

Quum igitur materiata omnia ſenſilia, ſenſilia repplico, quatuor ex elementis cõſtent, & facta ſint, in eademque reſoluantur cuncta, & commutari cernantur omnia: Et quartum fictum ſomniatumque elementum, nec ſenſus ſentiat, nec per ſomnium nouerit vnquam, Et nihil in intellectu, quin prius in ſenſu fuerit. Quod ſenſus videt. & tangit lucens, & calfaciens, (non motu, & lumine, vt perperàm aiunt) ignem elementũ, & cęlum expertus iudicet, atque cęu parentem, conſeruantem, generantem delibetet, & certũ habeat certò habendum remotis vanitatibus potentiæ, contrarij, ob Cęli corruptibilitatis timorem, putã vanitatem. Quando materialia, Cœlum, elementatum corruptibilia omnia ijs, quibus diximus modis, & proinde nullum negotium faceſſunt: Et fruſtra fit per plura quod per pauciora fieri poteſt abſque fictis à natura rei, inquam, motus principio. Quippe qui ignis maxima propria luce ſolus, maximo proprio calore vnus, ſiccitate vnicus, ac velociſſimo proprio motu, & propria velocitate dumtaxat præditus per ſe ſolus præditus præſtat, Dices motu aſcendente recto, quod trepidationem non incutit: Quãdo ignis ſuapte natura deſcendat, vt videris, ſi ſudari olum (alia præter multa) aqua vitæ madidum & perfuſum in ſuperiori ſui parte igne accendas: ſimiliter ſi chartam: ſi extinctæ candelæ fumum flammæ inferiùs appropinques, deſcendere intueberis: Igitur aſcendit, & deſcendit, An ſuapte natura in gyrum verti non poterit, ſurſum quum non detur, ſuopte inquam, impetu, actiuitate, & velocitate? (mitto interim, quòd Dei nutu, Cœlum ignis in gyrũ vertatur. Quis tam demens præter impios Ocellum & Ariſtotelem dubitarit? Vt miſſum faciam, quod homines facili negotio, ſola fumi vi figuras in gyrum vergant, atque eiuſdem vi aſſandas carnes veru circulationes parant, Deus nutu, inquam, nõ præſtiterit? Et quod ignis ſuapte natura efficere poteſt, & nobis & cuique rationi ſtanti, non abſoluet?) Sed in natura ſtemus,

Non ne grauia, terreas exalationes, aqueos vapores aſcendere fulmina parere, pluuias, niues, grandines efficere, atque quandoque ranas pluere noſti, prout huiuſmodi materiæ, qua, &c. ſurſum feruntur, trahuntur? Vt dedecus ſit maximum hæc Romæ, Pariſijs, &c. Maximis in Academijs hæc Ariſtotelis publicè legi, & commendari,

Numquid influuiorũ gurgitibus aquas circulare non videris, & talibus verticibus orbiculis homines abſorbere? Ceterum quæſo te Lector, ſi de illis es, quid igni celerimi motus agenti potiùs, propriusve, quieſcere ne, an moueri, & agere? Equidem agere inquies, quoniam naturale agens, & maximæ potiſſimum actiuitatis, & mobilitatis, vt noſtratis ignis, (etiam in aliena materia) non ne calfacere, vrere, aſcendere, deſcendereque, quoniam ſuapte natura, ac ſuopte impetu, ita ſe ſe habet, ac gerit?

Igitur quum Elementum ſummum in locum peruenit ſeu ſummo in loco genitus, & vlteriùs, ſeu magis ſurſum nõ detur, quieſcere voles, nec ampliùs moueri? poſito in gyrum loco: quum fulmina, ventos, aquas ſic moueri cernamus? Quid perditio hæc?

An

Digitized by Google

An ex Dei ſapientia talis quies? præterquam quòd id ſuæ naturæ repugnat, & vlteriùs nec ſibi, nec vlli conducit, vt de ficto ſub Lunæ elemento dicebamus. Quando inquam, vt noſtras ignis ſe ipſum ſeruet, vtendo etiam deſcendit: Cur Cœlum elementum hoc purum & verum, vt bene reliqua ſeruet, (nota) & ſe ipſum conſeruet proprio in loco, & ſphæra, in orbem non mouebitur, deſideretque, (eorum ex ſententia) vt de Solis radijs dictum eſt? Quod ſi natura in minimis, infimiſque, ac quaſi ſpernendis docente ſenſu, grauiora, ponderoſioraque aſcendere, vacuum ne detur, interritúque aufugiat, & imperet, cur in mobilioribus, & quammaximè neceſſarijs longè minuſue repugnantia (vt ita dicam, ac illud videtur) non admittet, permittetque? Non deſceſſum tantummodo, inquam, ſed in orbem motum faciliorem, decentioremque, cum in ſui partis lucis, radiorum, luminis, ni in totius gratiam, elementi, inquam, vitam: Tum totius mundi conſeruationem, parcant Sapientum manes, nimis fortaſſe Sapientes (vt ita loquar) cerbellotico iure ad ca ſum.

Quòd Cœlum vtpote ignis elementum ſummè, & abſolutè calidum, & ſiccum, manifeſtò patet: quoniam ſi Cœli lux, radius, ac eius ſpecies lumen calida ſunt, eo magis Cœlum, ſeu ſydus, à quo ortum ducunt, ac pendent.

Quòd Cœleſtes radij calidi ſint; ſenſato experimento colliges, (loquimur aduerſus Ariſtotelem, Auerroem, & ſimiles mendaces) ſi per feneſtræ foramen ſolares radios trāſire admittas, & per cubiculum permiſſis tranſeuntibus, gena, manu proximè accedas, abſque tamen tactu, ne reflecti, frangiue poſſint, & ſic partem calfieri noſces, quod etiam canibus, eleuris, lacertis, ac ſerpentibus, &c. notum eſt, ad Solem, cœleſtes radios caloris gratia ſe ſe conferentibus: quod propterea in prouerbium abijt: etſi Hiſpano Cordubenſi, (de frigidis, vt Ariſtoteli addicto maleſitiato) ignotum, Videlicet, Recipere ſe ad Hiſpanorū ignē, nimirum Solem.

Amplius ſubtilem cryſtallum coloratum accipito, ſolaribus radijs exponas, & videbis abſque eorum reflexione, refractioneue tranſitum, & coloratam cryſtalli ſpeciem extra, & è regione oppoſito in pariete, quē radij percutiant, & feriunt: Et ſi paulò poſt cryſtallum tangas, profectò calidum obſeruabis, quod & craſſiores vulgares ſenſui ſtantes credūt, & fatentur, quicquid inſenſati (vt ita loquar) credant, ſecus ſcribant, & Cœlum ingenerabile, incorruptibile, & ſempiternum, quia contrario careat, ſtatuunt in hominis perniciem.

Hunc de hiſce, & materia innumeræ ſentētiæ, non ſine noſtrorum Philoſophorum dedecore: Quia paruus inquam, error in principio, fit maximus in fine. Quia Etnico mendaci, & impio, atque ab Oraculo exſtructo inſtrumento aſſentiantur, ipſamque Veritatem deſerunt: quum tamē nobis ipſa apertiſſimè dixerit, „ Cœli tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, & alibi, „ Cadent ſtellæ, & comburent omnia. Si cadent: ergo interritui obnoxiæ: ſi comburent: igitur ignes; igitur contrarium habent. Quod prius Pſalmiſta Pſalm. 120. „ Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.

Vt mittam, quòd continuò videmus, & experimur, Solem nubis explodere, & ſuis radijs, & calore eas diſſipare, atque ad nihilum redigere.

Verùm cur ſi Deus Opt. Max. quatuor fecit elemēta, & ex terra, aqua, & aere vna cum igne mirabilia conſtruxit, vt ſcilicet Moſes, & ceteri Prophetæ, necnon ſenſus ipſe docent, ex igne elementorum nobiliſſimo, & præcipuo nihil (ex hiſce impijs) prorſus conſtruxit, & à Mundo omnino ablegauit? Vbi illius vtilitates, neceſſitates, vbi lux, vbi inſignes qualitates, facultates; vbi maxima, & ſumma illius actiuitas, vbi vitæ radix, inſitus calor? &c.

Quid ſub Luna illud elementum ponere, & noſtrates Sapientes inibi conſeruare? Quam ob rem, quo conſilio, quis vmquam vidit? quid igitur fabellis diſpenſatorum hominum, chimæricis excogitationibus ad hominis perniciem ſe ſe deuouere?

Vt nobis Sacræ Scripturæ certò ſtandum;

dum: ſic Ocello & Ariſtoteli, & ſimilibus nuntium omninò remittendum; Atque Zoroaſtro, Triſmegiſto, Orphæo, & ceteris antiquioribus, & longè doctioribus credendum fuit. at demùm necnon ſaltem ſubtiliùs philoſophari oportuit cum illis, tum noſtratibus ijs adhærentibus, non fictis ex Diabuli inuentis in hominis vſquequaque exitium & calamitatem, adhibenda fides; ſed tandem & ſaltem ſenſui, & rationibus æqua ſtatera trutinatis tantummodo credendum. Enimuero ſi ignis aere minimo quam longè maior, ſiue decuplo cum Ariſtotele, ſiue cum alijs adhuc maior: Quî ſit amabo te lector, quòd ſupra aerem, cœlos longè vlteriùs conſpicientes, tam magnum ignis corpus ſub Luna per ampliſsimum, latiſsimum, longiſsimum, & profundiſsimum ſpatium non cernamus? Dices quia puriſsimus in ſua ſphæra. At talis puritas non facit, quin ſaltem videamus maximũ illum ſpatium commune ſenſile (vt alias oſtendimus) puriſsimum luciditate prædicum & albiſsimum. Etenim vt maximè conſtat non breue eſt, vt dicas, aerem impedimento eſſe, nec aſpectum remotam rem cernere non poſſe: Siue cum Platonicis aſpectum per extramiſſionem (vt nos demonſtrauimus) ſiue cum Peripateticis per intus ſuſceptionem fieri credas, quin medium cernatur, quod philoſophiæ repugnans eſt. Siquidem cum ſpecie, & medium, & diſtantiam cognoſcimus, quæ nequ quam tabellis addictus percipies, ac proinde in multis & Deum, & naturam, & ſenſum inficias ibis, quæ maxima eſt prauitas, atque intellectus imbecillitas, quæ præterquam impijſſima extent, ijs aſſentiri, immo plaudere, dæmonis eſt.

Dicamus igitur Veritati infallibili, & quin etiam ſenſui dicto obedientes, Cœlos ignes fore: quoniam ſic ex nobiliori elemento debuere fieri, vt decuit & oportuit præſtantiora conficere, nobiliora conflare, eaque nobiliori, & præſtantiori in loco locare: Inferiorum eſſe illis commendare: Vitam, & generationes, omniumque conſeruationes ijſdem præbere, & committere, atque ab eo ceteris elementis præſtantiori præſtantiora dicta omnibus præſtare: Deo propinquius eſſe, ac eius proprium, & poſtremum vltionis inſtrumentum eſſe. Quicquid Peripatetici dicant ſuo cum Ariſtotele. Qui vt replicem, de mundi æternitate in ſua impia materia prima quieſcit; Sic de cœlo pertractans in eadem eſt, & totus ſua in impia materia ſtat, informi, & in potentia, niſi ad vbi: quod quum maximè impium ſit, nec detur talis materia verè ſcientibus, & ratiocinantibus, ac nec etiam antiquis Sapientibus, & niſi ſibi ipſis athæis ad omnimodum hominis exitium peſſimo autore demone ſicuti pluries diximus. Quia informis, quæ nunquam fuit: Et quoniam Verbo & mundus, & cœlum facta ſunt, non è materia prima, neque ſecunda: quod & Sapientiores Antiqui reſpuerunt, vt Sacros Codices nobiſcum facientes, mittam. Vt athæorum omnino talis ſit opinio, poſt prauum Oraculum, Ocelli, Ariſtotelis, Auerrois, & ſequacium Peripateticorum ex ſententia, proinde falſiſſima, non ſecus ac impijſſima.

Quo modo informi huic Ariſtotelis monſtro motus dabitur? Quo modo huiuſmodi Cœlis, & aſtris Angeli, animæ rationales, intelligentiæ, tali, inquam, materiæ addicentur? Quo modo huic quintæ eſſentiæ ad vbi tantum in potentia, à nemine viſæ, nullóue notæ, nedum ab vllo declaratæ, imaginabiliſue actiuitatis talis ſigno in gyrum dabitur, vertetur? etiam media, dico, intelligentia? Quo modo fluxile homogeneum ſimulare corpus, quo modo, inquam, aer eſt, & aqua, mouebitur? Quo modo, dico, cœlum, quo modo aſtra, quo modo lux, quo modo Solis, & ceterorum aſtrorum radij, niſi repplico, nimis craſſa minerua, nugis adhæreas? Ceterùm ſubtiliſſimè hoc inquiratur, & exquiratur. Propterea eſto eorum iure id mobile.

Quibus inſtrumentis? Si cœlum nullum, nullum aſtrum, habent? Si nullum Angeli, animæ, Intelligentiæue poſſident? Quo modo vehi, trahi, alioue moueri modo, ſine illis pelli, proijciue poterunt?

Am-

Digitized by Google

Ampliùs ſi Cœlum mouetur, & in gyrum, ſic, & in gyrum Intelligentia mouebitur? ita ex bella ſequela? Ergo & cum toto Cęlo, & ſine, & cum parte & aſtro, ſi aſtrum ſolũ mouetur, & abſque belliſſima? Si fluxili corpori id ſtatui poſſit, quod prorſus in intelligibile. Quid in, & de Epicyclis? Dices Ariſtoteli eſt quinta eſſentia; quod dubium; immo falſum; quoniam in lib. de Cœlo, molliciem & duritiem admittit, quę ſunt humoris, & ſiccitatis filiæ; Ergo Cœlum non eſt quinta eſſentia, & vt contrario non carens, nec eidem æternitas.

Verùm eſto, An, quid ſtillatitium, expreſſumue? ſunto; ſed à contrarijs ex contrarijs Ariſtoteli contraria, vt patet. An quid compoſitum? nequaquam, quando quid ſimplex abſque contrario, & minimè in potentia, niſi ad vbi; nec Ariſtoteli vlteriùs datur, quibus ſtato ſi poſſis. Quãdo ſi ſimplex, quo modo intelligentia, animaue rationalis eidem vnibilis? homogeneo, inquam, & verſatile? & ceu quinto elemento omnibus ignoto, ſine forma, & niſi in potentia ad vbi etiam Ariſtoteli, ac Peripateticis omnibus in intelligibilis?

Dices Ariſtoteli aut nil, aut quid poſterius. Nil eſto. Aſt quo modo, quid poſterius ſi nihil, & nihil vnquam fuit? Et ſi nũquam extitit, quo modo ab Angelo intelligentiue anima mobilis? Et ſi hæc, quid, quando, vbi, & quo modo erat, priuſquàm priuſquam intelligentia, inquam animaue rationalis illi miretur? An ſic eidem, ſic ad vbi tantum in potentia? Dicet ſemper materia prima, quia informis, nec Cœlum, quidue proinde aliud, ſubinde impuriſsimum Ariſtotelis, & athæorum ſomnium. Et ſi materia prima ſic, ex qua Cœlũ, Mundus; ergo ab aliquo creata, genita; igitur Mundus & Cœlum non æterna. Ceterum illius de exiſtẽtia, atque actu entitatiuo certant. Quid quod de pura chimera loqui, quæ nullum eſſe, principiumque nunquam habuit, habituraque ſit vnquam, vt ex Theologis in eius vita patet?

Vt propterea facilius, longèque nobis promptius, (noſtro ſi modò loqui licet) ac verius ſit, Summum Creatorem Mundi initio, & in creatione, vt ſolo verbo & nutu Cœlum, & terram creauit, niſi ſuapte natura moueantur, quod ex vere Sapientibus Philoſophis oſtendimus; ſicuti ex antiquis Triſmegiſtus docuit, quod impius Ariſtoteles didiciſſet, quum Sapientiſsimus extiterit, & Græcorum Oraculum, cuius, & aliorum quorum libros Ariſtoteles vidit; & tamen è plebe Philoſophum Ocellum ſequutus eſt, vt ſeipſum & hominem perderet, repplico; Sic & eodem modo, Soli, Planetis, vel cœlis, vt alijs placet, motum dediſſet. Quemadmodum Brutis omnibus, innumeris, inquam ſpeciebus propriam naturam, & motum incedendi (etiam retro gradi) volandi, natandi, rependi, & cunctis etiam Zeophytis plantanimalibus, plantis diuerſimode alendi, creſcendi ſeminibus, ſtolonibus, bulbis. Sicuti ſimplicibus corporibus, elementiſque aſcendendi, & deſcendendi, atque in gyrum ſe ſe vertendi, opus ſi fuerit, & quando voluerint, vrgenteue neceſſitate, ventis, & aquis, ſicuti oſtẽſum eſt. Quemadmodum & Soli quandoque ſtandi iuſſum eſt, vt conſtat, ad fideliũ victoriam, vitã, & conſeruationem, atque ad infernas generationes omnes, talem ſimpliciter neceſſarium, adque mundi perfectionem. Et quemadmodum nos itidẽ Dei gratia Chriſtiani (vt fortaſſe fidelis etiam Termaximus ex nihilo, ſolo verbo, mundum creatum voluit, & ſcripſit) certò nos inquam vt illud ſit, & hoc ex ſacris Codicibus ſcimus, ſolo etiam verbo creſcite, & multiplicamini, generationes creatarum rerum, alium & Solis, ac Planetarum motũ in gyrum inſtituiſſe, atque imperaſſe. Quãdo ſi Dei proprium fuit, propriumque omnipotentiæ ſuæ eſt, Dicere, & factum eſt: potiſſimumque in mundi creatione, & imperio, atque initiò patuit, ſecundis abſque agentibus cauſis, præcipuè in primis creatis, vti quum creauit Deus Cœlum, & terram, lucem, Planetas, Solem, & animantia omnia. Quibus Viuentibus creſcite inquit, & multiplicamini, & factum eſt. An Magnis lunaribus ſolo nutu præbere non valuit?

Et dum in terris Chriſtus Creator degeret

geret in magnis & Dei proprijs, ſolo etiam verbo idem voluit, & præſtitit. Quum Ventis imperauit, & quieuerunt. Quum aquæ iuſſit in vinum verti, & factum eſt. Quum dixit Putrido Lazaro etiam quatriduano, veni foras, & non quatriduanus putridus, ſed viuens omni animatus anima & ſanus è ſepolcro exiuit, atque obediens comparuit. An hæc maiora ſunt quā in gyrum Solis & Planetarum verti? Imperat aliàs morbis, & montibus, & obediūt omnia. ſicuti ſuis Sanctis etiam maiora conceſſit, & facta ſunt verbo, &c. An Aſtris & Planetis Intelligentijs ſecundis mouentibus cauſis opus erit, quum ſolo verbo, & ſine cauſis operabatur?

Adde quòd ſi Mundus æternus, quod impijſſimum Ocelli lucani, & Ariſtotelis eſt, materia prima ſibi ipſis erit ante Mundi æternitatem, & fortaſſe delirantes athæi ante Deum dicerent; quia materia prima: quoniam Ariſtoteli ex nihilo nihil fit, & conſequenter ob id, nō prima materia, ſed ex alia, & illa ex alia, & proinde, & conſequenter proceſſus in infinitum. Et prætereà Ariſtoteli, cui Deus eſt animal, vt alibi oſtendimus: Et Auerroi Mundus factus eſt motu, & à corpore: Igitur Ariſtoteli & Auerroi, an ex materia prima? ex qua, & inde corpus, & motus. Quæ omnia, per omnia, atque in omnibus impijſſima, & ſimul ſtultiſſima ſunt, quæ Peripateticorum pace dixerim.

Quæ noſtra repplico, ſi vera ſunt, vt per quam veriſſima, Cur, & quomodo Philoſophi ineptiunt, quærentes, (præter dicta, & alia quamplurima) An ex Ariſtotele, Hominis anima ſit immortalis? Ceterùm impijs de huiuſmodi Peripateticis nugis hactenus iamnum.

Verumenimuerò hic & nunc ſat ſcio, quod in Aſylum confugies, vt aufugias. Nimirùm, quòd Theologorum multi, & veteres, & recentiores, Intelligentias Cœlos mouere ſuſtinent. Quamobrem ad hāc difficultatem quum multi multa dicant: Et Sacri Codices de hiſce nihil ſtatuant, nec vllibi de Cœlorum motoribus, & Intelligentijs in veteri, nouoque teſtamento ſermo ſit; & proinde, minimè ſit de fide hac de re, quid ſentiēdum ſit, opinari, propterea alij alia. Ea propter ſi Angeli, rationaliſue anima non ſunt Cœlis addicti, nec addici poſſunt, vt diximus: Addētes, quod alij Ariſtotelicum monſtrum præferentes, dixerunt cœlum & aſtra animata eſſe, (quod Patritius de ijſdem, & mundo credidit, & ſcripſit, præter alios, quæ ſupra nos reiecimus) Veterum ſcilicet, Origenes, Hieronymus, Auguſtinus. Recentiorum Aureolus, Scotus, D. Thomas, Caietanus. Alij contra id negarunt, Damaſcenus, Lactantius, Baſilius, Ambroſius, Cirillus. Alij verò ea in re incerti, ac dubij fuerunt, & quod prius dixerant, reuocarunt. Quod Auguſtino, Hieronymo, & D. Thomæ eueniſſe videtur. D. quidem Auguſtino, quia quum duobus locis ſcripſiſſet Mūdum eſſe animatum, & magnum quoddam animal, reuocauit id, non quidem vt falſum; ſed quia id nec eſſe, nec non eſſe, compertum non haberet, & temere à ſe ſcriptum affirmauit. D. Hieronymus quum primum, Solem vocari Spiritum, lucentemque globum Lunæ, titaniaque aſtra, &c. quia eſſent animata. Attamen Alibi Origenem confutat, quod dixerit, Solem & Lunam, & cetera aſtra eſſe animata. Vt ratione, & hiſce ducibus integrum nobis ſit, credere, & affirmare, Mundum, Cœlum, & aſtra, nec æterna, nec animata eſſe, nec ab Intelligentijs moueri.

Cœlum, vtpote Ignis, Vnum eſt, Par & Sanius Iudicium. Cap. XI.

SI Mundus Empyreus omnium conſenſu vnus eſt, quia intrinſecis ſuis principijs conſtat, quatuor ſcilicet ex elementis igne, aere, aqua, & terra: Et ignis, illud elementum non ſit ab Ariſtotele fictū & imaginatum, vt antiquis ex Sapientibus conſtat, ac maximè ratione, necnon ſenſu ipſo pateſcit. Quando ex hiſce omnia conſtituantur, & in hæcce tota cunctaue compoſita reſoluantur. Tum quia luce, lumine, calore, & motu præſentitur. Tum demum, quia

Digitized by Google

quia nihil eſt in intellectu, quin in ſenſu prius fuerit ad Cœlum quòd attinet: præter quàm quòd ſi datur in natura ſummè frigidum, & ſumme humidum, & ſummè calidum, ſummaque ſiccum dari oportet in compoſito, & ſeorſum. Quoniam ignis vnus, elementum vnum: ergo & Cœlum vnum, ſi cœlum ignis & è conuerſo, vt ex dictis, autoritate, ratione, ſenſuue patet: quia cœli materia vna, eiuſdem vna forma, eſſentialis, etſi plures accidentales ſint, ſicuti ætheris, cœli, ac ignis vna ac eadem materia, & forma: tametſi plures credantur cœli & aſtra, appareantque ſecundum maiorem, & minorem ſui, & eorumdem corporum raritatem, denſitatemue extent. Exiſtant, inquam, denſiſſima ignea corpora, non ardentia; propterea non comam, non caudam, vt cometæ gerunt, ſed creduntur ignes maximè condenſati ſecundum magis & minus, prout oportuit, ac ad Summæ Sapientiæ libitum, vt Solis, Martis dicti, &c. Necnon propter diuerſos, ac alios ob velociores, tardioreſque motus dictorum Aſtrorum ex obſeruatione. Quod proinde non inficiamur, ſed lubenti animo iiſdem aſſentimur: & ſubinde idem nobiſcum probatum innoteſcet ſi Deo placebit. Quando huiuſmodi admiſſa, Vni Cœlo igni nequaquam repugnet, obſtentque; Sed maximè repugnat, atque ſenſui, & rationi ſimul aduerſatur perquam maximè denſum corpus, denſiſſimum inquam Solis Aſtrum, vt cetera aſtra tenuiſſimo ætharis corpori, ſubtiliſſimo, & inuiſili præ tenuitate ignis corpori adhærere, affigi, vniri, vnitum morari, contineri, & perpetuò ſeruari ratione qualitatis rariſsimi corporis, adque rarius iddem reddendum ingentiſsimo ſuo denſiſsimam ob denſitatem calore: ratione quantitatis denſiſsimum corpus; necnon ponderis; quando in maiori materiali quanto neceſſario & longè maior ſubſtãtia, qualitas, & quantitas omnes ſecundum dimenſiones, & deinceps pondus ſi ſanus ſum, quod Cœlorum numerum de medio tollit, quicquid Aſtrologi dicant, vt infra innoteſcet.

Quandoquidem quis ſanæ mentis homo aſſerere, immo credere (ni quia alij id credant, blandianturque) audebit, maximè denſum, maximum corpus Solem, ſeu e.g. an tracẽ ignitum carbonem ſubtiliſſimo aeri, nedũ ſubtiliori flãmę ignis adhęrere, inquam, immò ab ipſo cõtineri, quinimo ſuſtineri, duci, & Cęli motu portari? Dices, antrax eſt ignis ardẽs in aliena materia. Eſto, quod nobiſcum facit, ſed quid refert ad denſiſsimum Solis corpus, Aſtrũ maximum tota terra longè maius, ſi cęleſtis ignis terra centuplo maior eſt, vt referunt. Quod propterea ſi paululum ſtaret, totum in ſe ſe aerem conuerteret, aquam ſugeret, ac terram vniuerſam in cinerẽ ſui maximam igneam ob denſitatem conuerteret, ni Dei manus impedimento foret, vt quandoque fuit, & quandoque ignea pluuia monſtrauit. Quoniam in Dei mirabilibus verſamur & ſumus, debili tamen noſtro pro captu, vt ſpeculari id debeamus, vtpote præcipuè noſtrum domicilium, ita faxit, qui nos fecit, vt ſpeculatione aſſequamur, & tandem id conſequamur?

Fateor profectò Cęlum, ignis ſcilicet corpus (non de Dei, & Beatorum ſede loquimur, quam Theologis relinquimus rariſsimum fore, quod vt alibi reſpectu aquæuitæ ignis, qui etſi ardens ſit, nedum ſtuppæ, paleæ, ligni ne roboris quercus dicam tenuiſsimus extat, quanto magis puriſsimum, rariſsimumque ignis elementũ, minimèque ardens erit, ac vt quod ſub obtutum, Cœli, inquam, (non aſtri) minimè cadat. Quod ſi Dei inde Sapientia, & omnipotentia denſiſsimus factus ſit innumeris in locis, & partibus Planetis, & ſtellati Cęli infinitis ſyderibus, vt perquam maximè actiuitatis in Sole, & aſtris ad huiuſce Empyrei mundi generationes, vitam, & conſeruationem, ſuo perquam velociſſimo motu, & occyſſimo breuiſſimo curſu Sol, inquam, vniuerſum vigintiquatuor horarũ ſpatio percurrat & aduolet, ſi tali etiã volantis vocabulo, & voce vti liceet, ne minima quiete etiam velociſſimæ

D hirun-

hirundinis aduolatu omnia deſtrueret; quando tanta eſt firmamenti in Æquatore velocitas, vt Aſtronomi ſupputant, vt hora vna cõficiat milliaria 42398437 cum dimidio, quæ velocitas profectò, ita ingenij humani captum omnem ſuperat, vt neceſſe ſit, eam impoſſibilem haberi.

Quòd in Cœlo animalia maiora cuiuſcunque generis, ſpecieiue terrenis ſint, quod nonnulli audent: Et homo rationis particeps, ijs quamlongiſſimè culice, acaroue illorum reſpectu, non admittentes aſtra ſydera animalia fore, vt ſupra diximus: quis nebulo id credet? Eſto in Cœlo inibi in igne elemento maxima corpora, quia ſic conducebat ad inferorum generationes, vitam, conſeruationem. Et quia animalia innumera ſic magna, & maiora, efficere, creareque Deus poteſt; Sed cuius generis viuentis in Cœlo? Et quid ſi huice, de quibus loquimur corporibus, philoſophari detur? quando mera monſtra, hæcce, imperceptibilia, ac vt maximè ſordida nec ſubodoranda quidem, Quando talia ſimilaria, homogenea, ignea animalia exiſtere poſſe non capimus, quà ſimilaria, homogenea, ignea, ſimplicia inquam, & Ariſtoteli ſine potentia, niſi ad vbi: quæ nobis penitus impoſſibilia, & prorſus inepta ad quamlubet (præter elementalem formam) viuentem, nedum intellectualem formam, philoſophicè, & non plus vltra loquentes.

Ignis, qui Cœlum dicitur ſuapte natura in gyrum vertitur.

Par & Sanius Iudicium. *Cap. X I I.*

ARiſtoteles dum cœlum ſimplex corpus eſſe conſtituere vult circa quatuor elementa diſcurrens ſtatuit, illorum aliquid eſſe non poſſe, ob alium à circulari motum: quoniam illorum motus à grauitate, & leuitate oriuntur, ac à medio, & ad medium. Proinde cęlum nec grauitatem, nec leuitatem habere (non propterea aliam ab iſtis ſimplicitatem habere dicit, docetque. Immo in tex. v. omnibus mobilibus corporibus, Naturam principium motus tribuit: quare materiam eamdem, & materialem formam tribuit) & poſt multa de accretione, minutione, mutationibus, paſſionibus: quod ingenitum, incorruptibile, quod non mutatur, non patitur, ſed ſempiternum, quia abſque contrario, & ſine contrario motu, ſi quis (inquit) ſuppoſitis credit.

Quibus omnibus ſuis falſis ſuppoſitis, (nobis ſaltem) quum minimè credamus, propterea hic, & nunc inficiamur cœli motui, verſationi ſcilicet, nullum contrariari motum. Non ſolùm quia cęli primi mobilis motus, Ariſtoteli ignotus, reliquorum cœlorum motibus contrariatur omninò (vt aiunt, & Aſtronomorum communis eſt ſententia, quam nos non recipimus, immo reiecimus) & remoratur inquiunt: alias præter plurimas contrarietates à Patritio allatas, vt nos ſupra. Verum etiam quòd elementorum motus omnes ſibi eiſdem viciſſim contrariantur, vt eorumdem motibus ijdem motus, ſingulis etiam poſita leuitate, & grauitate iure ſuo, vt infra ſenſatis exemplis conſtabit: quemadmodum ſuppoſitis eiuſdem erroneis, omnia innoteſcent. Non ſecus ac ſi diceremus, Cancros retrorſum gradientes à captoribus fugientes, contra quàm cetera bruta terga vertentia, ſapientiores fore, contrarium ob motum, quia ſibi, & fugæ conſulant, quia retrorſum gradiuntur.

Primùm itaque dicimus omnes etiam elementorum motus indifferẽter ſeſe habere, hoc eſt, modò ſurſum, modò deorſũ vergere, prout eorum natura, & occaſio fert, ſicuti infra patebit. Propterea Cœlũ, hoc eſt ignis elementum ſuapte natura verſari, & circulari, ſua inquam naturali verſante fouea, non vt noſtras ignis, qui vtpote impurus, & in aliena materia, & ſurſum & deorſum fumum ſequẽs, vergit;

Pro-

Digitized by Google

Propterea & paruæ actiuitatis, & minimi, ac tardi motus eſt, vtpote inquam impurum elementum, ſi ſenſatis quis credit, & ratio teſtis ijs eſt, & certò apparentia teſtes eſſe etiam rationi, contra quàm Ariſtotelis chymærica.

Elementorum eſt moueri à medio, & ad medium, leuitate aſcendere, grauitate deſcendere. Attamen ſi à rei natura ſpeculemur; aliqua etiam de cauſa contrarium obſeruabimus: Nimirum leuia deſcendere, grauia aſcendere. quid tum? Quis in aeris fractione, in corruſcatione ignem deſcendere non videt? Ecquis non cernit eũdem deſcendere in noſtrati igne, ſi charta in ſuperiori ſui parte accendatur? Si ſudariolum (vt ſupradiximus) aquauitæ perfuſum ſuperiùs ſimiliter accendatur? Si extincto candelæ lumine flamma, fumo infra flamma approximetur? Quis odores, aqueos vapores, terreas exalationes aſcendere ignorat? Vnde nebulæ, pruinæ, pluuiæ, grandines, &c. Vnde fulmina animalia trucidantia, arbores, & lapideas turres quinetiam frangentia? Quis vacui ratione grauia aſcendere non experitur? Amplius ſi terram fodias, aqua inferius deſcendet: ſi terram tollas, lapis inferius deſcendet.

Præpoſterè igitur dictum eſt elementa vt ſimplicia habent vnum motum: Ergo illis alius non competit in orbem: Igitur ponenda eſt quinta eſſentia alia à quatuor elementis: quoniam non eſt de elementorum ratione in ſua ſphæra moueri, ſi intelligis. Vt patet, quando in ſuo loco: quum nec aſcendere, nec deſcendere per Ariſtotelem poſſint, niſi ab Intelligentia in orbem moueantur, competet illis talis motus, vt ænea de ſphæra patet.

Sic pari paſſu, ſi primum cœlum, Lunæ nimirum tollere, & ratione auferre poſſes, aer ſuperior aſcendet. Cur ita inquies? quia locus ſuppetit, vt cuicunque proximo ſit aſcendere dato & poſito loco ſuper aerem, ſuapte inquam, natura.

Si igitur ignis elementum Ariſtoteli datur, & certò eſt, vt apud omnes conſtat, idque rationi, & ſenſui manifeſtum eſt: Quando quatuor ex elementis omnia, vt diximus componantur, & conſtent, & in eadem reſoluantur cuncta: Et noſtras ignis illud non ſit, plurimas ob dictas ſenſatas cauſas, & rationes. Neque Ariſtotelis imaginatum & fictum illud ſub Lunæ orbe admittitur, vt ſimiliter conſtat; ſed aliud abſolutè neceſſarium elementum requiratur, quod hæc in infinitum agere, ſeruare, conſeruare, & generare poſſit, ac debeat, & proinde hæc diu, noctuque percurrere, & vbique eſſe, & fouere, atque ſe ſe ſingulis communicare, vt ſimpliciter neceſſarium, quod & Ariſtoteles, inſcius tamen, quandoque protulit, quum dixit, Sol & homo generant hominem. Vnde Albertus Magnus de animal. lib. 2. tractat. 1. cap. 4. inquit, Ignis ad generationem animalium locum deſcendit, quia radij ſolares ex repercuſſione ſuper locum generationis ignis calorem efficiunt, vt oſtenditur in ſcientia de ſpeculis comburentibus. Qui Sol, quæ ſydera, qui cœli ignis ſunt quartum puriſſimum elementum inferiora omnia peragrans, fouens, conſeruans: Attamen generabile & corruptibile, ex dictis vt patet, quodque ſecus ſanæ mentis homo conſtituere nequit, ſi quæ diximus ſenſata ſunt, quemadmodum ſunt, & veram conſiſtentiam habeant Ariſtotelis miſſis nugis, quod mundus ingenitus, ingenerabilis, incorruptibilis, ſempiternus. Cur quæras? quia inquit contrarium non habeat. Omnia vanitatum vanitas: quoniam cœlum genitum, & corruptibile, quia contrarium habet, atque perpetuò generatur, & corrumpitur, vt cetera elementa: ſicuti de Solis radiorum igne elemento continuo interitu diximus, & conſtat.

Nec quicquam Ariſtotelis nugæ de motu in orbem obſtant: Quando & Ariſtoteli, immo ſenſui, & rationi magis aduerſatur impurorum elementorum omnium dicti aſcenſus, & deſcenſus, (ſibi

Digitized by Google

contra naturam) quàm puriſſimi, & ſubinde actiuiſſimi in gyrum verſio?

Vnde ſi impedimentum ſit, cetera etiam materialia elementa ſic in orbem mouentur. Vt de aquarum in gyrum motus oſtendimus, & explicuimus, quemadmodum & de ventorum circulationibus quandoque viſitur. Quid mirum igitur, quod ſumma Dei ſapientia (naturaliter loquimur, & à natura rei, inquam, quia athæis loquimur) plus vltra, ac magis ſurſum ignis elemento non dederit, vt in gyrum ſuapte natura verteretur inferiorum omnium gratia & cauſa, poſitis Solis, & ceteris ſenſatis ſyderibus, Planetis hæc peragrantibus inferiora diuerſis motibus Sua, inquam, Sapientia? qua eorum (planetarum) Conditor Deus huiuſmodi ordinatum ſitum, & motum in gyrum præſtitit, à cuius prouidentia non datur receſſus, nec in ordine, nec in motu, vt per cœlum, id eſt tenuem ignem aduolent, vt antrax ignitus carbo per noſtri ignis flammam proiectus permaneret. Secus nos capere nequimus, niſi cęcutientes & delirantes athæi volentes fiamus, & nos fatuos declaremus, vt Ariſtoteles demonis, oraculi conſilio & opere, à Triſmegiſto, & alijs antiquioribus, ſeque ſapientioribus veritatem docentibus rebellis: Vnde vbique talia.

Quum itaque cœlum ignis elementum maximam ob ſui actiuitatem ſtare loco neſciat, poſſitque ſua mouente, agenteque actiuiſſima omnium forma, vt quid non verſabitur, in gyrum non mouebitur (ficta abſque anima intelligentiaue) ſuapte natura? niſi quieſcere velit, quod puro igni elemento in ſua potiſſimum ſphæra repugnat (quicquid Iacobus Zabarella: Videlicet, quòd talis motus ſit potiùs ſupra naturam) quod priùs D. Thomas 1. de Cœlo l. 4. c. 11. ſic protulit, Ignis & aer mouentur in gyrum nec motu naturali, nec contra naturam, ſed ſupra naturam (& cum Ariſtotele, quòd elementa moueātur ad ſuum locum, tamquam ad formam.) Nonnę Ariſtoteli, immo ſenſui & rationi magis aduerſatur impurorum elementorum omnium, repplico, aſcenſus, & deſcenſus dicti, (quia ſibi contra naturam) quàm puriſſimi & ſubinde actiuiſſimi in gyrum verſio? Quando in orbem motus non ſit ex mobilis fine, ſed mouentis naturæ, talis formæ competens. Quoniam inibi, in ſua dico ſphæra, nec ratione loci ſurſum, nec ratione pabuli deorſum, recta moueri poteſt, vt extra. Quam ob rem in orbem mouebitur abſque repugnantia: Igitur, inquam, Ariſtotelis ex motu, illatio, non neceſſaria, quia motus in orbem à cœli Intelligentia, animaué non eſt contra Ariſtotelem. Picolomineum, & communem ſententiam, ſed ab ignis natura forma in propria ſphæra.

An igitur docentium autoritas, an verò adiſcentium credulitas ſic homines etiam Sapientes remoratur, quemadmodum Ecneis Remorra piſciculus nauim cunctari aiunt, & docent? An ſimiliter autoritati ſtabimus, quòd pars Dei ſcilicet, Corpus Dei eſt cœlum, quod impium Ariſtotelis impietas voluit, vt videre eſt apud Ioan. Franciſ. Pic. Mirand. lib. 6. de Vanit. doct. Gen. c. 17. p. 1237. quemadmodum ipſum Deum animal dixit, quod ibidem iiſdem Picus ex plurium Sanctorum autoritate probat. Sed iam impiorum impia mittamus; hoc infra explicatuii cap. 17. & veram Cœlorum hiſtoriam proſequamur.

Cælum Corruptibile eſt, vt cetera elementa, Proinde Ariſtotelis, & Communis Opinio euertitur. Nihilominus vt creatum ſeruatur, & quo modo.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XIII.

Adeò horrent & formidant cūcti Philoſophi de Cęli corruptione, vt concorditſſimè ſtatuant omnes, corrumpi non poſſe quia contrarium non habet: propterea cuius materiæ ſit cœlum, cuncti diſcordāt: quoniam ex Ariſtotele non colligitur: hinc aliter Thomei, aliter Scotei ſtatuunt ſecus Auerroes quintam eſſentiam cū Ariſtotele affert, & mordicus eam ſuſtinere nititur. Quas ſententias confutare, & diluere non aggrediemur: quoniam in alia omnia eūtes a rei natura. Propterea ſat cōtrarium alle-

aſſerere, ac ipſo ſenſu id oſtendere. Quando nobis omne ſenſile,& materiatum corruptibile ſit, quemadmodum cœlum eſt, vt quod nobis per ſe lucet, calfacit, & vrit, propterea contrarium habere, & corruptibile eſſe manifeſtum eſt.

Proh dolor, quò calamitates ventum eſt? Hoc ſenſus docet, & tamen quia Ariſtoteles aliter, cœlum motu, & lumine calfacere ait, & non quia ſuapte natura calidum, contrarium ſentiunt omnes: & ſic perpetuum, ingenerabile, & incorruptibile eſſe tota philoſophantium caterua ſecum ſentit, & ruit.

Quo modo Bone Deus corruptibile (arbitratu etiam ſuo, poſito cœli contrario) ſi ſupra omnes cęli dicti, & crediti (oſtendetur) eiuſdem ſunt rationis, & ita ſupra ſine contrario? Aſt infra ab aere omnino debiliori, & minimæ actiuitatis corrumpetur? qui & aptior proinde & promptior interrimi, quàm corrumpere. Vnde rectè dictum eſt, ſuperior aeris pars potentia eſt ignis, id eſt calidus & ſiccus ad ignitionem aptus. Alex.Aphrod. 1. meteor. c.10. comm.33. & Auerr. ibid. cap.4. Aeris, inquit, duo ſunt loca, vnus ſuperior, vbi cometæ, & flammæ: alius, in quo fiunt pluuiæ, nix, pruina, grando, & Albertus Magn. de elementorum propriet. Aer purus, inquit, occidit, qua de cauſa, montes altiſſimos aſcendentes philoſophi ſpongias aquis intinctas ante nares ſecum portarunt, vt per has craſſior inſpiratus aer eſſet. Secus addimus, quòd Luna ſuo tardiori motu ſolares radios reflectendo aerem vreret: propterea Dei ſapientiæ decreto epycaumati, aeri ſemi ignito proxima, & eius reflexi radij continui, vt cetera elementa adinuicem ſibi cõtinua, ſi mũdus eſt vnus.

Et ſi corrumpatur, tametſi debitam temperationem, reſiſtentemque propter humiditatem ſui ex parte, & vlteriùs Lunæ & Solis velociſſimum ob tranſitum, ſenſim corrumpatur: quam ob rem ſic aer reſiſtit, & conſeruatur ab inferioribus vaporibus aſcendentibus, atque in eorumdem ſyderum abſentia, augetur. Quod adhærentium multorum ex ſententia probatur, confirmaturque aſſerente, Viam lacteam Galaxiam ſic videri & apparere maxima ex vaporum copia eò loci aſcendentium, quod nos iuuat, illos iugulat. Quippe quo modo illos quæſumus, aſcendentes è terra, aqua, & aere, vapores maximum ignis elementum tranſcendere eorum iure, & ad lactem viam peruenire queunt, quin antequam dimediatam ignis elementi partem tranſeant, conſumentur, atque in ipſum ignis elementum abeant, & cõuertantur? Soluant ſi valeãt; Sed quò digreſſa, eo reuertatur oratio.

Verùm amabo te candide lector, Vnde tot anguſtiæ, & trepidationes de cœli contrarijs, & eiuſdem corruptibilitate? vnde tantus timor, tamque maximus tremor, vt cogamini ingenerabile, & incorruptibile cœlum ſtatuere, & propterea ſempiternum fore, quia contrarium non habeat?

Ceterùm dic ſodis Peripatetice, Auerroiſta, vnde trepidatio hæc inquam? Quid ſi nos (non ex fide, Sanctis Scripturis, Sanctiſque ipſis) à natura rei poſitis, Mundo, & Cęlo contrarijs, & mundum & cęlum quinetiam ſemp terna fore aſſeramus?

Quid refert terram, aquam, aerem, ac etiam ignem contrarium habere, & corrumpi quinetiam? an propterea non ſempiterna? An viciſſim non agunt, & patiuntur? Nunquid ſubinde propterea non ſeruantur, & ſempiterna ſunt à parte poſt ſuis cum contrarijs?

An quæſo te, aer in media ſui regione corrumpitur? Nunquid aqua in profundis maribus, fontibus, fluminibus interit? An in ſui centro mõtes, lapidei quinetiam, atque in profundis terra ipſa abeunt, & corrumpuntur, ne dicam ponè ſuperficie? An quia contrarium habent in nihilum reddiguntur?

Eapropter ſi cœlos contrarium habere conſtituerimus, ſicuti cetera elementa, peribunt omnia, aut ſempiterni non erunt? Eſto igitur habere contrarium, ſunto corruptibiles, quid inde? Quid

D 3 hinc

Digitized by Google

hinc homini, & Naturæ damni, ac detrimenti? bene ex Ocello, Ariſtotele, & atheorum fraudolenta contraria ſententia humano generi omne malum, omniſque pœna (quod abſit) emergit. Quoniam ſi mundus, ſi Cœlum ingenita, incorruptibilia, ſempiterna, etiam infiniti homines, vt ſupradicebamus: ergo mortales: quoniã Cœlum finitum infinitum non capit: Et proinde homo beſtia, & Mundus pro beſtijs ſolummodò factus. Igitur Deus, aut eius opus non laudandum, vt alia multa abſurda ſequantur, &c.

Dicet aliquis Peripateticus pro magiſtri defenſione, Hominis animæ vtpote immateriales locum non occupant, eapropter Cœlum finitum, infinitas continebit. Hæc reſponſio nulla, non ſolùm quia hoc noluit, nec credidit, ſciuitue Ariſtoteles; Verum etiam quia corpora reſurgent, eius præter ſententiam, vt aliàs diximus, & animabus vnientur. Dices pro Ariſtotele, hoc ignotum antiquis Philoſophis fuiſſe? Hoc reſponſum falſum: quoniam probi & doctiores antiqui Philoſophi hoc nouerunt, & faſſi ſunt; Sed Ariſtoteles athæus humanorum corporum reſurrectionem auditam non recepit, ſed inficiatus eſt. Vnde Triſmegiſtum, Democritum, & Alcmeonem eã confeſſos & ſcribentes irriſit, vt in eius vita à nobis deſcripta patet, quodque ex Triſmegiſto & alijs Sapientibus ſatis conſtat, quemadmodum illius Ariſtotelis adhuc magis impia: præter ea quæ prius Dauid Pſal. 95. ait Iudicabit Orbem terræ in æquitate: & populos in veritate ſua, vt aliàs ſæpe.

Cælum ſuapte natura corruptibile, quomodo, quando, & vbi oſtenditur, & conſequenter ad formam in potentia eſt.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XIV.

PHiloſophi cum Ariſtotele de Celi interitu adeò expaueſcunt omnes, vt inde perteriti, Cœlum chimæricum conſtituant, aduerſus Deum, Naturam, atque Sapientiores antiquos Philoſophos. Vt propterea nos, nec ita eſſe ſuſcepimus, nec poſſe, à rei natura ſatis dilucidè ſi ſubtiliter quæratur, innoteſcere poſſe oſtẽdimus. Vt ſatiùs & potiùs fuerit fateri, Cœlum contrarium habere, & corruptibile eſſe, quàm ſomnia commentari aduerſus Veritatem. Immo quod plurimi refert, à ſuo nihilominus contrario tueri proximo potiſſimùm, dummodò ſtare loco ſciat, in quo tutũ profectò eſt, hac, inquam, conditione ac lege. Sin verò exulari, & ſuos extra limites, ac ſua confinia egrediatur, eaque frãgat, Diuina ex prouidentia ad legem mittatur, à contrarijs vexetur, donec ibidem in viuentium, mixtorumue carceres impinctũ ſeruetur, aut ibidem intereat pro Mundi conſeruatione, atque viuentium generatione, conſeruatione, & ſalute, ſi à rei natura philoſophemur inquam.

Quibus ſic poſitis, Philoſophorum Celi fictitia trepidationem nobis nõ incutiunt, quoniam ex eo, quòd Cœlum contrarium habeat, non ſequitur eidem interitus periculum imminere. Etenim extra Celum quũ nihil ſit (niſi fortaſſe Dei lux & ſplendor) ſuperiores inimicitias, & contrarietates Cœlum non habebit, ijsque affici poterit. Infra, Cœlo aer contiguus eſt; At aer calidus, & ita aliquo modo promptus ad vlteriorem caliditatis gradum recipiendum, paruæ eſt actiuitatis, minor quantitate, nõ continens, ſed contentus, & eo loci immobilis; Eapropter tantum abeſt, vt aer Cœlum in ſui naturam, materiam, & ſubſtantiam conuertat, ac corrumpat, vt potiùs, & perpetuò ab ipſo ſuperetur, & in illius naturam conuertatur. Quocirca contrarium habere aerem ob humiditatem non vrget, nec neceſſitatem arguit, imponitque à contrario vinci in domo ſua, in propria ſphæra. At extra confinia ſi egrediatur, alienaque ingrediatur, debilior factus ignis, à copioſſi, maiori hoſte, & ſuam extra ſpheram circumuallatus, vincitur quidem; ſed tunc non eſt Cœlum, ſed radius, ignis flos, ex aeris portione, aucta quæ in dies, & continuò ignitur Celo ſuperflua; Atque talis ſic ignis flos, quem radium diximus, in hæc inferiora funditur, & tranſmittitur ad omnium

nium

Digitized by Google

nium ingreſſum,& congreſſum,ad animantium,& animalium vitam,& conſeruationem:ad mixtorum ortum,ad conſeruandũ, & augendum generationem, & ſimul fouenda & ſeruanda viuentia: Atque ad Mundi pulchritudinem retinendam & ſeruandam animalibus omnibus,homini potiſſimum media luce,ad vitam,inquam,ſenſum,& intellectum. Quam ob rem vt mixtorum,& animantium ignis continuò interit, & in aerem potiſſimum abit, & conuertitur:ita & alius cęli ignis perpetuò ſuccedit, radius nimirum ſolaris, qui partim mixta, & animalia conſtituit: partim corrumpitur ſemper, atque in aerem;aquam, & terram tranſit: Et ita elementorum, mixtorum,necnon animalium ortus, & interitus viciſſim ſequuntur,ſicuti & Dei ſumma Sapientia,atque maxima Mundi perfectio expoſcunt. Et ſic ceteris elementis corruptio aduenit ſuam extra ſphæram,elleuatis ſcilicet vaporibus, & exalationibus ſuis extra locum,& ſphæram inquam, vt Cœleſtis ignis radijs deſcenſis, germana ex Philoſophia.

A Cælo Igne nec Vniuerſum,nec quid minimum comburitur deſtruiturue.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XV.

SI Cœlum eſſet ignis inquit Ariſtoteles,hæc inferiora vreret. At per Ariſtotelem elementum ignis ſub Lunę ſphæra (etſi perperàm poſitum) aere decuplo maius: Quare poſito ignis elemento ex Ariſtotelis ſententia, & aere longè maiori, Cœlum quamlongiſſimè hiſce ab inferioribus diſtaret. Et ſi Cœlum ignis ab hiſce ſibi ſic(nota)remotiſſimus, hæc in inferiora,vtpote remotiſſimus,ignis,inquam,vreret:eo magis & (nota inquam)faciliùs, ac promptiùs ignis elementũ ſub Lunę ſphæra ab Ariſtotele collocatum(à cęlorum motu motum) quatenus hiſce inferioribus vicinum,immo proximum & contiguum, vt Cęlum remotiſſimum,poſito inquam ignis elemento ſub Lunæ ſphęra aere longè maiori,quod ſic quatenus proximum, & contiguum Ariſtoteli omnia deſtrueret. Quẽadmodum dicemus nos omnimodè aduerſus Ariſtotelem,etiam ablato & abiecto ficto ſuo ignis elemento ab ipſo ſub Lunæ ſphæra poſito, alias præter à nobis dictas, & dicendas cauſas vſtionem impedientes. Quoniam Ariſtoteles,nunc ad rem,de Sole proximo loquitur, qui longiùs abeſt, quod ipſe ignorauit: quippe qui ſuper Lunãm, Mercurium, & Venerem reſideat Ariſtotelis præter ſententiam.

Et tamen Cœlum ignis orbis inquam, non vrit,quoniam Cœlorum, orbium, dico,omnium corpus, ignis depuratiſſimus, rariſſimus, ſubtiliſſimus eſt, vt vrere non poſſit, quemadmodum de igne in aquauitæ, ſeu ardentis accenſo non vrente dicebamus, tametſi non ita purus, & in aliena materia ignis ſit,& actu ardens. Propterea hic cœleſtis depuratiſsimus mixta, & viuentia ingrediens viuificat,dat eſſe,& vitã præbet indiſpoſita à ſe ſe materia, ſicuti in putridis vſu venit, & obſeruare eſt: Quod de Solis radiorum, & luminis (non luminis,vt ex Ariſtotele) calorem dictum puta: non de Orbe Cœlo,vt Lunę orbe aeri proximo & contiguo rariſsimo,inter quos continuo fit pugna,& tranſmutatio: Quò loci aer ab ignis contactu,& benigno calore euincitur: Non è contra eo loci, quoniam ignis maior, maioriſque inibi actiuitatis eſt, non multæ tamen, propterea quòd vt diximus rariſsimus,& remiſsiſsimi proinde caloris eſt. Obijcies, *Obiectio*

Si radiorum reflexione, repercuſsione, refractione à Sole tantummodò calor, Luna non calfaceret,quod miſtici,& piſcatores obſeruant, & aſſerunt. Reſpondetur, Lunę,& eius orbis calorem ad nos nõ peruenire,etſi orbs ignis,& eius ſydus Luna, quia mitiſsimus calor ob aeris,& cum aere cõtactum, quem eidem proximum igneum vocant, vt ſupradiximus:hocque patet eclypſis,defectionis tempore, quo nec calfacit,nec lucet,quam ob rem quidam dicunt, refrigerare, quod falſiſsimum, quoniam orbs ignis & ſydus ſunt. Et vlteriùs poſt eclypſim, defectum, mutuatis à Sole radijs

dijs

Digitized by Google

dijs & illuminat, & non parum calfacit per eorundem reflexionem.

Quum autem cæleſtis ignis, non orbis rariſſimi, ſed præcipui ſyderis, Solis inquam, radij vniuntur, & denſiores fiunt, vt in, & ex antipariſtaſi ſi per phialam aqua plenam tranſeant, aut pulitiſſimum corpus ſpeculum percutiant, recta reflectentes diſpoſitam materiam, fomitem ante ſpeculum, aut ponè phiala in certa & ſtata diſtantia occurrentem reperiant, tūc non amplius rariſſimus eſt radius, à quo viuentibus vita, & conſeruatio, ſed maximè denſi, vniti, refracti, duplices, vt verè ignei radij, ac ignea corpora, à quibus noſtratis ignis fomitis ignitio, & rei diſpoſitæ interitus, ac in ignem tranſitus.

Sin autem multiplicati radij tenuiſſimum, rariſſimumque permeantes aerem non reſiſtentem, quem propterea non calfaciunt, Reſiſtentia percutiunt, lapidem, ferrum, lignum, aquam, animalia, & è repercuſſione reflexione, refractione, quæ corporis ignis ſunt, dubio procul calfaciunt. Non aerem tamen (niſi reſiſtenti corpori proximum) ſui ob raritatem, & propter antipariſtaſim, qua reſiſtit, & humiditate ad refrigerationem (ſano intellige modo) quoquo pacto facit: quia temperatum & tepidum frigidi vicem gerit, potiſsimum aqueis receptis continuò vaporibus. Qua de re, vt certior fias, & vt dicebamus e.g. Sudariolum ſi aquauitæ perfuſum igne accenſum intuearis, maximè album videris, & præterea aquamuitæ vrentem, tuæ abſque manus, & ſudarioli læſione aquæ ob raritatem & puritatem experieris, & obſeruabis, tametſi ignis ardens & in aliena materia ſit. Hæc ſenſata, vt tergiuerſari non poſſis.

Cœleſtis autem ignis in hac aeris regione ſuperatur: quoniam ſolares radij à proprio fonte, Sole, longè, & quamlongiſſimè diſtant, & ſenſim, ac iugiter in ſplendorem, ac lumen (quæ rariores ignis partes, ſeu ignis ſpecies nobis re vera ſunt, vt demùm in aerem (non multiplicati radij) abeunt, & conuertuntur) quo modo diximus (nota) citrum, pomum maturum in vapores reſoluitur, (hinc odores nutrientes, inſtaurantes, ſicuti de enutrito inſtaurato per diem Socrate ex recentis calidi panis odore, dictum eſt) & ſic pomi ſubſtantia inſenſibiliter euaneſcit. Et itidem rariſſimus eo magis ſolaris radius in ſplendorem & lumen, ac demum in aerem conuertitur, Qui ignis in ſua ſphæra, ſiue Orbe, ſiue Solis lux, & radius à proximo & contiguo aere euinci ſupra & ſuperari aſſertu fatuum foret; attamen contraria, & pugnantia, atque mutua actio inter ipſa etiam fit ſemper, vt vnius ortus, alterius ſit interitus, & è contra alijs nihilominus in locis & poſitionibus, ſicuti diximus inferioribus in partibus. Non tamen Naturæ, Cœli, Mundi deſtructio imminet, vt Ariſtoteles minatur ex cœlo igne, Quando vt ratio dictat, necnon ſenſus teſtantur, atque ex dictis patet, cœlorum & Solis motus perquam maximè velocior eſt hirundinis ocyſsimo volatu, imò vt ex dictis patet, nulla comparatio eſt. Et periculum quando libuerit facies, certuſque fies, ſi per ignis flammas ſaltantes intuearis, & obſerues, aut tu ipſe igneam per flammam ſtuppam velociter manu ducas vlla abſque illius læſione, & pili iactura reduces. Eo minus maximum ignem Sydus ob ocyſsimum ſui motum, & tranſitum nihil vrit, ſed omnia vt diximus conſeruat, & ſuo velociſsimo tranſitu temperato calore vitam præſtat, conſeruat, & generationes parit.

Vt perquammaximè mirum ſit, hæc diu, ac perpetuò iamnum ex deprauata Ocelli, & ceterorum mentis imaginatione ſic recipiantur, & omnes ad vnum, Peripatetici ſaltem, vt Grues, & balantum more talem prauum Ocellum minimè oculatum ſibi conſtitutum ducem ſequantur, atque mordicùs ſuſtineant. Cuius proinde, & quorum maximam audaciam capere non poſſumus; Vt quod hactenus quoque à tam doctis & celeberrimis Latinis Viris viſum & exploſum tam impium dogma non fuerit: Si modò Homo Microcoſmus, & Coſmi princeps, atque non mortalis beſtia, vt ex Ariſtotele, & ſequacibus colligitur;

Digitized by Google

gitur: Immo qualubet beſtia inferior,& infelicior, vt nos rationi maximè conſonum duximus,& diximus, Ariſtoteli ſi crederemus.

Quia Cælum ſiue Cæli, ignis, elementum ſunt, inferiora ſeruantur, & generationes fiunt.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XVI.

SI Deum ſummam Sapientiam credimus, vt rationis participes, certum quoque habebimus, vt communiter fertur, Deum nihil fruſtra facere, ſed ſemper quòd ſatius eſt,& ſummè perfectiſſimè omnia, nimirum in numero, pondere,& menſura,& vlteriùs ſi datur, Vt maximo in elephanti, atque in minimo Acaro animalibus videre eſt. Vt maximum id, & minimũ hoc admirari poſsimus, vndequaque verò eius ſapientiam intelligere & noſſe, nequaquam: Quoniam noſtri oculi veluti veſpertilionis ſunt, & Sapientis intellectus, ceu fatui hominis: Sicuti hìc, & nunc de hac Ariſtotelis Cœli philoſophia aſſerrere poſſumus; tametſi omnium Græcorum Philoſophorum collectio, & cumulus ſit, (arbitratu tamen ſuo) quemadmodum in illius vita à nobis deſcripta facilè & certò colligere eſt; quamuis pro illius iudicio, omnibus eorum viſis, auditis, & lectis ſpatio viginti annorum, ac etiam vltra, deteriora ſequutus ſit, vti in præſentia ſuum iuxta illud allatum problema, videlicet, Cur homo maximè aliud intelligat, aliud faciat. Ad rem,

Si Deus inquam Summa eſt Sapientia, ac omnia in numero, pondere, & menſura perfectiſsima operatur, vt iam diximus, quî quæſo te mente concipi poterit, Cœlorum numerum (ab Ariſtotele ignotum) non ſtatuiſſe; eorum pondus, & vim (Ariſtoteli ignota) ignoraſſe: atque menſuram (Ariſtoteli penitus ignoratam) neſciuiſſe credendum, etiam bardis, præter atheos ſtultiſsimos?

Vt demùm optimè Diuina Sapientia fabricata ſublunaria, à ſua creatura, à cœlo igne quarto elemento deſtrui, peſſum iri, atque comburi permiſerit, atque voluerit?

Quod vt ſuperiùs diximus, non alia dicta de cauſa cum Ocello Lucano ex plebe Philoſopho Ariſtoteles egit Sapientibus relictis & abiectis immeritò, vt patet, ac niſi vt hominem perderet à ſuo Oraculo cõſultus, atque adiutus; Quia ſcilicet mundus ſibi ingenerabilis,& incorruptibilis, atque ſempiternus, & proinde hominis ab æterno innumeri geniti & procreati, necnon infiniti progignendi, & conſequenter ipſum cœlum finitum, ac vtpote finitum, infinitũ, infinitos hominis capere, continereque nequit,& deinceps homo mortalis, vt ſæpius protulit, corporum reſurrectionem, atque Sapientes antiquos ipſam aſſerentes,& Democritum,& Alcmeonem potiſſimùm deridens, vt in eius vita cõſtat. Quam reſurrectionem clarius Triſmegiſtus docuit, vt ſupra c. 2.&c.

Enimuero ſi ignis elementum Ariſtoteli ſub Luna, vicinum hæc inferiora non vrit, nec calfacit quidem, ſub Luna dico poſitum aeri contiguum, quo modo poſito ſibi, inquam, ſub Luna ignis elemẽto, proinde dico lõgè remotius lunæ Cęlum comburet, Orbs, inquam, qui nec ſub aſpectum cadit? Et ſi ignitæ exalationes in aere ardentes, ignes ſub obtutum cadentes,& viciniores trabes, capræ ſaltantes,& cometę ſtantes, dico, nõ comburunt etiam ibidem diu permanentes, quo modo Cœlum ignis maximè diſtans, (ob poſitum ab Ariſtotele ſub luna magnum ignis elementum) purum, rarum, proinde inuiſile cremabit?

Obijcies, Sol maximum ſydus denſiſsimum, cuius circulus ambitũ ſtadiorum habet trecenties centena millia,& inſuper cẽtum ſeptuaginta millia, vt Macrobius in ſomn. Scipionis lib. 1. teſtatur. Eſtque terra maior centies ſexagies ſecties, vt Ioan. Franc. Pic. Mirand. in Aſtrolog. lib. 3. c. 10. necnon Marſil. Ficin. in Dionií. Areopag. de diuin. nom. teſtimonium dicunt. Quam ob rem & maria exſiccaret, & terrã quambreuiſsimè in cinerem redigeret.

Ratio quidem potiſsima bardis, & niſi

à Dei

à Dei Sapientia Summa fabricatus Sol ignis maximus, denſiſſimus, atque a identiſſimus fuiſſet, & proinde ab eo tali omniū eſſe, vita, atque ortus, & conſeruatio dependerent. Ad aquarum profunda pro vnionum, & piſcium generatione, conſeruationeque. Ad terrę profunda pro marmorum, mineralium, metallorum, ac gemmarum ortu, non ad vrendum, in cinerē, & calcem vertenda omnia, quod ignorantiam athęorum falſum eſt dogma, Oraculi inuentum, hominis potiſſimum diuinitatem deſtruēs, Diuinam præter Sapientiam vna cum meta & termino cunctis & cœlis, & Soli potiſſimum imperatis: quia vt diximus, in numero, pondere, & menſura hæc, & omnia eius opera mirabilia: quippe à Deo Architecto, cuius opera admirari perpetuò poſſumus, intelligere (vt experieris) numquam, propterea ſilentio prætereunda, miſſis athæis.

Vnde Solem, ſeptem Planetas, & cetera ſydera ſuis cum Cęlis ignea pro mundi cōſeruatione creauit, Noctu ſydera omnia (Sole excepto) per ſe, & ſuapte natura ignē præ ſe ferentia denſa, lucentia calfacientia; ſed præcipuè Solis adminiculis Luna radijs ſcilicet mutuatis, & quaſi ſine lumine, quod ſenſu eclypſis tempore innoteſcit. Idque factū à ſumma Sapientia exiſtimamus, & credimus, ne luna, vt Sol ardēs aerē ſibi proximum cremaret, ſed ſicuti ſolis radij aerē non lędunt, quia flos ignis ſunt, ita à luna mutuati & reflexi, debiliores quā illico à Sole egreſsi non lædunt, ſed minus calfaciunt. Non cetera ſydera, quippe quæ lucent ſemper, eclypſantur nunquam, tametſi interdiu non ita appareant, & cernantur: quum Sol magnum lumen minus offuſcat, & obſcurret.

Cœlum quando & quomodo corruptibile. Maximum dictum ſydus & denſiſsimū, Sol a ſeminando nobis dictus, quia vbique locorum, & per totum mundum, ac ad lunam vſque ignem ſeminat corruptibilem, Radios dico, ſubtiliſs imum tenuiſsimumque ignem per aerem; per aquas, atque per terram, qua ſub ratione, pro tali, inquam, communicatione corruptibilis eſt, vt cetera elementa corruptibilia ſunt; non lunæ orbs vt ex dictis patet, eo minus ſuperiores crediti orbes; quoniam ijs, & inibi, non eſt contrarietas, & proinde nec corruptibilitas; quia eò loci cetera elementa contraria non perueniunt; Vt nec præterea hac ſub ratione, Marium, Pelagorum, quinimò nec fluminum, quemadmodū nec fontium intimiores aquarum partes profundiores aquæ. Sicuti neque terrarum centra, montiumque ſecretiores partes, quà talia corruptibilia, hoc eſt actu corrumpuntur, ſed bene & continuò aſcendentes vapores, & exalationes, vt deſcendentes radij ignei.

Illinc è Cœlo calor, vita, generationes, & genita quæque, hoc eſt à quarto elemento, quod eſt Ignis, Cœlum, genitum, Chriſtianis creatum, generabile, & corruptibile: quoniam contraria habet, aerem, aquā, terram, à quibus perpetuò corrumpitur, eo, quo diximus modo; Solares radii, vt à luna reflexi, atque a b ijs proximè egreſſum lumen. Hinc Dei profundiſsima Sapientia, quicquid ſuis cum athæis & dæmonibus impietas commentetur.

Vt autem noſtras ignis in aliena ſcilicet materia ſuam vt introducat formā ſuo calore, lumine, flamma rem igniendam, accēdendamque tangat oportet. Ita Cęleſtis ignis ſuo lumine, ſuo calore, ſua flamma, quæ ſunt radij, flos ignis peruolando generationes diſponit, vitam præſtat, atque cōſeruat. Aſt ſi radiorum reflexio, firma nimirum remoratio, & refractio fiat, vt in aquis, aut potius & facilius (non peruelociſſimo Solis motu, quo nihil penitus attenditur, ſed calfit tantummodò) medio ſpeculo ſuam ignis formam introducunt, hominis (nota) innentione, vt noſtras ignis, quod ſenſatum eſt argumentum; ſed ex hominis arcte: ſecus ſuo Creatori ſemper obediens, ad iuuandam, conſeruandam, &c. Vt mittam, quòd de intelligentijs ſacris in libris nulla mentio ſit, ſicuti nec de ſtella Reges Magos in Ægyptum ducente. Necnon quòd nobis in dubium vertitur, an tales Intelligentiæ Cœlos, ſeu aſtra mouentes, vtpotè à Dei ſede remotiores, ita gaudeant, & viſione fruantur Saluatoris, & Beatiſsimæ Virginis: ac proximi Angeli.

Qua-

Digitized by Google

Quare Cœlum inferiorum omnium parens: quippe quod vt parentes per propagationem animam in ſemen introducunt, (vt docuimus) innatoque proprio calido conſeruant. Sic Cœlum cęnoſa ex materia ſuo calore animas educit, eoque conſeruat, ac etiam in propagatione ortis perpetuò opem fert. Et ſummæ Sapientiæ honor, & gloria ſemper.

Nec Intelligentia, nec Anima Cœlos mouent, ſi qui dicti, & crediti ſunt.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XVII.

DE Cœlorum motibus ab Intelligentijs, animabusue rationalibus adeò pertractare arduum eſt, vt communi ex opinione nullo pacto quicquam mente intelligere, nedum rem ipſam ſic complecti, conſequi poſſis. Non ſolùm quia Ariſtoteles Primam Cauſam Deum primæ ſphærę alligat: quod ſanè maximè impiũ. Verùm etiam quia reapſe in intelligibile profectò eſt. Quando hinc eiuſmodi ſequaces, nec hominis animam immortalem, ac æternã, etſi diſcurrentem & ratiocinantem fateantur: tametſi, inquam, & diuina motu, & opere præſtare admittant dictas ob cauſas, & quia indiuiduum comprehendat, vt infra Auerroes. Contra Intelligentias & rationales animas Cœlis fluxibilibus corporibus famulari ſtatuant, quod Dei poteſtati repugnat, necnon Angelicæ, & rationalis animæ dignitati aduerſatur, & quod inquam, ab homine intelligi nequit, intimius ſi perſcrutetur. Enimuerò niſi Cœlum ſit corpus actu ex ſe ſe, quo modo intelligentia, animaue, (vt aiunt) aſſiſtit, mouetque? Et ſi vnum non ſunt, quemadmodum non ſunt, quia pluſquam genere differentia. Intelligentia, vt anima rationalis locum non occupãtes; altera, materia niſi ad vbi, quanta, ſenſilis, lucens, in loco, actu ſine actu, eſſe abſque forma dante eſſe: deſiderans, delectationeue affecta abſque vita: agens in hæc inferiora ſine eſſentiali intrinſeco formali agente à quo materialium actio: actiones & effectus abſque cauſis: agentibus facultatibus ſine qualitatibus. Et tamen per hæcce hiſce inferioribus eſſe, vita, generationes, conſeruatio, ſine forma, ſine potentia niſi ad vbi, abſque agente, medio, calore inſunt. Intelligentiæ, &c. ſic an moueant tantummodò extrinſecus? Cœli puræ materiæ an agant? an primò & per ſe? an intelligentia calfaciant, lucent? Intelligentiæ non eſt agere, niſi per Ariſtotelem mouere: Igitur Cœlum ex ſe ſe, & ex ſe ſe aget, non ex motu, & proinde non ab intelligentia, vt patet. At nec ſic quatenus materia ad vbi, quia materiæ eſt pati, non agere: Ergo per ſuam formam; Igitur qua ignis ficta abſque intelligentia, animave, ſua vi lucet, & calore calfacit, generat, conſeruat, atque omnia viuificat.

Tametſi Ariſtoteles præter allata addat „ Intelligentia prima (ſibi Deus) mouet Cœlum vt amatum, & mouendo Cœlum mouet reliqua. Ariſtot. 12. Metaphyſ. ſum. 2. c. 2. tex. 35. quod motum aliter, & aliter ſe habet. Ex quo ſequitur, quòd primus motus, & actus eſt corporis, quod aliter, & aliter ex ſe habeat ſecundum locum, non ſecundum ſubſtantiam, quia non mouetur ad formam; mouẽs autem eſt ens immobile, & actu ſine potẽtia, & mouet actu ad vbi, quo motu inferiora mouet. ibidem tex. 38. Et hæc prima Intelligentia Cęlum mouens, habet nobilem diſpoſitionem, & delectationem, quæ in nobis eſſe non poteſt, niſi paruo tempore: in nobis enim ſemper eſſe impoſſibile eſt. 15. Metaphyſ. ſum. 2. c. 3. text. 39.

Liber impreſſus Venetijs ſignũ Seminantes 1572.

Intelligentiæ abſtractæ ſe comprehenderent indiuiduum neceſſario, tunc eſſent materiales, & tunc non agerent, niſi ſecundum contactum. Auerr. de ſomn.

Intelligentia ſphæris ſimplicibus totis præſidet, ita tamen vt ſine hic & nunc ſit in ſphæra, & ſtella, licet maior virtus eius ſit in vna parte, quàm in alia Albert. Mag. 2. Phyſic. tract. 2.

Cœli quia Deus dixit & facta ſunt omnia, & perfecta eius nutu, & verbo, vt etiam ex antiquis diximus, vt ſic dein naturaliter pro mundi conſeruatione ſe ipſis moueantur; quoniam fruſtra fit per plura, quod per

pau-

pauciora fieri poteſt, & optimè, abſque Dei potiſſimum nouo intelligentiarum opere & auxilio: quibus agentibus non egeant. Siquidem ob hæc Ariſtoteles non bellè rectèue Intelligentię Angeli, animęue rationales materiali orbi alligati eſſent, & perpetuo motui nauarent.

Si Cœli ab Intelligentijs, animabuſue mouentur: Ergo naturaliter: (non ſupra naturam, vt quidam ſupra) Igitur cœlis dant eſſe naturale, materiale, & agere, ac intelligentiam, necnon delectationem, materiæ inquam, primæ, ingenitæ inquam, & arbitratu ſuo ad vbi tantummodo potentia, non ſui, iuris, non ſolutæ voluntatis; ſed quà intelligentia, quà delectatione cęli ornantur, illuſtranturque? Dices, motus ò miſera cęli delectatio & intelligentia ſolius motus, ad motum dumtaxat? ò miſera & infelix intelligentia, Intelligentiæ orbiũ, Angeli dico: quando mundi inferiorum brutorum ſerui & vernę? Quia Ariſtoteli brutis tantummodo cęli mouentur, vt diximus, non homini rationali & immortali: quoniam Mundus illi ſempiternus, ingenerabilis, & incorruptibilis, & homines infiniti, quos cęlum finitum capere nequit, vt illius ex mente conſtat, & nos non ſemel diximus.

Sed quo modo cæli corpus informe & fluxile mouere poſſunt Intelligentiæ & rationales animæ niſi ipſum comprehendãt, vt Auerroes alter athæus? quia ſic materiales (inquit) eſſent: ſic rationis particeps anima materialis eſſet. Sed an vehendo, trahendo, pellendo informem materiam? Et quo pacto ſic, alioue modo, niſi hic & nunc (quia motus in cælo, ac in tempore) Alberti Magni pace, quum & ſic ſemper, & nunc, & in nunc perpetuò & ſempiternè ſibi mouent, ſua, & communi ex opinione.

Alij terga vertentes, quod Intelligentiæ cælis aſſiſtant, aiunt. An vt præſto ſint, opus ſi fuerit? At quo modo puro materiali homogeneo, & eiuſdem rationis corpori? immo puræ materiæ, etiam abſque potentia, niſi ad vbi? An ſic vlla abſque forma? Numquid cœlis, vt eis conſulant, & inſpirent, vt homini Angelus? Non, quia ad hoc inepti, abſque vita, ſenſu, ratione? An vt figulus inſtrumento, & vaſi? Nequaquam, quia ijs carent omnibus inſtrumentis. Neque cælum inſtrumentum, quod aſſerunt: quando repplico homogeneum, eiuſdem rationis corpus, materia informis, & ad vbi ſolummodò in potentia, & ſic ad motum ineptum, & extrinſecus non ſine abſurditate. An imperando? non eſt aptũ obedire natum ſicuti nec aqua intelligentiæ iuſſu foret. An vt aereum corpus, quẽadmodum aliquando viſum eſſe aiunt? Aſt quo nam pacto minima quum in aeris parte maneat, maximam verſatilem molẽ mouere poterit? Adde quod non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate.

Proinde impoſſibilia, & ſubinde nobis imperceptibilia, & repugnantia. Ea propter quia Veritas fucum odit tua pace abſque fuco lector præceptorem quærens dicam, quod ex ſenſatis, & à natura rei, nobis inquam omnia hæc & Dei nutu facta credimus, vt ſuapte natura agentia autumamus, vt Hominis finis, & ſedes, quicquid Ariſtoteles cum Ocello, & cum illis Auerroes, athæi aſſerere audeant. Eo maximè, „ Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Pſalm. 148.

Cæterum nec hiſce contenti ad alia potiora nos conferamus communiter receptat immo comprobata, ventillanda, & cribranda ſi poſſimus, comprobemus.

Ex Salomone in Eccleſiaſticis ſolem in gyrum verti infra patebit, vt ſenſu ipſo nos docente demonſtrauimus, præterquã quòd Aſtronomi plurimi, & philoſophi ſimul concordes id aſſerunt. Verùm quia ſic aſſerunt cœlos in gyrũ verti, & cum ijs aſtra, quæ illorum ſunt partes, & tamquam nodi in tabula fixi cum cœlis vertuntur inquiunt, quibus communibus nugis adhærere nos nequimus, ſi quæ diximus vera, & rationi conſona, quinimo ſenſui certiſſima ſunt. Si inquam, ignis elementum admittatur, & id ipſum cœlum eſſe ex tot ſupradictis & probatis recipiatur, & ab antiquis ſapientiſſimis aſſeritur. *Veterum Aſtrologorũ vana ſententia.*

Ceterùm primũ inquirendum, nunquid Cœli

Digitized by Google

Cęli cõmuniter dicti dĕtur,& ſint,vt poſtea ad eos pertinentia,necne, inquirere, miſſaue facere poſſimus.Quandoquidem in Sacra Scriptura,cui omnino ſtandnm, quædam reperiuntur,vt „ Laudate eum Cœli Cœlorum, & Aquæ quæ ſuper Cælos ſunt , & huiuſmodi. Quæ tamen ex Hebræorum linguæ defectu eueniunt, quòd ſcilicet ſingulari numero careat, vt recentiores adnotarunt.

Attamen quia D. Chryſoſtomus vnũ tantummodò ponit Cęlum. Iuſtinus cum Theodoreto duos. Baſilius tres, vt hiſce teſtibus, certum ſit aſſertu in Sacra Scriptura de Cælorum numero non ſtatui: propterea ad rem.

Quomodo vos quæſumus Aſtronomos & Philoſophos, rariſſimo, tenuiſſimo, liquidiſſimo, fluxiliſſimo, & in omnibus ſubtiliſſimo aere ſubtiliori denſiſſimum corpus,quod, qualeue eſt aſtrum, Sol, Planeta,rariſſimo , & aere rariori figetur, vt tabulæ nodus? quod nec aquę, vt quod nec liquori cuiuis craſsiori, & denſiori cõueniet vnquam,ſi ſanus ſum? Quippe imperceptibile, in intelligibile omnino monſtrum, nobis ſaltem. Si Ignis, Cœlum,inquam,aere longè rarius eſt, ſicuti ſatis conſtat, & Sapientiores dicti antiqui ſtatuerunt, atque ſenſus vna cum ratione ab effectibus confirmarunt, vt probatum eſt, & comprobabitur. Quis enim imaginatione concipiet, & conſequetur, vt denſiſsimum. Aſtrum igneum corpus aeri (ne dum Cœlo igni, aere rariori) infigi, & geri, in gyrumque portari poſſe dicere audeat? certò Impoſsibile, & repugnans. Quando nos quidem mente concipere nequeamus,antracem,accenſum igneum carbonem(tametſi Sol, Aſtrum, antrace denſius ſit) ignis flammæ materiali, & ardenri figi, contineri, atque in gyrum portari poſſe?

Eo magis, quinimmò maximè, ſi Cęlum ex Orphei, & deinde Homeri ſententia æreum, & ferrum eſſet ne frangeretur ſui maximam, inquiunt, ob velocitatem, qua ſupputant Aſtronomi in æquatore, vt vna hora milliaria 42398437. cum dimidio conficere poſſe. Quod an fieri queat, crediue poſsit, cuiuſque eſto iudicium.

Aſt noſtram aduerſus ſententiam o- *Obiectio.*
bijcies. Si Cælum, & aſtrum ſolidiſsimum non eſt corpus, ſed liquidum, & fluxile,quo modo in motu in gyrum non effunditur,& diſſipatur?

Ardua & difficillima hæc videtur dif- *Solutio.*
ficultas. At ſi ratione ventiletur, ſenſuque intimius cum ratione perſcrutetur,nullius erit momenti: & vulgari periculò, ac minimo experimento nullo negotio euaneſcet.

Accipe Lucernam liquido fluxilique liquore, vel oleo plenam, manubrio manu contento ipſam in gyrum vertas, etſi non ocyſsimo, rapidiſſimoque motu,quo Cælum vertitur, ſed medioeri, & videbis obſeruabiſque oleum non effundi, quod nos ſæpius præſtitimus.

Vt propterea hominis non ſit, Dei maxima mirabilia, ne dicam nobis impoſsibilia audere inueſtigare, rimariue eius Sapientiam,& omnipotentiam; niſi atthæi velint.

Quos ſi Aſtronomos ſequaris,& rationem ſuo pro Achille producas, quòd ſcilicet Planetæ contrarijs octauæ ſphæræ motibus moueantur. Quia nullum corpus idem numero,eodem tempore diuerſis motibus mouetur, & præſertim oppoſitis, niſi ad motum variorum orbium in quibus ſunt infixi deuehantur.

Sunt qui negant Planetas, aut in oppoſita,aut in diuerſa agi, ſed videri id inquiunt,non cogitantibus velocitatem, & tarditatem eorum variam in cauſa eſſe, cur alius ante, vel retrò videatur præcurriſſe, quod varijs corporibus contingit. Propterea alij in eadẽ fixionis ſententia. Pythagoras & Sequaces Eccentricos, & Epicyclos excogitarunt, in quibus Planetæ corpus fixum eſſet, & ab eo deferetur,&c. Patritius pag.91. plura: quoniam alij plurimi alia & plurima ad inuicem contraria. Conueniunt tamen plerique quod aſtra Cęlis figantur, vt nodi tabu-

Digitized by Google

lis, quod maximum eſt delirium, quemad modum nec ſecundum minus monſtrum de octauæ ſphæræ planetarum contrario aduerſæ motioni motus raptus.

Motus raptus vanitas. Si motus eſt, phyſicè loquentes, & vtpote raptus, ac aduerſus ſuam naturam animam, intelligentiam illorum iuxta ſentētiam: igitur non perpetuus, quia violentus eſt, & nullam violentum perpetuum: igitur non admittitur, nec quà violentus, nec quà perpetuus: Ergo horum iuxta ſententiam, nec mouens anima, intelligentia: & conſequenter nec octaui, ſtellati, inquam, Cæli, & deinceps nec planetarum ab hiſce motio.

Ampliùs ſi ſydereum Cœlum, Solem, Planetas retrorſum rapit; igitur eorum remoratione opus eſt; ſed vt quid remoratio, perditio hæc? Quando hoc, defectum arguit, quod in diuinis impium eſt aſſertu. Quam ob rem talem raptus motum non dari ſatius, & rationabilius videtur: quoniam vtpote remotiſſimam Cœlum, ſeu remotiſſima ſydera. Quis quæſo cęlum moueri vnquam vidit? quis Linceus cęlorum motus velocitatem intuitus eſt? Quis orbem cum aſtro in idem redire conſpexit? inuiſilem, tam longè, altè, & remotiſſimum? Quæ aſtra opporunè & tempori calfacere quidem poſſunt, vrere nequaquam, vtpote, inquam, remotiſſima nequeunt, niſi ineptiamus, quia Dei opus.

Motus violentorum quis nam? cur violentus? An abſque violentia id præſtiti nequit? quæ iſtius motus raptus neceſſitas fuit? an ſecus proinde non potuit? Quæ Dei Sapientiæ, & omnipotentiæ repugnant, vt abſque violentia & raptu neſciat, non poſſituе. An ſolo nutu optimè diſponere, & gubernare non valuit?

Ad hæc ſi Cęlum eſt ignis, quomodo cœli, cælorumue eorum arbitratu violētus motus? Qui motus raptus? quo nam pacto aſtrum cœlo infigetur? Quomodo contrarius motus, violentus, raptus? quo modo ignis ignem trahet? quo modo rapit? quibus tractorijs inſtrumentis Cęlum, ignis? quo modo anima, intelligentia? quibus vncijs?

Præterquam quòd de Dei omnipotentia agitur, & impium eſt, quod Deus abſque violentia, ſine raptus motu primi mobilis mundanam hanc machinam gubernare nequeat, qui ex nihilo omnia creauit, & nunc impiorum athæorum, & aſtronomorum violentia & impetu gubernare, & imperare admittemus, quod Aſtronomorum pace dixerim, donec id ſenſu, rationeue perſuadeant ad Calendas Græcas.

Quam ob rem quia Dei Sapientia ſyderibus optimè diſpoſitis eodem modo & opportuniſſimè ſemper agentibus eiſdem motu non opus eſt: non igitur animatum aſtrum, intelligentiaue præditum dictis de cauſis: quoniam ſtellę omnes eamdem actionem poſſident, tametſi ſecundum magis, & minus earum iuxta magnitudinem & denſitatem: Igitur nec Planetæ animati, intelligentiaue præditi ſunt, vt ignes & denſiſſima ignea aſtra, vt illa, quicquid communiter ſcribant.

Dices Planetas moueri ſenſus docet: ergo ab anima, intelligentia. Moueri fatemur, & quo modo explicatum eſt.

Reſtat vt Patritij Ariſtotelimaſtigis hoc caput ſignemus, quamuis ab eo (vt ſupra diſſentiamus, Ariſtoteles verba, Poſtea quam oportet Cœlum moueri ››
motu in eodem, alia verò aſtra non pro- ››
gredi per ſe, rationabiliter vtrumque ››
fuerit ſphæricum. Sic enim maximè al- ››
terum mouebitur, alterum quieſcet. ››

Patritij reſponſum.

Quia amabo, inquit, ſunt ſpherica, alterum ſcilicet Cœlum mouebitur, alterum ſcilicet, ſydera quieſcent. Si ſphærica figura alterum impellit ad motum, cur eadem, & alterum ad motum non impellet? Cur impellat ad contrariam quietem? Eadem cauſa eiuſdem reſpectu eodemque tempore contrarios Ariſtoteli profert effectus? Res tantopere, totieſque ab eo reiecta, & confutata? Ariſtoteles ergo Aſtronomorum propugnator, & Achilles tam argutis

tam-

Digitized by Google

tamque validis argumentis, Aſtronomis nihil profuit, nihil concluſit, vel orbes moueri, vel aſtra non moueri. Cum tam magno igitur protectore, tam magno Cęlorum numero, (Hipparchus & Soſigenes multis argumentis ibidem reprobarunt) tam magnis contradictionibus, tam magna vniuerſi inuerſione, & peruerſione, tota hæc tam magna Aſtronomiæ obſeruatio, & ſcientia, rideatur, & derideatur.

Cælum Ignis Quartum Elementum, materia non differt à ſublunaribus.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XVIII.

QViequid ſub ſenſum cadit, eſt ignis aer, aqua, terra, aut ex hiſce compoſitum.

Quicquid procreatur: ex dictis progignitur, genitumue eſt.

Quicquid corrumpitur, & interit in dicta tranſit, abit, atque conuertitur.

Vt nihil ſit in intellectu, quin prius in ſenſu fuerit: Et quicquid ſub ſenſum cadit, corruptibile eſt.

Quibus ſenſatis axiomatibus qui non ſtat, ſenſus pęna plectatur, & è ſentientium hominum cœtu eijciatur.

Atqui Cœlum ignis in intellectu eſt, & ſub aſpectum: & tactum cadit; Igitur corruptibile, quod ijſdem maximis, ſenſibuſque, probabitur.

Primum nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu; Aſt ignis elementum numquam in ſenſu fuit; Igitur quod ab Ariſtotele, ab Ocello Lucano deſumptum eſt tametſi illius Lucani de more, non meminerit, ſub Lunæ orbe conſtituitur, imaginarium & fictitium elementum eſt: Quoniam noſtras ignis. flamma, fumus aſcendens illico interit, & extinguitur, in aeremque è veſtigio ferè, & in principio huius primæ aeris regionem abit, & tranſit: Ita vt niſi cœleſtis ignis hæc in inferiora deſcenderet, breuiſſimè viuentium ignis deficeret, immo defeciſſet, & conſequenter viuentia ipſa iamdiu interijſſent omnia. Ita & pari paſſu Ariſtotelis ignis fictum elementum communiter receptum, ſotum & altum nullo pacto (poſito fictitio) nec calore, nec virtute vllo imaginationis modo, nedum ſubſtantia in mediam aeris regionem ſe ſe conferre poteſt, tantum abeſt ad nos peruenire, perducique ſuam maximam ob raritatem, quemadmodum nec cęleſtes quidem orbes, quatenus orbis, intellige: ita vt Lunæ orbis (præter ſydus, Lunam inquam) non motu, nec proprio lumine hæc in inferiora quicquam poteſt, quà ignis orbis nobis. Non motu, quia hæc in inferiora non peruenit, nec deſcendit. Non lumine, quia vt orbis non lucet apud nos. vt ceteræ ſtellæ, quod Ariſtoteles protulit de cauſ. & prop. elem. 1. Quod nobis ſuſpectum, quoniam ſolares radios ad fixas ſtellas peruenire non credimus: ſed ſua lucere luce, ad hæc inferiora fouenda) luna verò (per ſe aliquantulum lucere, & calfacere crediderim ob ſui orbis ſyderis denſius corpus) ſolares radios reflectit, quod in eclypſi patet, nec ita ſecus, quibus maximè lucet, & calfacit, vt ſenſus docet, cum de temperie, tum de animantibus illius ope, calore, & lumine pinguioribus.

Vt ratione & ſenſu dilucidiſſimè pateat, nec Lunæ orbem quidem lumine, motuque calfacere poſſe; quando nec luceat, vel nec contiguum aerem mouere poſſit: quia ignis ſua raritate, & leuitate aerem mouere nequit, ſuo præcipuè leuiſſimo, & ocyſſimo motu, tantum abeſt ignis fictitium elementum, etiam vt germanum admiſſum. Propterea poſito fictitio ignis elemento, id, hæc in inferiora peruenire, nedum illa attingere, illiſque miſceri poſſe, illa ingredi, atque miſti partem euadere, ac præcipuam fieri cum Ariſtotele aſſerendum eſſe.

Quando ſi contiguus illi aer, & melius igneo orbi lunæ reſiſtit, quanto magis illius vicina pars, remotior, & re-

Digitized by Google

motiſſima primæ aeris regionis, ſecundæ, & tertiæ reſiſtet, & contrariabitur, atque ipſum ignem deſtruet? Quippe ex Marſilio Ficino in Plotini en.2.lib.1.colligimus, quòd, Aer in tres regiones diſtribuitur, in ſublimem lunæ proximam, quæ appellatur ignea, hyppecauma Ariſtoteli: in mediam, quæ dicitur aer aereus: in infimam, quæ vocatur aer aqueus. Vt liquidò quin etiam de noſtrati igne fortiori, (cuius Ariſtoteles v. topic. tres conſtituit ſpecies, antracem, flammam, lucem) in aliena materia, ceu ardens, & flamma inibi, & illico corruptibilis eſt. Et conſequenter conſtet, vaniſſimam de ignis elemento fictam ſententiam fore.

Sicuti è conuerſo Cœlum ſtellatum innumeris ſtellis vna cum reliquis cœlorum ſyderibus inferiora iuſta temperie animantia omnia ſuo benigniſſimo calore medijs ſolaribus radijs rectà pergentibus, ac etiam reflexi fouere, & conſeruare: Quemadmodum Solis ignem, ſolares, inquam, radios ſuapte natura, & vi aerē peruadere, ipſam aquam, terramque aliquatenus, ac demùm ipſa animantia, & mixta quoque penetrare: Et ſic non ſolùm generationi facere, ſed & metalla progignere & perficere. Et ita verum, & rationi conſentaneum illud eſt, Sol & homo generant hominem. Sol conſeruando, fouendoque. Homo (vt cetera animalia per propagationem) quà viuens ſemen producit & animat, vt aliàs Ariſtotelis, & communem aduerſus opinionem protulimus & monſtrauimus. Quemadmodum in cœnoſa materia Sol eam putrem alterando, præparando, ac pro varia illius diſpoſitione formas educit: in planta cicadæ: in ligno ſcarabei: in aqua ranæ: in terra muris, atque ſic in ſingulis innumera: Necnon proprium ijs inſitum ad vitam & conſeruationem, velurè pater per propagationem, calorem participat, vt in muribus ex patri videre eſt ijſdem proprietatibus præditis, ac mures per propagationem geniti inquam.

Quæ omnia viderunt omnes, ſed ſub nube cuncti, motu videlicet, & lumine, fictis tamen: quorum alter nec ad nos, alterum minimè ignis, ſub aquas, & terram non peruenit: quibus in locis euentus & effectus conſtant, & viſuntur, vt propterea non ſine illius miſcella; quia vt miſta, & animantia vbique nouiſſimè fiunt. Itaque quum vbique & miſta naſcantur, & generationes fiant, alia de nouo, & ex putri etiam procreentur, & non ſine cœli igne quarto elemento ſuboriantur, & conſtent: Et non noſtrati ex igne, qui non ſub aquis & terra eſt: nec à ficto ſub lunæ orbe phantaſtico ſubminiſtrari poteſt: Igitur aliundè quærendum: Quicquid noſtri latini, & impius Cordubenſis dicant.

Cælum quomodo in loco, & extra locum, oſtenditur.

Par & Sanius Iudicium. *Cap.* XIX.

CEolum eſt in loco ſecundum totum, (præter primum ſuperius Dei Domicilium in parte conuexa quoniam ſuo in loco, & ſuum circa centrum mobile ſemper. Extra locum dicetur reſpectu noſtri, & ſui partium, dextrum, ſiniſtrum, ſurſum, deorſum: ſeu potiùs & ſenſiliùs reſpectu ſyderis, & ſyderum, Lunæ, Mercurij, Martis, Solis, &c. nobis vicinæ, modo à nobis remotiores Stellæ, ſicuti Artico, Antarticoue proximiores, vt ceteræ partes iuxta eorumdem circulationes ſecundum ortum, & occaſum.

Primum verò cœlum & Dei, & Beatorum ſedes, num in loco ſit, Beati tantummodò ſciunt. Dicimus tamen Diuinæ Potentiæ non repugnare, nec ab re fortaſſe credimus, ſi dicamus, quod Dei lux, & ſplendor ſint verus & dignior locus Dei & Beatorum domicilium, Hoc eſt, Dei lux ſui cœli lux, & locus ſit. Quam nos propriam eorumdem ſyderum

non

non credimus, quæ noctu conſeruent nos, illuminent, ac iuuent, ſicuti Planetæ alijs in locis locati, alijs curſibus à Diuina ob id Sapientia ijs conſultum eſt. Quod inde certò colligere poſſumus, quia talia ſydera numquam eclypſari viderimus, ab vlloue obſeruatum ſit, quemadmodum maximè de Luna experimur, fortaſſe quia aeri proxima & parum denſa, ne ſcilicet ipſum accendat, & vrat.

Cœli ignis non eſt creatus à Sũma Sapientia, vt comburat, ſicuti veritus eſt Ariſtoteles contra Sapientiores Antiquos; ſed vt ſuo ocyſſimo curſu omnia iuuet & conſeruet, ortui & generationi faciat, ex putri pariat, (vt ita loquar) atque mixta omnia Solis radius ingrediatur in hominis gratiam, quo modo ſupra cœlum nobis ignis, & vbi corruptibilis diximus.

Propterea & quum oportuit pluit Deus de Cœlo ignem, & ciuitates combuſſit. Quum oportuerit cadent de Cęlo ſtellæ. San. Matth. Euang. 24. Quoniam initio Tu Domine terram fundaſti, & opera Manuum Tuarum ſunt Cœli. Ipſi peribunt. Tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum vetereſcent, &c. Dauid Pſalm. 101. Quicquid Ariſtoteles dicat, & ſomniet ſuis cum Peripateticis.

Nunc autem quia Deus nos præſtolatur, & propter nos mundum creauit velociſſimo motu & curſu, ideo Cœli aduolant, vt homini inſeruiant, & eidem omnia conſeruent. Propterea, „ Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. Pſalmiſta ait. Pſalm. 120. Et alibi, Cœli tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt.

Si Cœlum autem gradum ſiſteret, profectò vreret omnia in illa parte, niſi à Deo impeditus, vt olim ignis Babylonicus. Et proinde Summa inquam Sapientia perquam ocyſſimo motu Sol mouetur, & aduolat, ne vrat, ſed conſeruet ſuo in corpora ingreſſu, & fotu pro Diuina, replico, Sapientia. Quæ nos veſpertilionum inſtar & de die, ac interdiu intueri nequimus: Vt mirum non ſit, quòd Ariſtoteles ex Ocello Lucano ad ſe Oraculi conſilio prauos & impios homines trahat.

Quod verò Cœlum ignis, vt noſtras ignis, ſi quis quærat ſuam formam proprijs ſuis qualitatibus num introducere poſſit, facile ex ſenſu, & ſimul ratione dignoſcet. Enimuero noſtras ignis, vtpote in aliena materia ignis ſuam in lignum e. g. formam introducturus, illam materiam, lignum, primùm ſuo calore, & ſiccitate diſponit, in quam diſpoſitam ſuam formam introducit. Ita pariter & adamuſſim cœleſtis ignis, Solis inquam, radij ſuo perquamuelociſſimo aduolatu, (vt ita dicam) tranſitu nullis læſis, iuuant omnes omnia. At ſi aliquantiſper remorentur in leui corpore, in ſpeculo reflexi, & refracti, & proinde detenti, & remorati (nota) ſtuppam, fomitem, petiam eiſdem, quibus noſtras ignis qualitatibus, calore, & ſiccitate introductis ſuam formam dubio procul introducunt, vt noſtras ignis inquam, qui in aliena materia eſt, eodem cum ſplendore, luce, lumine, atque immediatis calore, & ſiccitate.

Quid clarius ſenſatumque magis ſi experimentis, ſenſatiſque viſui, tactuique credas, atque magis ſtes, quàm Ariſtotelis puris tenebris?

Cæli Dicti cum ſyderibus eiuſdem rationis & eſſentiæ ſunt omnes.

Par & Sanius Iudicium. Cap. X X.

NEquid nobis hoc in Cœlorum tractatu negotium faceſſat, & enucleatiùs omnia obiecta abigamus, Occaſione, quòd Ariſtoteles ſcripſerit, quòd Solis corporis ſubſtantia alia ſit à ſubſtantijs corporum ſtellarum; & Lunæ: Quia ſcilicet, Sol lumen habet: Lunæ verò, & ſtellarum à Sole ſit Ariſtotel. de cauſ. & propriet. element. cap. 1. quem Albert. Mag. ibid. lib. 2. tract. 1. c. 1. & alij ſequuntur.

Nos propterea ſecus ſentientes, non

propterea quòd luna (qua de re nos ſupra) à Sole lumen, immo lucem, & radios conſequatur, à noſtra ſententia recedemus; ſed rationi conſonæ opinioni ſtantes, dicimus.

Si eadem eſt materia, ſeu ſubſtantia Cęli, & ſui aſtri, quod nemo iamnum inficiatus, contrariumue probare auſus eſt vnquàm, communi poſita Cœlorum ſententia: Et Cœlum, ſeu Cœli corpus a Sole nō illuminetur, quod ſenſu patet: quia Cęlum, orbs nobis non lucet, ſplendetque, ſi Orbes dentur, ſed ſtellæ tantummodò. vt nec Solis orbis lucet, ſplendetque inquam: Et nihilominus eiuſdem materiæ & ſubſtantiæ eſt, crediturque, ac Sol ipſe. Propterea vt Solis corpus, orbis, & ſydus ipſum eiuſdē rationis, & ſubſtantiæ ſunt: Ita & ſtellarum corpus ſuis cum orbibus eiuſdem rationis, ac ſubſtantiæ, atque materiæ, ſicuti & Sol differentes ſolummodò ſecūdum magis & minus ſui (ideſt ſyderis & Cœli orbis) ob denſitatem. Ita vt ſicuti Sol non differt à ſuo toto, à ſuo, inquam, orbe, ſic nec differt a ceteris Cęlorum orbibus, quēadmodum nec ab eorundem ſyderibus, niſi ſecundum maiorem, & minorem ſui corporis denſitatem, qua maxima ſui lucidi corporis denſitate, & lucem, radios, & lumen largiter, & copioſiſſimè effundit: quibus Luna (non ſtellæ fixæ ſtellati Cœli potiſſimum, ad quas Solis radij peruenire, & tam maximum igneum corpus omnes ſecundum dimenſiones penetrare nequeunt; vt Lunam, proximam & è regione ſingulis menſibus pertingere nullo negotio valeant, vt ad nos reflectat, quemadmodum eclypſis ratum facit) deſtituta eſt dictis: de cauſis quæ tamen ſui mediocri denſitate conflata, non vt vitrum peruia & rara, ac tenuis, vt de aquæuitæ noſtratis ignis exēplo oſtendimus: ſed opacitate quadam, vt ſpeculum eſt, compoſita ſpeculorum inſtar reflectit, (ſi noſtro pro captu, & loquendi modo vti liceat) & radijs, luce, & lumine nos, & cuncta animantia participia facit, & generationi, conſeruationique conſulit, vt nos credimus, & rationi conſonū videtur, tot præter nugas; vt ex dictis radijs, luce, lumine, ac calore innoteſcit, quæ ſolius ignis proprietates ſunt. Qui ignis omnia ingrediens, & conſtituens, quum ſimpliciter neceſſario dari oporteat, vt compoſitorum pars, & præcipua, & nullibi appareat, eluceat, extetque: Atque tale leuiſſimum corpus ſupremum locum requirat, & occupare debeat; Ignis aſtrum vt lucidum, per ſe calidum, & ſuapte natura omnia ſublunaria ingrediens, vt ſenſu patet: omniaque præſeruans, & conſeruans; ſuis radijs miſta, generationes perficiens, vt dilucidiſſima, & ſenſata omnia, ignis erit. Quod omnium pace dixerim, etiam celebrium autoritate. Quando inquiunt, (pręter Seniores) quod Solis ſphæra in aqua ſit fons caloris, & apta nata (vt nos diximus) mouere ignē. Albert. Magn. 1. de gen. & corrup. tract. 6. c. 4. D. Thomas de gen. & corrupt. 24. tex. 84. Summa ſit & Finis. Hæc Veritatis amore, & Hominis ſalute.

Cælum, ſeu Cæli, non Terra, mouentur.

Par & Sanius Iudicium. *Cap. XXI.*

Mittimus hic & nunc cādide Lector, quæ à Sacra Scriptura tradūtur in præſentia, quibus omnino ſtādū, ac potius quàm ſenſui; quia ſic falli nequimus, etiam quoniam ſenſata: quia ſtetit Sol in medio Cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei contra Gabaon. Et Luna contra Vallem Aialon. Steteruntque Sol, & Luna donec vulciſceretur, &c. Nec fuit ante & poſtea tam longa dies, &c. Ioſue cap. 10. *Ioſue.* Ac ea etiam, quæ à Sanctis Patribus docentur, & ſcribuntur: quibus itidem pijs, & Catholicis maximè credendum, quoniam & certa, & manifeſta, ac ſenſata ſunt. Sicuti è conuerſo quædam noſtrorum temporum à Mathematicis allata ex ingenio mathematico à falſis mathematicis iactas, non mathematicè nouiter, etſi vetera obiata omnino falſa, vana & caſſa prorſus decuſſanda, quemadmodum à Vigilantiſſimo & Sapientiſſimo Vrbano VIII. Pont. Max. Sanctè decretum eſt. Quam ob rem ita certò credentes, & vlterius ſentiētes, non mathematicè quæremus. Num rectà, an obliquè,

Digitized by Google

què, anque in gyrum terra moueatur? Nunquid poſsit tam maximum ſpatium ita breui tempore conficere, & abſoluere? Nec quo modo in, & ex Zodiaco cœleſtia ſigna (ex terræ motu) reſpondeant? Quo nam pacto, ſtellarum celeriores motus fiant, & nobis appareant, & huiuſmodi plurima, ne tibi Lectori tædio ſimus, atque tempus fruſtra conteramus in illorum captiunculis, atque imaginibus & friuolis deceptionibus, falſiſque ſuis poſitis: ſed vt fideles ipſis ſenſatis omnimodè, omnibus certis, & notis, Cœlos iam decretos ſic moueri ſtatuẽtes: quia ſic terræ motus eorum arbitratu omnino repugnet. Quod ſi Mathematicus, athæusue dixerit, Non Solem, Lunamue ſtetiſſe, ſed Terram. Quid quæſumus vos Lectores ad mathematicas haſce captiunculas confugiendnm, diſputandum reſpondendum? Si Sol & Luna ſteterunt, Ioſue inquit? Quod impium mathematicorum etiam (poſtquam de impijs & vanis nobis ſermo eſt) Salomoni repugnar dicẽti in Eccleſiaſticis „ Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Luſtrans vniuerſa in circuitu ſpiritus pergit, & in Circulos ſuos reuertitur. Quinimo Soter, Cœli tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, &cæt. præter dicta à Pſalmiſta.

Hæc ſenſata fuere, negabit athæus, propterea noſtra pręſentia ſenſata in medium afferramus, vt noſtris etiam mulierculis innoteſcant. Dummodo noſtri Mathematici, & valeant, & ad bonam frugem redeant, & ſimul Sanctis decretis ſtent prius recantando, ac ſuas mathamorfoſes retexendo noſtris vulgaribus, & craſſis, certis tamen & ſenſatis inquam, omnino fidem adhibeant, ſuis quamlongiſſimis ablegatis chimæris velint, nolintque.

Ceterùm priuſquam rem attigamus, & monſtremus, ſciendum eſt, quod hæc de terræ motu ſententia, quam recentiorum nonnulli ſuſtinere auſi ſunt, non noua, ſed vetus eſt. Quando & Niceta Siracuſanus, Philolaus magnus Pythagoreus, ſicuti eiuſdem ſectæ Heraclida, & Elephantus, necnon Seleucus, atque Ariſtarcus Samius idem ſenſerunt; quibus accedit ſuperioris æui maximus Aſtronomus Nicolaus Capernicus eiuſdem fuit ſententiæ. Et concordes omnes Solem ſtare, terram verò moueri voluerunt.

Amplius mittimus, quod quiſpiam diceret, terram ab Intelligentia moueri, iuſta Ariſtotelis vanam ſententiam, quam ſupra de Cœlorum motu pluribus ablegauimus.

Interim ſi terra eodem, motu, quo Cœ- 1
lum, ſeu Sol & ignis cœleſtis (qui centuplo terra maior, vti ex Franciſco Patritio colliges in diſcuſſionibus Peripateticis p. 439.) moueretur non reſponderẽt vltima primis: immo & ſic & poſitis multa ſequerẽtur incommoda & inconuenientia, tametſi eodẽ ocyſſimo admiſſo, & conceſſo motu, inquã, adhuc innumera ſequerentur. Quoniam quum Cęli omnes (tali admiſſa ſententia) eodem non moueantur motu, ſed alij alio velocieri, alij, aliaue ſydera, tardiori, vt cõmunis fert ſententia, & ſenſus docet (nos de Planetis) ex terræ motu tales diuerſi Cœlorum motus non obſeruarentur, & Planetarum potiſsimum. Quibus non video quo modo noſtri temporis Mathematici reſpondere poſſint; Sed mittamus hæc non omnibus nota, & ad vulgaria, & craſſiora deueniamus.

Si terra mouetur, eodem profectò mo- 2
tu mouebitur, quo Sol, & Cæli vertuntur, velociſſimo, inquam, quo ſui grauitate, (vt illi maxima leuitate) nequit. Sed in illorum gratiam tranſeat: igitur ab Intelligentia Ariſtoteli, & Peripateticis moueb tur, plurima ne incommoda ſequantur, quæ propterea, vanitas vanitatum, vt ſupra cõſtat.

Sed eſto quomodocumque velint, vt Cælum, ſeu ſicuti Sol ocyſſimo motu terra moueatur ac velociori, quàm hirũdo auis, quàm ventus: quoniam viginti quatuor horarum ſpatio ſuum, & vniuerſi iter, ac
ſpatium abſoluit: Atſi vento velociùs mo- 3
uetur, cur ex tali motu, vt à vento arbores, ab hoc terræ non arbores, non rami non frondes, non quinetiam aranearum telæ,
tranquillo, pacatoque exiſtente aere? Quid 4
de vaporibus, ac athomis, à terra tardioris

mo-

motus verſus Solis radios vndique aſcen-
dentes, & vergentes etiam aduerſus terræ
5 motum ? Etſi longè velocioris terræ mo-
tus e g. ab Oriente in Occidentem, quam
hirundinis volatus, qui fit, quòd ſi hirun-
do aduerſus terræ motum e.g. verſus occa-
ſum, & occidentem aduolat, eſcam & ci-
bum ſuis pro pullis quærens, ad nidum ad
6 filios redibit, quod fieri non poſſet ? Eo
minus rediret columba tardioris motus,
volatus: quoniam à nido, à filijs longiùs
7 abeſſet ſemper. Atqui militum Duces vt
militaria ſecreta a vicinis Ducibus, arces,
turres & caſtella defendentibus nuncien-
tur, & communicentur Columbam colũbi-
nos nutrientem mittunt, quibus Ducibus
reſpondentes Duces, alligato columbæ
cruri arcano reſponſo, illico libertati illam
dant, vt filiorum amore nidum, & illos ſta-
tim petat, vt ſæpius factum hiſtoriæ refe-
runt, contra terræ motum, verſus inquam
contrarium motum. Reſpondeat qui po-
teſt. ad deſtruendum ſufficit vnum: Igitur
terra nullo modo mouetur, nedum vt hi-
rundo, vt ventus, tantum abeſt vt Cœlum:
ſecus de hirundinis, & columbæ ad filios
reditu actum eſſet, etiam ſi per centum paſ-
ſus diſtarent: quæ dilucidè contra, vt ma-
ximè ſenſata conſtant.
8 Amplius ad materialiora, ſic aqua, nix,
grando, donec ab aere, & ſuperioribus nu-
bibus deſcendunt per dimidiam, dimidia-
tamue horam, illico, & oculi nictu termina-
ret; quoniam dum ningit, nix, grando, aqua
cadunt abſque vento, & tranquillo, ae-
re ad nos rectà tendunt, non obliquiſſimè,
& tranſuerſim, vt fieret ſi terra rectè ocyſ-
ſimo motu, vt Cœlum moueretur. Immo
videbis quandoque niuis fruſtrula ad digi-
ti latitudinem deſcendere, & adeo lento
gradu, vt ita dicam, vt poſſis tumultos paſ
ſus, ſeu gradus progredi, priuſquam eius
fruſtrulum ad te perueniat: & tamen tibi
quieſcenti ſuper caput rectà tendens lata
nix deſcendit. Quo temporis inquam ſpa-
tio, ſi terra velociſſimo moueretur motu,
quo Cœli motu aduolant, & tu longiùs è
niuis caſu abeſſes: & ſic ſimul abeſſes, &
adeſſes, quòd ſic pulcherrimum mathema-
ticum primis non ſtat, quemadmodum nec
vltimis reſpondebit; Intellige ſi rectè, &
rectà cadunt, ne aufugias.

Ad hæc ſi terra rapidiſſimo mouetur 9
motu, verſaretur inquam, ab Intelligentia
in gyrum moueretur, quia terræ, & deor-
ſum deſcendere eſt ſui grauitate, ſicuti a-
quæ; At nobis inepta certò hæc corpora ad
motum, vehantur, trahanturue ? Et quo
modo? Aſt ſi verſentur, deorſumue mouen
tur, cur ſecum aerem non trahunt ? à pala-
tijs, turribus, domibus, arboribus tractus,
vectus non viſitur ? Vt ventus contra con-
trario modo vndique aerem mouere, plan-
tas, arboreſque radicitus auellere, &
domus ſolo ęquare cernitur. An iſtæ, vt
Ariſtotelis, & mathematicorum vanæ opi-
niones ? Et cur ſaltem non arborum rami
moti viſuntur? non frondes, ſaltem non A-
ranearum telæ? ſaluat qui poteſt.

Inſuper ſæpè ſæpius paruam, necnon 10
maximam nubem, & nubeculam pluuia,
aut grandine prægnantem vidimus, &
obſeruauimus ſolam plateam, ſolum præ-
dium, ſolam Ciuitatem aqua, tempeſtate-
ue, ac grandine irrigare per ſemihoram, di-
midiatamque horam continuam abſque
vicinæ, proximęue partis læſione: Quod ſi
terra moueretur, & velociſſimè, vt de Cœ-
lis dicimus, & experimur, eiuſdem ſemiho-
ræ motu, non ſolùm plateam, paruumque
prædium irrigaſſet, læſiſſetque; ſed prouin-
cias integras ſecundum latitudinem, vt ra-
tio quemque docere, & perſuadere poteſt.
Proinde ſenſatis hiſce reſpondeat qui po-
teſt.

Inſuper etiam obſeruabis quandoque 11
muſcarum examen in aere, in Sole, in illu-
minato ſplendido aere iocari, & ibidem
volitando diù morari te immoto, & conſe-
quenter terra. Quid tum, ſenſate inquam? ...

Quin ſupra Cicindela, vulgò Lucciola, 12
à lucendo, quam quidam loctulucam, alij
nitedulam vocant, à qua Licnus penſilis,
quem vulgo lampadem vocant, Ariſtoteli
muſcarum genus, vermis, cuius cauda no-
cte tota ſeruatur accenſa ? Quum nimis ſe-
rò, tardèque volantes per dimidiatam ho-
ram in decem brachiarum aeris ſpatio vo-
lent,

Digitized by Google

lent,& regirent, aduerſus terræ motum inquam?quo tempore tu eidem præſens ſemper cum terra tuis ſub pedibus exiſtente centum ab ea cicindelæ luce mille diſtares. Quid quod igitur Mathematice? ſenſata hæc non ficta ſunt omnia. An dices aer quoque trahitur? An aufugies, aſſerens, Aer quoque mouetur? Eſto pura fuga. Quid de hirundine, columbaue cibum pro filijs aduerſus terræ motum, quærentibus fiet? Quid de Accipitre,alauda, de Cometa,de campanæ ſonu in monte altiſſimo ſi placet, ne ad aeris motum confugias?

13 Ampliùs Accipitrum ſpecies quædam in aere coire videtur, & (proinde quia in aere,& cum aere)auribus vt honor ſit(vulgò forti vento dicitur) eodem in aere, ac ſpatio non breui apertis alis motu tonico ſtat,& moratur: quo tempore quamlongiſſimè ab éius rectitudine, ac etiam aſpectu abeſſes ſenſui ſi credas.

14 Vlterius Alauda auis notiſſima, cuius maximũ eſt venatorum ſolatium, ſurſum aduolans rectà per gyrum ita altè ſcandit, & pergit, vt ni aſpectum fugiat, vix ſaltem viſu eo pertingere poſsis,quam tuum, Venatoris inquam ſupra caput accipiter (vulgo ſmerlo) ſequitur ſemper, atque ſupra aſcendere defeſſa alauda,caſum accellerat, quemadmodum accipiter; Ita vt quandoque ſimul ambo in flumen,ac aliquando in puteum cadant,quo tempore(ad rem) Mathematicus ex terrę motu per centena millia abeſſet, & ita præſens quamlongiſsimè abeſſet mathematica ſua ex ſciẽntia ſenſibus ſi ſtet.

15 Similiter ignes in aere ſuperiùs à Turcis accenſi eodem loci conſeruantur, quia terra & nos ſecum ab ipſa turcica flamma aduolantes cum terra (vt aiunt) non recedimus, ſed ſemper vtrobique & flamma moratur,& nos quieſcimus.

16 Itidem & Cometæ,trabes,capræ ſaltantes,& aliæ ignitę exalationes eodem in loco tibi ibidem præſenti præſentes ſunt: Igitur, neue terra, neue tu mouemini, niſi arbitratu tuo adſis,& abſis.

17 Item & quandolubet id experiri,& certus fieri valeas Arcus perforati, vulgo ſcloppeta, ò archibugio da cauallетto bombardæ,aut baliſtæ pilam,arcuſue ſagittam rectà ſurſum proijcias, & eaſdem intercedente tempore ſurſum, & deorſum, quo longè abeſſes,ante pedes,e forſan tuum ſuper caput cadent. Similiter eorumdem ſagittæ,pilæ Occidentem verſus minus:contra Orientem verſus quamlongiſſimè proijcientur, quòd falſum ſenſus ſentit. Sic & ludentium pilæ & follis abſque Teleſcopio ſenſui etiam Mathematico repugnat, quod & Orientem, Occidentemque verſus,& dextrorſum,ſiniſtrorſum,& quoquo verſum experieris.

Præterea tympani,tibicinis, cornu,campanæ ſonus, &c. (qui vt pilarum, ſagittæ motus) eſt in aere à vobis tracto antrorſum: Ergo non æque antrorſum, retrorſum,dextrorſum,ſiniſtrorſumue audientur contra ſenſum ipſum ſoluat qui poteſt. An flante vento auditus inſeruiet? An ridicula ſententia? 18

Aſt ne te amplius morer,quũ ad deſtruẽdum vnum ſufficiat, hoc vno experimento caput ſignetur,& ſuis cum vanitatibus,atque chimeris Mathematici valeant. 19

Si terra velociſſimè mouetur, vt nos de Sole,aſtris,& alij de Cœlis tradunt, & longè velocius,quam hirundo aduolat abſque comparatione, ſequeretur, quod caſus lapidis ab altiſſima turri, pinnaculoue contra terræ motum, longiſſimè à turri abiret. E. g. ſi terra vt diximus ab Oriente in Occidentem, & lapidis caſus fiat à parte Occidentali aduerſus terræ motum, neceſſario ſequeretur, quòd lapis in ſui caſus tempore ob terræ,& turris velociſsimum motum ſimul ad volatum inquam, lapis multos per paſſus, brachiaue, ne dicam maximum per longius ſpatium ab ipſa turri recederet,& tamen ſi per palmi e.g.diſtantiam à pinnaculi cacumine ad perpendiculum cadat,in terram perueniens, in eadem erit diſtantia. quid quod? 20

Immo ne te vlterius cuncter, & tui ſit iuris experiri, & quando libuerit, atque vbicumque etiam in altiſsima turri, excelſiſſimoue monte, tractum in pectus aerem, ſeu inſpiratum in hyeme, ipſum emitte, 21

hoc

Digitized by Google

hoc eſt effla, expira, & quoquo verſum placet, & quamdiu vis & potes, & videbis egreſſum, expiratum ſcilicet aerem ſemper rectà tendere, & ferri, & ità conſeruari donec euaneſcat vlla abſque contrarietate, vllo abſque tractu, ac fabella ex terræ motu: Quando ex altiſsimo pinnaculo, excelſiſſimoue mõte ſuperior aer moueri nequeat. ſoluat qui poteſt, non ratione, nec ſenſu: ita nos certò credimus.

Præterquam quòd non me fugit, quod Excell. Philoſophus, Theologus, necnon Celebris Mathematicus, R.D. Valerianus Bonuicinus clara ſyderum obſeruatione non ſolùm vicinus, ſed proximus ac præſens & quamprimum præſto erit probaturus contra quàm hactenus Mathematici perperàm ſenſerint omnes Mathematici Aſtrologia, &c. in ſequenti pagina, Aſtrologia, &c.

Aſtrologia Iudiciaria mera ſuperſtitionum Mater oſtenditur.

Par & Sanius Iudicium. Cap. XXI.

HÆc præallata ſi vera ſunt Candide Lector, quod Cęli, inquam, Ignis quartum elementum ſint, atque inferiores motus a ſuperioribus dependeant, Philoſophia docet: quoniam Cęlum vniuerſalis eſt cauſa rerum inferiorum, & vniuerſalis cauſa à particulari dirimitur, à qua effectus diſtinguitur. Quandoquidem cur hoc, aut illud fiat, à particulari cauſa quæritur.

Quæ dicta ſi ſenſata ſunt, quid tibi etiã Aſtrologo, de Aſtrologia Iudiciaria videtur? An vanitas, num fabula, chimæraue? Quandoquidem noſtra Phœnix Itala Io. Franc. Pic. Mirand. in Aſtrolog. lib. 2. c. 1. p. 710. (eo magis nobis ſic in præſentia) Aſtrorum ſcientia, nec ad artem, nec ad methodum redigi poteſt. Minus tamen culpandus Ptolomæus, inquit, qui opinabilẽ, coniecturalem, dubiam, & fallacem artem confeſſus eſt, vnde reiecit: Ptolemæi Albumaſar abiecit. iſdem Pic. Mirand. lib. 2. c. 6. Quare inquit Aſtrologia iudiciaria inter ſuperſtitiones mater, & alumna eſt. iſdem Franc. Pic. Mirand. in proœm. Aſtrolog. p. 412. qua nulla profeſſio maiora homini incommoda, nec tot inſanias attulit ſub ſcientiæ, & vtilitatis prætextu. iſdem in Aſtrolog. lib. 1. p. 414. Quam phellam, *Marſil.* & penitus arbitrariam vocat Marſ. Fic. in *Ficin.* Plotin. En. 2. lib. 3. c. 3. apud quem multa videbis, probabiſque. Propterea à Pytagora damnata, à Seneca ridetur, à Cicerone confutatur. Plato, & Ariſtoteles de ea verba facere noluerunt. iſdem Pic. ibidem. Alij veterum indignam putauerunt, vt de ea verbum facerent, vt Democritus, Panetius, Stoici. iſdem Pic. de prænot. lib. 5. c. 6. p. 534. Sicuti Proclus Plotinus, Origenes, Adamantius, Plutarcus. iſdem Pic. ibid. p. 538. Eandem iudiciariam damnarunt Auicenna, Auerroes. iſd. ibid. p. 447. eamdem iudiciar. Aſtrologiam improbarunt Eudoxus, Caſſander, Archelaus, Hoychilax, Alicarnaſcus, Nicolaus Oreſinus, Io. Marlianus. iſd. Pic. ibid.

Aſtrologia iudiciaria damnata eſt à Prophetis Eſaia, & Hieremia. iſd. ibid. p. 424. necnon à D. Auguſtino, Baſilio, Ambroſio, Theodoreto, Chriſoſtomo, & alijs Theologis, & S. Hieronymo ex opprobrijs Ægyptijs idolatriæ reliquijs ortum duxit. iſd. ibi. p. 426. Quam ob rem Aſtrorũ diuinitas Chaldeorum, & Ægyptiorum ſuperſtitio fuit, inquit, Auguſtinus Steucus de perennis philoſoph. lib. 4. c. 12. Quam Aſtrologiam iudiciariam ipſi primi inuenerunt, & quomodo vide apud eumdem Io. Franc. Pic. in Aſtrolog. li. 12. c. 5. p. 725. & ſolatio afficieris, & ſimul eorum ineptias colliges. Quia præterea iudiciarij varij in electione ſignificationum domorum cœleſtium, & omnium aliarum rerum ſunt. iſd. Pic. ibid. de præmot. lib. 5. c. 12. Quemadmodum nec per natiuitatem, corporea prę- *Hoc opus hic labor.* dicere poſſunt, quam corporis habitum, figuram ex aluo prius foras puer, quàm aluũ egrediatur. iſd. Pic. ibid. lib. 4. c. 2. p. 540.

De Aſtrologia iudiciaria ſcripſerunt partim auaritia, partim ignorantia Principum ait Nicolaus Leonicenus. iſd. Pic. ibi. lib. 1. pag. 416.

Ea-

Digitized by Google

Eapropter Aſtrologiam iudiciariam nõ naturæ tantummodò Philoſophi, & interpretes,ſed diuinæ legis interpretes,& Pontificia lex, ac Ciuilis comdemnarunt. iſd. Pic.de prænot. lib.2. c.7. Et prius Moſes, immo Deus per Prophetas (vt ſupra) loquens condemnat, prohibens, ne diuinos conſulant, & ne eoſdem, augureſque audiant pręcipit. iſd. Pic. lib. 5.cap.7. Quam propterea antiqui noſtri Theologi improbarunt.iſd.ibi. Sicuti prius Paulus Apoſtolus damnauit, quemadmodum poſt Euſebius Pamphili, Baſilius, Io. Chriſoſtomus quoque ipſam vt blaſphemiam reijcit, quemadmodum Ioannes Damaſcenus, & reliqui Theologi iſd. ibid. Necnon Synodus Toletana. Item in Pontificijs decretis patet.iſd. ibidem.

Vt ex hiſce, & ex noſtris potiſſimum, non obſcurè, ſed ſatis manifeſtè colligas, quòd Cœli diuinitas aliud non eſt, quàm barbarorum ſuperſtitio, vt optimè Auguſtinus Steucus ſcribit. ibidem lib.8.cap.1. Quam obrem rectè Itala Phœnix Io. Frãc. Pic.Mirand.in Heptapl. lib. 2. c.7. inquit, Homo Cœlo dare plus non debet, quàm ſit neceſſe,& voluntati Opificis, & ordini vniuerſi repugnet, & ſimul ipſi Cœlo, cui Dei conſilia,& mundi ordo maximè cordi ſunt,dum placere ſtudet, diſpliceat, quod Chaldæi admonent, dicentes, Ne augeas Fatum: & Hieremias, ne timeatis ſigna Cœli,quæ gentes timent. Atque Gentium chimęras, & Oraculorum ſeu Dęmonum ficta & fallacias à nobis vt auertamus,& quàmlongiſſimè ablegemus, vt Sanctis Laus, & Deo honor & gloria ſit.

Quibus vt certus fias, non erit inutile Aſtrologorum figmenta & ſomnia deſcribere,& ni fidelis ſis, euadas.

Aſtronomorũ ſectæ. Aſtrologos inter Græcos, Thales, & Pythagoras omnium primi recenſentur. Ille ab Ægyptijs, à quibus & hic, & a Zabraco Aſſyrio ea ſapientia imbuti ſunt. Pythagoras & ſequaces Stellas Cœlo fixas voluere. Propterea ex diuerſis motibus, planetis diuerſos orbes tribuere eccentricos. Poſt quos Eudoxus cum Platone in Ægypto apud Sacerdotes Aſtronomiæ nauauit, eccentricos,& epicyclos ridens, plures mundo concentricos cuique planetæ orbes aſſignauit, & 26. conſtituit. Calippus paulò poſt concentricos ſeptem addidit, & ad xxxiij. deduxit, & deferentes vocauit.(Ariſtoteles etſi primo Cœli cap.9. vnum Cœlum eſſe vult. Et ſic 12.Metaphyſ.cap.8. vnum Cælum & non plures aſſerit.) quia tamen Calippi amicus his xxij. addidit reuoluentes appellans,ne deferentium ſuperiorum motus ad inferiores perueniret ad euitandam inter illos confuſionem, & ita omnes Cœli orbes lv. conſtituit;ſed dubius,peritioribus,inquit, ſtandum.Calippi,Ariſtotelisque traditionem Hipparcus reprobauit, deinde Soſigenes multis argumentis confutauit, & Pythagoreorum Eccentricos,& Epicyclos in vſum reuocarunt. Quos Ptolemæus ſequutus eſt,& totos integros orbes, 50. altera ſuperficie eccentricos factos cum epicyclis 30. orbes conſtituerunt. Quos tamen pro planetarum numero ſeptem tantum numerant, quaſi alij horum partes eſſent.Ptolemæus autem præter hoſce,octauæ ſphæræ, nonam ſuperpoſuit. Eo quod ſibi viſus eſt obſeruaſſe ſtellas, quas fixas vocant,non perfectum circulum ſuo motu circumſcribere: Neque ad idem redire punctum in ortu ſecundo, à quo in primo quęque fuerat digreſſa, vt quaſi in ſpiras circumduci viderentur, & ſpatio annorum 100. gradu vno ad latera mouerẽtur. Qua ratione 36.annorum millibus totam iſtius modi complerent reuolutionem,quam magnum annum vocauere. Vt duos octauæ ſphæræ motus eſſe concluderet: alterum diurnum in longitudinem: alterum hunc obliquum in latitudinem. Sed cum vi alterius ſuperioris ſphæræ fieri exiſtimauit, qui eſſet nonus,quia orbis vnus ſui natura non niſi motum vnum cieat. Sed Proclus & ipſe mathematicus ingẽs commentario ſuo in Timæum tertio, & hunc motum,& hanc ſententiam confutauit. Tebitius verò quidam Arabs ſupra nonam ſphæram obſeruationibus quibuſdam ſuis perſuaſus decimum orbem ſupra nonum fabrefecit, & ipſum mobilem. Sed Auerroes hæc omnia

Qui & cum magnus annus.

Digitized by Google

nia figmenta riſit, & profligare conatus. aſſerens non niſi octo eſſe Cælos, eoſque concentricos omnes, & tot eſſe propter ſtellas eis infixas. Poſt hunc alius Arabs nomine Alpetragius, ſuſtulit, & ipſe eccẽtricos, & epicyclos, & octo Cęlos, eoſque concentricos eſſe docuit, negauitque ſtellas fixas in ſpiras volui. Poſuit attamen nonam, quę octo inferiores, tamquam anima, & mens vniuerſi circumnolueret in occaſum. Poſt hos verò omnes noſtra ætate tres ſurrexerunt nouæ de ſyderibus opiniones, valde tum à veteribus, tum inter ſe differentes. Ariſtarchi Samij Nicolaus Cupernicus opinionem reuocat, & vetuſtiorum aſtronomorum vniuerſam, & vniuerſi ordinem inuertit. Ponit Solem in mundi centro, circa quem Mercurium, ſupra hunc, Venerẽ, ſupra hanc, orbem quendam magnum, qui terram & elementa, & Lunam circumferret. Martem, Iouem, Saturnum octauum, vti alij. Et dum hæc iſte vir fabricat, duo Veronenſes Ioannes Baptiſta Turrius, & Hieronymus Fracaſtorius, homocentricos illos veteres in memoriam, atque vſum reuocauerunt, ſed eos ad numerum 77. orbiũ adauxerunt. Poſt hoſce Vir Danus nomine Tychon Brae, qui aliam ex proprijs, modò factis obſeruationibus vniuerſi inſtituit hypotypoſin à Copernico diuerſam. Octauam & tres ſuperiores, eodem ordine collocat, ſed eccentricos. Verùm Martis orbem, interſecare ait orbem Solis duobus locis. Supra Solem verò ponit Mercurium, deinde Venerem in paruis circulis duobus, hoc maiore, illo minore, qui ambo circa Solis corpus reuoluantur, & Solis orbem vterque duobus interſecet punctis. In centro verò vniuerſi collocat terram, circa quam ſit orbis Lunæ à Solis quidem orbe circundatus, ſed quem orbes Mercurij & Veneris non circumeant. Hæc quambreuiſſimè ex Magno Patritio adnotauimus. Modò recenter noſtri recentiores Aſtronomi nugas reuocarunt, videlicet non Cœlos, ſed terram moueri. Ita vt ex hiſce maximis Philoſophorum, & Aſtronomorum inconſtantijs, & delirijs, nihil certi teneas, quibuſue credas non habeas; quia Dei manus opera ſunt, etſi impia athæorum Philoſophia ipſos decipit, & fefellit, vt quotidie auditu, olfactu, guſtu, viſu, necnõ tactu ipſis in omnibus ab ijſdem te deceptum fuiſſe certò experiaris: quid de Dei operibus à nobis remotiſſimis, & abſconditis dijudicabis? De quibus præſentibus, nedum futuris ineptijs dictorum hominum noli plus ſapere, quàm ſapere oporteat, ſed ad ſobrietatem ſapias, probos, & Sanctos Chriſtianos imitans, cetera crede nihil, & ſic Sapiens & fœlix eſto.

FINIS.

Digitized by Google

AEMYLII PARISANI ROMANI

PHYLOSOPHI AC MEDICI VENETI

Nobilium Exercitationum de Subtilitate

PARTIS QVARTÆ.

Liber Secundus.

Digitized by Google

Digitized by Google

A D

EMINENTISSIMOS ET REVERENDISS. PRINCIPES CARDINALES

ANTONIVM BARBERINVM SANCTISSIMI PONT. MAX. GERMANVM FRATREM CAPVCINVM,

FRANCISCVM BARBERINVM S. R. ECCL. VICECANCELARIVM, &

ANTONIVM BARBERINVM CAMERARIVM NEPOTES OPTIMOS.

Cur homo maximè aliud intelligat, aliud faciat? An quia contrariorum eadem eſt ſcientia? An quia mentis officium plura contingit, appetitus in vnum tantummodo affluit? Atque homo mente magna ex parte viuit, & ratione: Beſtiæ appetitu ira cupiditateque ducuntur. Ariſtotelis problematum ſect. 31. probl. 11.

NIHIL vnquam me iudice ratione, ac ſenſu ipſo, Eminentiſſimi Principes, hoc problematè ſe dignius protulit vnquam Ariſtoteles in omnibus dico, & per omnia verius; Si illius mores, geſta, totam vitam, & illius finem & nobis ex Sanctis, & doctioribus, ac ſimul probatiſſimis Scriptoribus colligere eſt, ijdemque amplius teſtimonium dicunt, & nunc potiſſimum, quando & ratione, & pro ratione voluntas eius pura, & cœca: omnia prorſus perperàm de Deo, de Mundo. de Cœlo Beatorum Domicilio doceat, & ſtatuat, &c. Quæ nos Veritatis & Virtutis amore expendemus.

Vidit profectò Ariſtoteles omnium præcellentiſſimorum Antiquorum opera, & optima ſcripta, atque opiniones tunc temporis paucorum, Magni Alexandri auctoritate, & Imperio. Qui Doctiſſimi Antiqui priores, obſcurè, numeris, & figuris omnia abſcondebant: Eapropter non omnibus datum erat adire Corinthum, vt proinde maximè mirum fuerit, ipſum omnium Excellentiorum, & eorumdem Antiquorum ſubtiliora rationi, nec non ſenſui maximè conſentanea

Digitized by Google

non intellexiſſe, collegiſſe, oſtendiſſe ſicuti par & decentius fuit, quemadmodum omni ſtudio voluit, & curauit, vt in Antiquos etiam maledictis egit: Et eo potiſſimùm, quòd omnia profanauit, vt aliàs in eius vita oſtendimus contra Antiquorum (iam inde à Noe) morem & decreta: niſi proinde tardi, & hebetis ingenij fuiſſet, aut Dæmonis conſilio inibi in 2. parte in illius inquam vita à nobis deſcripta conſtant. Propterea peiora, & pernicioſiora elligere maluit, hominem vt perderet, & ſe ipſum ſimul, ac primùm quo ad corpus, & animam, vt Diabuli eſt, & infra conſtabit. Proh Deorum, & hominum fidem? Vt mirum non ſit Chriſtiano (Athæos mittimus) ſi dixerimus, Ariſtotele inter mulierum natos peiorem non extitiſſe; vt nunc vlteriùs, inferiùsue inquam experiemini Eminimentiſſimi Principes aduerſus Deum, Intelligentias, Mundum, Hominem, ac Cœlum Beatorum Domicilium.

Ceterùm prius gaudete Eminentiſſimi, & nobiſcum gratulamini, quod hæc aduertentes ſcribenteſque habuerimus: quando gloriari precipuè poſſumus, debemuſque, Quod Deus Opt. Max. nobis tantummodo, Italis inquam verè Philoſophos, Sapientes dico Ingeniorũ phœnices conceſſerit. Alterum aduerſus vanitatem doctrinę Gentium, Io. Franciſcum Picum Mirand. Alterum Franciſcum Patritium, veræ Philoſophiæ, & Veritatis Pa ritium, atque Ariſtotelimaſtigen, quod rei caput eſt. Cuius in Philoſophia, & Peripateticis Diſcuſſionibus, ac alijs ſuis in excuſſis libris agendo verè Equus Lydius, ſtando verè Lydius (Pietra vulgo di parangone,) Lapis aduerſus vanas & impias Gentium doctrinas; præcipuèque impijſſimum Ariſtotelẽ; & deinceps verè Itali, hoc eſt Chriſtiani Sapientes.

Vos interim Eminentiſſimi Principes Sancto veſtro ſpiritu valentes, hæc noſtra de Mundo, Cęlo, &c. à Sanctis & doctioribus, noſtris pro viribus hæcce ſpeculantibus excerpta, & decuſſata Sanctiſſimo Vrbano Pont. Max. ſupra ſacrauimus, vt Vobis Principibus Eminentiſſimis reliqua ſequentia maximè grauia, vt præſto ſitis, conſecramus: vt tantiſper ſimul Vos æquè Eminentiſſimi ac Sapientes Perfectionis & Religionis Fontes, ſi quæ malè credita, & quò ab Ariſtotele, & Peripateticis ventum eſt, ad erronea & temeraria nimirum: vt Veſtrum eſt Apoſtolici Patres conſulatis, & radicitus hanc impiam philoſophiam de medio tollatis iuxta iuſtam Franciſci Patritij ad Sanctum demùm Pont. Vrban. Max. Sapientiſſimumque precantem, vti nos reuerentiſſimè ſua ex miſeratione & ingenti pietate deprecamur imploraturi, vt neceſſarium bonum & optimum amplius ne ſerpat. Propterea veſtro Nomini, tamquam præſenti Numini dicare, & conſecrare volui, vt verè verum Mineruæ clypeo (vt dicitur) protegatur vt immortale futurum optimum inquam: & optimi otij mei precantis ratio apud omnes etiam poſteros perpetuò conſtet, proſitque cunctis aduerſus impios, Veſtræ Pietatis, Præſtantiæ, Intelligentiæ, Cultus, & Charitatis erga Deum Religionis munus, & perpetuum ac vnicum auxilium perquam maximè neceſſarium. Ita faxit Deus Trinus, vt veſtri Terni ope & conſilio, maximus ex Catholica Eccleſia Ariſtotelis peſſimus abuſus tollatur.

Additiſſimus & Humiliſſimus ſeruus

Æmylius Pariſanus.

Digitized by Google

MODERNI PERIPATETICI
INDEX
DE ANIMA RATIONALI EXERCITATIONES
PHILOSOPHICAE PERIPATETICI.

In quibus ſola ſimplex, illibataque Veritas quocumque alio poſthabito pro eiuſdem animæ or igine, natura, facultatibus affectibus, immortalitate, ſtatu poſt mortem & operationibus cum alijs ad ipſam attinentibus indagatur, atque in gratiam immortalitatis potiſſimum 300. Liber primus, in quo agitur de Anima rationali pro ſtatu huius vitæ.

Index Exercitationum rerum notabilium in ſingulis.

De Veritate Præluſio. Exercitatio prima.

Exercitatio prima.

VERITAS Deus quo modo. Veritas paſsio entis. In Veritate felicitas. Via indagandi veritatem ex ſenſibilibus etiã in diuinis. Ratio corrigit ſenſum quo modo. Veritas quid, quid falſitas. Veritas reperitur vniuoce in omnibus rebus tam poſitiuis, quàm priuatiuis, tam realibus, quàm intentionalibus, &c. Vniuoce pariter de prædicatis omnibus dicitur ens. Primatiue quomodo entia. Ens item analogicè. Difficultas cognoſcendi veritatem vnde. Remedium, & methodus eam inueniendi. Cui ſit adhibenda, vel neganda fides. Quo modo fides ipſa ab opinione differat, De Fide in diuinis, credere, ſcire intelligere, ſpeculari non pendent prorſus à voluntate moſtra. Opinio non facit homines probos, nec improbos. In veritate non eſt impietas. Quid ſit proprium opinionis. Rationes falſæ vel inualide pro veritate ſunt contra ipſam. Methodus per demonſtrationes negatiuas eſt attingibilior & certior. Retractatio laudabilis quando, & quomodo. An Anima rationalis creetur. Exercitatio ſecunda.

Exercitatio ſecunda.

Creatio quid. Non terminatur ad eſſe cognitum. Non infert immortalitatem. Res non coexiſtunt ſecundum eſſe reale in eſſentia Dei ab æterno. Scientia Dei quo modo eſt cauſa rerum. Creatio differt à conſeruatione. Lumen an habeat eſſe ſucceſſiuum. Virtus creandi poteſt à Deo conferri creaturis. Quæ ſit bonitas conſequentiæ. Potentia obedientialis quid. Sacra Concilia de animæ creatione quid velint. Anima noſtra nullatenus creatur. Immo hoc aſſerere eſt directè aduerſari cognitioni ſẽſitiuæ, rationi, ſacris literis, fidei Chriſtianę, ac vniuerſæ Veritati. Non tamen eſt mortalis culpa originalis quo pacto contrahatur per veram originem animæ. De modo operandi Dei in Vniuerſo, in ordine præſertim ad animarum noſtrarũ productionem. Exercitatio tertia.

Exercitatio tertia.

Prouidentia quid. Diuina prouidentia in rebus. Cauſa prima eſt vna. Quo modo Deus communicatur rebus. Modus agendi naturaliter & voluntariè Dei in ſe, & ad extra. Deus quo modo differat à Natura. Quo modo cooperetur omnibus. Non eſt cauſa mali. Iuſtus, miſericors, aliter, quàm quà vulgo. Commiſeratio quid. An propter peccata veniant aduerſa. Iuſtitia & Miſericordia Dei, an ſolam poſt mortem. Iudicia Dei incognita quo modo. Malorum origo vnde. Deus non cogit. Libertas quæ. Miracula quæ, à quo, ad quid. Cur non ſunt plures Mundi. Omnipotentia Dei in quo conſiſtat, & quo modo cognoſcatur. An vniuerſum ſit vbique habitandum, non minus videlicet in terris, in aqua, quàm in alijs elementis, & in Cœlo atque in aſtris, &c. Et quæ ſint huiuſmodi

Digitized by Google

viuentia. Terra pars mundi, & immunda, Cur diuerſimodè Deus communicatus ſit rebus. Hominis formatio. An Deus ex ſuis operationibus delectationem capiat. Mundi ęternitas nec veritati, nec fidei Catholicę diſſonat. Mors non eſt malū. Cur dicatur vltimum terribilium. Ordo diuinæ operationis duplex alter ad res naturales, alter ad ſe ipſum ſeu ad ſuum cultum, ac religionem. Item quamplurima alia admiranda noua curioſiſſima de ipſius prouidentia, quæ ſunt promptiſſima quoque. Quid de animæ rationalis immortalitate *Exercitatio 4.* ſenſerit Ariſtoteles. Exercitatio quarta.

Encomiū Apologia. Ariſtotelis Encomium. Apologia pro eodem. Anima rationalis ſecundum ipſius naturalia principia eſt mortalis. Propoſitio indefinita quo modo vera. Intellectus paſſiuus quo modo corruptibilis. Anima non intelligit ſine phantaſmatibus. Homo ſolum inter animalia intelligit, & reminiſcitur. Reminiſcentia cum phantaſmatibus. Quo modo differt à memoria. Phantaſia an diſcurrat, vel non. An Anima rationalis ſit alterabilis. *Exercitatio 5.* Exercitatio quinta.

Alteratio eſt via ad corruptionem: quo modo alteratio corruptiua, & perfectiua. Actiones traſcendentes, & permanentes pati per ſe, & per accidens. Anima rationalis eſt verè per ſe alterabilis, ac paſsibilis paſſionibus lęſiuis, non tamen erit mortalis. *Exercitatio 6.* An Anima rationalis ſit æterna. Exercitatio 6.

Æternum & immortale differunt. Cur homines non appetant mori exiſtente anima immortali. Timor vnde proueniat. Homines optantes mortem qui, & cur. Anima quamuis immortalis, non tamen æterna. Quam plura de æternitate. De ſtatu imaginario animarum qui ponendus eſſet ante informationem corporis ſi ipſę eſſent ęternæ. De vera animæ rationalis productione. *Exercitatio 7.* Exercit. 7. Anima rationalis verè generatur ex ſemine, quod eſt conſonans humanæ præſtantiæ, ſacris eloquijs, experientiæ, ac vniuerſæ philoſophiæ, illibatæque Veritati. Eſt nihilominus immortalis. Generatio quid. Octo conditiones ipſius, totidemue pro modo corruptionis. Generatio quo modo ex nō eſſe. An Deus aliquid poſſit verè generare in mundo. Eius quod augetur quælubet pars augetur, an verum, & quo modo. Quæ ſpecie differunt an poſſint continuari. Radices an ſint partes plantarum. Corruptio an ſemper fiat à contrarijs. Ignis ſine contrarijs marceſcit, quo modo. Sic quoque moriuntur interdum animalia. Corruptibile an ſemper ſeruari poſsit. Mens extrinſecus accedens Ariſtoteli non eſt anima rationalis. Generatio ſpontanea quæ. Duo genera entium carent vi generatiua: quæ ſubſtantia habet contrarium.

An ſemen ſit animatum. Exercit. 8. *Exercitatio 8.* Semen tam maris, quam fœminæ eſt formaliter animatum, anima ſcilicet humana ſemen hominis, canina canis, &c. Quo modo ſe habeat hæc ſeminis anima, an ſine organis, &c. Quomodo ex duobus ſeminibus, vel ex duabus animabus in duobus ſeminibus, maris ſcilicet, & fœminæ fiat vna anima, vel vnum animal. Semen quid, quo modo differat à fructu. Semen plantarum an habeat animam propriam. Fructus quum ſint nobiliores plantis quo modo ab eis produci poſsint. Fructus plantarum cur ſint præſtantiores ſeminibus animalium. Semen plantarum cur figuratum. Sanguis non eſt animatus. Semen quo modo excrementum. Teſtes an nutriantur ſemine. Ex nimia ſeminis emiſsione morbus, & mors, cur. Semen Ariſtotili animatum in potentia quid ſibi velit. Eſſentiæ rerum indiuiſibiles quo modo. Vera nutritio quæ. Ignis an nutriatur. Lapides an animati. Ex vno ſemine, vno effuſo coitu plura ſimul gigni poſſunt animalia. Semen ex quo generatur, viuens non corrumpitur in viuente genito, ſed perficitur. Operationes ſunt ſingularium, vel ſuppoſitorum, quo modo. An ſemen proueniat à toto corpore. Exercit. 9. *Exercitatio 9.* Semen nullatenus à toto corpore prouenit. Quo modo genitores non barbati virtute efficiendi barbam filijs conferant. Partes ſpermaticæ quæ. Cur ſemen fœcundum ad plura non ſemper plura producat.

Opinio quòd ſemen fluat ab omnibus

par-

Digitized by Google

partibus,rationes,rationes pro ipſo (videbimus) pro ipſo & confutatio. Voluptas in Venerijs vnde. Cur etiam ſine ſemine.

An ex mutilis generentur mutila, vt ex cœcis cęca, &c. An fœmina in generatione actiuè concurrat. Exercit.10. *Exercitatio 10.* Fœmina in generatione actiuè concurrit contra Ariſt. Quid ſit propriè actiuè concurrere, An fœmina ſemen emittat. Fœmina an ſit mas occaſionatus, vel mutilatus.

An mas fieri poſſit fœmina,& è contra.

De Hermafroditis. Cur fœmina ſola generare non poſſit. An ex vigore ſeminis fœminei naſcantur fęminæ,e virili maſculi. Errores Ariſtotelis. De Calido Innato, Exercit. 11. *Exercitatio 11.* Quo differat ab elimentali, cœleſti, inſito, extraneo. Quo modo in ipſo conſiſtat vita. An ſit ſubſtantia, vel accidens, Saturnus, aliaue quædam aſtra, an frigida. Frigiditas non ingreditur opus Naturæ, an verum. Aſtra an ſint calida, & quo modo ab ipſis cauſetur calor. Motus quo modo eſt cauſa caloris. Liquida refrigerant, cur. An quantitas ſit de genere actiuorum. An ignis lateat in lapidibus, ex quibus excutitur. Calor miſtus qui: calor animalis multiplex. Calores prædicti ſpecie differunt. In miſto eſt vna ſola qualitas elementaris. In omnibus rebus eſt calor innatus per Ariſtot. Quo modo verum calor cęleſtis in omnibus Qualitates ab elementis,& à cœlo virtus ad miſti formationem. Cœlum quibus inſtrumentis agat. Influentia quid. An cauſæ aliquæ efficientes remaneant in effectu. Calor naturalis in plantis quo modo. Calor innatus quid. Accidens logicaliter & materialiter. Definitio logicalis & phyſica. Accidens non bene definitur à Porphyrio. Sedes calidi innati. Spiritus materiales, vitales, animales qui, ad quid, &c. Animæ generatio eſt ſucceſſiua. Exercit. 12. *Exercitatio 12.* Generatio tripliciter poteſt eſſe ſucceſſiua cũ Ariſt. & de facto in viuentibus talis eſt.

Duplex proceſſus in ipſa. item gradus. ſucceſſiua pluribus modis. Differentia digna ſcitu inter generationem & augumentationem. Anima ex ſua natura eſt variabilis, non tamen mortalis. An formæ ſubſtantiales agant. Motus & mutatio quo modo differant contra recentiores quoſdam. Generatio inter contradictoria,quo modo. Forma indiuiſibilis, quo modo. Anima ſuſcipit magis & minus. Exerc. 13. *Exercitatio 13.*

Anima ipſa & ſubſtantiæ aliæ quamplures ſuſcipiunt magis & minus, neque eſt contra doctrinam Ariſt. Suſcipere magis & minus quinque modis. Quot ſint gradus formarum. Anima rationalis eſt forma informãs. Exer. 14. *Exercitatio 14.* Nihil addit hic.

In homine non ſunt plures animæ. Exercit. 15. *Exercitatio 15.* Plures animæ in eodem contingit tripliciter. De ordine naturæ. Continere virtualiter dupliciter. Tria animarum genera tripliciter. Oua ſubuentanea quæ. An detur forma corporeitatis. Exercit. 16. *Exercitatio 16.* Datur præter animam in eodem viuente etiam forma corporis, nec tot formæ, quot prædicata eſſentialia. Qua alia via hæc corporeitatis forma ſecundum veram intelligentiam reprobari poſſit. Forma vicaria dupliciter. Actus duplex. Formæ eiuſdem ordinis, ac diuerſi. De facultatibus animæ rationalis. Exercit. 17. *Exercitatio 17.* Facultates animæ non ſunt ipſius accidentia. Quo modo ab ipſa diſtinctæ. Quot. Intellectiua anima quo modo ſit potentia. Species ſenſibiles manent in abſentia ſuorum obiectorum, vbi, cur, quo modo. Cur item non remaneat lumen. Duo genera entium, ſcilicet naturalium tantum, & cogniſcitiuorum. Lumen non eſt ſpecies corporis luminoſi. De lapide Bononienſi, quod retineat lumen in abſentia corporis luminoſi, à quo illuminatus fuit, an credibile. Potentia & aptitudo, quo modo differant. Cauſa phyſica, & metaphyſica. Actus & potentia in eodem genere quo modo. Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, quo modo verum.

An anima rationalis ſit indiuiſibilis. Exercit. 18. *Exercitatio 18.* Anima rationalis non eſt indiuiſibilis, nec tota in ſingulis partibus corporis; Sed pars parti reſpondet. Attamen eſt verè intellectualis, & immortalis. Vbi de multiplici eius diuiſione, & obiter

de

Digitized by Google

de aliarum animarũ. Diuiſio quid,& quotuplex. Species logicalis, & phyſica quæ. Anima indiuiſibilis ad inſtar luminis an verum. Spiritus,humores, lac, medulla,adeps anima carent. Ex oppoſito dentes, vngues,pili animam habent. Omnis anima eſt immaterialis, vel incorporea.

Exercitatio 19. De Intellectu agente & poſſibili. Exerc. 19. Duplex hic intellectus, qui pleno ore fere ab omnibus peripateticis admittetur eſt penitus ſub ratione huius duplicitatis refutandus;ſed eſt vnicus tãtum, qui actiuus. & paſſiuus dicitur, de mente etiam & doctrina expreſſa Ariſt. Quantum non agere in non quantum falſum eſt. Species ſenſibiles non ſunt quantæ. Munera quæ tribuuntur intellectui agenti enumerantur & reijciuntur. Intellectus pura potẽtia quo modo. Quo modo intellectus ſe intelligat. Intellectus agens Ariſt. eſt intellectus diuinus. Epytheta eiuſdem intellectus. De natura humani intellectus. Exercit. 20.

Exercitatio 20. Quid poſſit, quid ſit eius obiectum, ſi habeat organum. Si vtatur phantaſmatibus. De eius imbecillitate,& paſſiuitate. Omnia ex Dei arbitrio quo modo. Noſſe ſe ipſum cur arduum. Intellectus naſcitur. Suſcipit magis, & minus. Continere eminenter quid. Intellectus quantitati iunctus intelligit. Effectus immaterialis quo modo à cauſa materiali. Immaterialia quædam cognoſcuntur etiam à brutis. Vates non intelligunt quę prænunciãt, & autoritate ſapientiſſimorum virorum. Intellectus diuerſimodè in diuerſis. Tria genera hominum. Stulti quandoque feliciores ſapientibus cur. Intellectus habet determinatam ſedem ex Hippocrate, & Ariſt. Docti cur in agibilibus ſæpe imprudentes. Cur aliqui ſint ingenioſi ad aliqua pertractanda,ad alia vero hebetes. Idiotæ cur interdum verſatiores, ac loquaciores. Literati cur ſæpe ſuperbi. Item ſalaces. Sapientia quid. De memoria intellectiua,& ſpeciebus intelligibilibus. Exercit. 21.

Exercitatio 21. Non datur memoria intellectiua à ſenſitiua diſtincta,niſi nomine,ac ordine, &c. Ad quid ſe extendat. De ſpeciebus ſenſibilibus, ac intelligibilibus. Intelligibilès reijciuntur. Memoria tripliciter. Eſt ſolum præteritorum. De ſpe. Senſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem, cur. An ſpecies ſenſibiles ſint mobiles. A quo producantur. An ſucceſſiue. An accidentia & ſpecies iſtæ migrent de ſubiecto in ſubiectum. In ſpeculo ſunt imagines rerum. Viſio non fit per eſtramiſſionem(expectantes videbimus.) Quorum ſint ſpecies sẽſibiles, vel non. De Voluntate & libero arbitrio. Exercit. 22. Quid ſit voluntas & arbitrium. Ad quid ſe extendant. Voluntas nõ habet imperiùm deſpoticum ſuper affectus animæ noſtræ, ſed ciuile tantum. Super quæ deſpoticum habeat. Quibus modis præpediatur obruatur, deficiat à ſuo iure. Dàtur voluntas etiam in brutis cum Ariſtorele ſub nomine tantum ſpontanei,&c. Appetitus in omnibus rebus creatis. Eſt multiplex. Itẽ multiplex bonum. Actus voluntatis duplex. Electio duo importat. Voluntas neceſſario fertur in bonum. Libertas duplex; ſi contradictionis, & contrarietatis. Potentiarum aliæ ſimpliciter naturales,aliæ eſſentialiter rationales, aliæ rationales ſolum per participationem. Cõſcientia & ſyderesis in quo conueniant & differant. De Affectibus & habitibus animæ noſtræ. Exercit. 23. Affectus, qui,quot, vnde dicti, quo modo ſumantur bini ex reſpondentia mutua. An ſit virtutes. Iraſcibilis & concupiſcibilis ſunt vna potentia tantum. Amor rex omnium affectuum. Amor venereus cur vt plurimum riuales (vt alij amores) non admittit. An quilibet amor reciprocationem requirat. An ſimul plura poſſint æqualiter diligi. Recenſentur ſigillatim,& deſcribuntur omnes animi affectus. Habitus pariter enumerantur. Habitus in operando non omnes cum delectatione. Vitia quandoque melius alijs vitijs, quam virtutibus temperantur.

(Right margin: Exercitatio 22. — Exercitatio 23.)

Liber Secundus, in quo agitur de anima rationali poſt mortem hominis.

De Immortalitate animæ rationalis, Exercitatio prima. Exercitatio 1.

Quæ ſit vera fundamentalis cauſa immortalitatis animæ, Item eſſendi rerum

rerum omnium. Anima ipſa eſt abſque vlla dubitatione immortalis, nec eſt aliqua repugnantia ad prædicta. Quæ veriſſima poſitio multis rationibus comprobatur. Prima neceſſitas eſſendi rebus non ſumitur à cauſa finali, ſed ab efficienti. Ex qua omnia ex nihilo. Virtutes ſupernaturales in rebus. Magnes attrahit ferrum. Fluxus & refluxus maris. Alia item ſcitu digna, atque curioſiſſima. De Cognitione & Volitione animę ſeparatæ. Exerc. 2. Quo pacto anima ſeparata cognoſcat, vel intelligat ſenſibilia, ſingularia, vniuerſalia, infinitum, Deum pariter, an per phātaſmata, vel ſine ipſis &c. Intellectus in communi pro vt diuinum Angelicum, & humanum comprehendit quid. Item de vnoquoque prædictorum in ſpeciali. Animæ brutorum an per diuinam potentiam ſint ſeparabiles. Et (data hypotheſi) an cognoſcerent, & quo modo ſine organis. An hoc eſſet intelligere, aut qua ratione ab ipſo intelligere diuerſum. Omnes formæ abſolute ſunt diuinitus ſeparabiles. Species intelligibiles qua ratione ſine repugnantia ad præhabita ſint admittendæ. Infinitum quo modo cognoſcibile. An Deus cognoſcatur per ſpeciem ab anima. An in tali cognitione ſit ſumma felicitas loquendo ſemper naturaliter. An animæ cognoſcant omnia. De ipſarum volitione, ad quid ſe extendat, quibus affectibus, &c.

Exercitatio 2.

De Poſſibilitate & impoſſibilitate eiuſdem animæ. Exercitatio 3. Potentia ad corruptionem duplex. Paſſiones læſiuæ duplici ex cauſa proueniunt. Contactus ad agendum duplex. Anima ſeparata An ſit quanta. Modus intrinſecus quid. Anima ipſa à corpore ſeparato eſt naturaliter impoſsibilis. An Anima ſeparata ſit localiter mobilis. Exercitatio 4. Rationes quāplures pro parte negatiua ſoluuntur, atque pro parte affirmatiua concluditur. Forma non mouet, neque mouetur quo modo verum, Motus eſt ſenſibilis quo modo. Indiuiſibile quo modo immobile. Diuiſibile duplex. Anima quo modo in loco. Motus Metaphyſicus, qui à Liceto tribuitur animabus ſeparatur reijcitur, atque verus, ac Phyſicus ipſis tribuitur. Vnde ſub hac ratione anima eſt de conſideratione naturalis Philoſophiæ, etſi alio modo conſideretur à Metaphyſico. De Affectibus animarum inter ſe, & ad alios. Exercitatio 5. Ordo naturæ inuariabilis. Triplex eſt ſtatus hominis præpoſtere impermutabilis, id eſt quod ſecundus non poteſt regredi in primum, nec tertius in ſecundum, &c. Primus in vtero. Secundus in hac vita. Tertius poſt mortem. Ex qua doctrina facile coniectare poſſumus, quid ad animas ſeparatas attineat de viuentibus. An ipſos reuiſere ad libitum poſsint. Cur id frequēter non efficiant. An gaudeant, vel triſtentur ipſorum proſperitatibus, aut infortunijs. An poſſint formare corpora aerea. Regredi, & ingredi propria, vel aliena cadauera, quas in eis haberent functiones. An benè, vel malè afficiantur ex intuitu aliarum animarum, quibuscum in hac vita degentes amicitiam, (vel inimicitiam exercebant, &c. Quæ conuerſatio, quæ allocutio inter ipſas. An appareant iterum vniri per veram informationem proprijs corporibus, & ſi hoc eſſet eis melius. Animæ coniunctæ corporibus, & ſi hoc eſſet eis melius in hac vita, cur intuitiuè non cognoſcunt res ſpirituales, quum id efficiant degentes extra corpus, & corpus non ſit eis impedimento, vt olim de mente & doctrina Ariſtotelis.

Exercitatio 3.

Exercitatio 4.

Exercitatio 5.

Tercenta tria argumenta Domini Fortunij Liceti pro immortalitate.

Prædicta argumenta expenduntur. Exercitatio Vltima.

Exercitatio vltima.

Anima non eſt ex Elementis, quo modo verum, Omnis forma eſt ſimpex Paſſiones elementares quo modo conueniāt, vel non conueniant animæ. Forma & anima prior toto quo modo.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS BENEVOLO LECTORI PAVCVLA CAP. I.

HActenus de Subtilitate nos acturos profeſsi ſumus, & ni fallimur ipſam attigimus plurimorum aduerſus liberaliter Eruditorum opiniones reiectas & ablegatas duximus, & ducti in ſententia permanemus Veritatem tuentes, etſi odium & inimicos pateat & nobis ſenſificis potiſsimum, & quandocumque typis miſimus reſponſo opus fuit; At nunc præcipue, quia doctiſsimi Peripatetici rationes & argumenta penitùs ignoramus, vtpote non excuſſa, oretenus vt ab eo Peripatetico accepimus: Quo modo de Ignotis & Occultis ſubtiliter agemus? Quia tamen Peripateticus eſt, & Ariſtotelis doctrinam profitetur, Atque eiuſdem Encomium promittit, & Apologiam in Ariſtotelis calumniatores ſpopondidit ſuo in Indice, vt vidimus: Et nos erroneam vni illius vitam deſcripſimus, & proinde calumniatoris perſonæ fortaſſe nomen acquiſiuimus (immeritò tamen) doctiſsimo Peripatetico ſi placet. Quia tamen ex Sanctis & doctiſsimis Viris, Ariſtotele ſcilicet, & eodem longè doctioribus in Veritatis gratiam ea protulerimus: Cur & nos Homunciones dicebat Franciſcus Patritius Veritatis amatores eadem referre relata non poterimus Veritatis amore? Eo maximè quòd obiter ſcribentes, non conſultò, inquam, de humani corporis fabrica agentur, centena, centena dico, (abſit verbo inuidia) Ariſtotelis errata collegimus, quæ me iudice, nec mulierculæ dicerent, eidem Peripatetico ſi lubet præterquàm quòd enormia, & temeraria Sancti aiunt, doceat. Quæ maxima ſcellera eo doctiores Zoroaſter, Termaximus, Orpheus, Pytagoras, & Pytagorici, Plato, & Platonici, Xenocrates potiſsimum ex conflictu, & palma, imaginatione conſequi non ſunt auſi, nedum docere in & in hominis perniciem. Quam ob rem ſcitè, & ſanctè Doctiſsimus Franciſcus Patritius Ariſtotelem ex omnibus Academijs, & ſtudijs prohiberi, tolli, & decuſſari Potentes, & Valentes Magnos Principes, & quos videre & prouidere precatus eſt. Eapropter, decorè à nobis ſic exſcripta eius Vita. Quid plura, ſi Pythiæ Oraculi ſectator Ariſtoteles?

Digitized by Google

MICROCOSMI SALVS.
VT DETVR CVIQVE SVVM
AN ARISTOTELI ENCOMIVM?
AN PRÆTEREA APOLOGIA CONTRA VERITATEM?

Caput Primum.

ARiſtotelis Encomium eſſet Vir Doctiſsime à turpibus illius calumnijs, iuſtis tamen, (nota Lector) & veris vexationibus ipſum tueri & liberare; Vt quòd turpiter, & falsò Antiquos celebres vexaſſet, quos Recentiores plurimi tuentur, vt diximus, quemadmodum mittam, quòd doctiſsimorum autorum, à quibus plurima deſumpſit non meminerit, atque ineptias, quòd grauiſsimum, ijs tribuerit.

Quòd Pythiæ conſilio omnia egerit. Quòd probo & optimo Magiſtro D. Platoni optimè merito ingratiſsimus, & dictis, & factis, & ſcriptis eum perſequutus ſit, donec eidem gymnaſium arripuerit: Et ſi à Xenocrate Platonis Diſcipulo, & Ariſtotele doctiori, victus, Plato in ſchola, & honore, memoriæ defectu ob ſenium reſtitutus ſit, & indigna illius ob alia facinora. Et quòd Magnus Alexander Mundi Monarcha, à quo & maximas diuitias, honores, & omnium Antiquorum ſcripta, quibus, & ipſe literatorum & Sapientum Monarcha fieri & euadere potuit vt fur, more ſuo, niſi hebetis (multi aiunt) ingenij fuiſſet; Atque eius conſilio, immo parato ab ipſo Ariſtotele veneno, Alexander è viuis ſublatus eſſet; Et vt vixit Pythiæ conſilio pœnas dedit, vt in eius vita à nobis deſcripta ſatis patet.

Sed hæc non ad rem. Non me fugit, quòd in omnibus ſtudijs & Academijs publicè legitur, & quin etiam laudatur (à ſciolis & ignorantibus inquit Franciſcus Patritius in epiſtola ad Cardinalem Laurum Montis Regalis) medio & Autore impijſſimo Cordubenſi Auerroe vnà cum Ariſtotelis Pythia Diabulo conſulente aduerſus Chriſtianum nomen, & hominem, impietati omnibus ſtudētibus, vt Ælianus, necnon [*Aelianus.*] Io. Franciſcus Picus Mirandul. de præ not. lib. 7. cap. 4. aiunt, & meritò quidem. Propterea anno elapſo, doctiſſimus creditus Peripateticus typis hæreticus declaratus fuit; *Il cui nome rider mi vieta Effeſo. Perche dirai? aggionge. Non ragionar di lor, ma guarda e paſſa, che l'anima col corpo morta fanno.*

Ad rem inquam, Ariſtotelis Encomium eſſet Ariſtotelem ab erronea Vita, & Morte defendere, à nobis deſcriptis, noſtro inquam nimirum labore ex Sanctis, & Doctiorum ex ſcriptis, vt dilucidiſſimè pro viribus conſtat; ſecus nihil nobis cum Ariſtotele, niſi in Veritatis gratiam, qua nobis nihil antiquius, & pro bono Chriſtianorū publico: quando Deus Veritas, Ariſtoteles contrarium, ſequax Pythiæ Araculum? Eapropter peſſimè quidam Ariſtotelis vitam exſcripſerunt. Mitto modò, quòd quidam Encomium, & pro eodem Apologiā, (aduerſus nos pro veritate hui indignum facinus) profiteantur, &c.

Ad rem repplico, hiſce omnibus miſsis, Tollenda ſaltem à nobis in fine illius vitæ exſcripta, non conſulto & dedita opera. Quæſita, ſed Anatomis gratia ad manus venta, & ſunt Primum.

Semen (inquit Ariſt.) eſt excremētum, quod ineptè dictum nos recipimus in prima parte noſtrarū, nobilium Exercitationum pag. 5. & ſeq. Et cum ipſo duce Peripateticos omnes. Vt in huius Indice vidimus,

mus, licet nobiſcum ſentiat, ſemen animatum eſſe docente ſenſu, & conſentiente ratione, ſicuti videbimus, &c.

Capreolaria vaſa ſemen conficere, & generare tradit, & ſecum Peripatetici hactenus omnes perperam pag. x. Quæ niſi, anatomes, & humanæ fabricæ imperiti dicerent, quia ſenſatum potiſſimum ex gonorrheæ, ſanguinem explodentes.

Serpentes teſtibus carere docet aduerſus ſenſum pagin. 13. & 14. quod non ſolùm Medici, ſed Aromatarij norunt, quando vnoquoque anno in conficienda Venetijs theriaca, marium viperarum teſtes niſuntur.

Taurum caſtratum generaſſe docet. 12. ridiculum & implicans oſtenditur. 14. 15. Vt mittam ſi teſtes Ariſtoteli ſunt veluti teſtricum pondera, quo modo exciſi tauro inſeruient? quo modo abſque muſculis mouentibus & adiuuantibus coitum? quo modo ſectis paraſtatibus à teſtibus, proſtata ſemen communicabunt, effundent, ciculabuntque, ſi ſapis? quod à ſcientibus & doctis intelligi nequit, quia implicat.

Piſces coire tradit x. fabuloſum declaratur 13. & 14. Et ſuper oua ſemen effundeue tradit. Quis nunc temporis noſtris lectis, auditisue, & intellectis piſces incurrentes coire dicet niſi bardus? quando fœmina ſui præſentia, & coitum prouocet, & ſtans, atque verſo cunno? Ecquis bardiſſimus piſces oua venenari, & ſuper ipſa dein ſemen effundere proferre auderet niſi hebetis ingenij, ſi fęminæ præſentia, & coitum appetentis requiratur? Hæc pluribus reprobauimus aduerſus Mundinium, & ſequaces.

Teſtes vt pondera cordi inſeruire, & vt pondera voci facere ſcribit, & vt vanitas vanitatũ recipitur, & exploditur omnium non ſine admiratione.

Fęmineum ſemen fœtui, ſeu procreationi inficiatur. p. 24. & ſeq. vt ridiculum recipitur, & lapſus cauſæ afferuntur.

Muliebre ſemen in muliebrem cunni capacitatem effundi ignorauit, ibidem, An peregrini ingenij?

Muliebria fęminea inſtrumenta neſciuit, necnon fęmineum ſemen ignorauit. 26. quid quod?

Fœminæ menſtrua ſemen aſſerit. 27. An turpiter mentitur?

Mulieris ſemen vteri eſſe proprium, & ab vtero. 82. An Ariſtotelis ſomnium?

Abſque delectatione ex parte mulieris in coitu conceptionem fieri; proinde abſque eius ſemine docet Ariſtoteles. 29. 30. An omnia monſtra?

Semen in ſedem & anum confluere, & ex partis natura. 33. quod Pythiæ impijſſimum dictatum, & perpetuò mentitum: quando ſcienti, (non perfido & ignorantiſſimo) & bono viro Chriſtiano ſtomacũ facit, vtpote quod quis niſi peſſimus ſodomita defendere audeat? quãdo non ex craſſa inſcitia, maxima ue ignorãtia: ſed ex prauiſſima voluntate, vt vitioſiſſimus protulit, & impijſſimus Naturæ tribuit, de quibus nec meremur, nec demeremur, vt in Ethic. docuit nefandus, & deteſtabilis, in Lapide Lydio ad Mondinium contact. 3. vt Pythyæ ſit doctrinæ, Proinde cremandus, & turpiter comburendus veſter Peripateticorum princeps omnibus nominibus.

Hanc abſurditatem peripateticus videbit in prima parte noſtrorum librorum libri primi Exercit. 8. cap. 8. pag. 33.

Semen maſculinum vt coagulum lac cogit in menſtrua agere, & compoſitum minimè ingredi docet. p. 48. & ſeq. exploditur. 50. Similiter coagulum vitalem calorem continere, vt ridicula reijciuntur. 53. belliſſima.

De ſubuentaneis ouis, ac de piſcium coitu riſum mouens ſententia euertitur. 57. 58. bellisſimè.

Menſtruum ſanguinem primam eſſe fętus materiam, neſcientis eſt, eapropter vt fabuloſum reijcitur. 58. & ſeq.

Semen minimè animatum ſtatuit. 65. & ſeq., abſurdè concludit, vnde reijcitur, & omnimodè oppoſitum ſtatuitur, ſuis etiam poſitis contradictionibus. 74. & ſeq. à quibus magiſtri inanibus recedens, hic hic nouus autor, nobiſcum ſentit: Proterea Ariſtotelis animæ definitio improbatur. 74. & ſeq. vt infra ad Cremoninum.

Semi-

Semina non miſceri, & maſculos gignere docet. Vtrumque euertitur,& ſenſatum oſtenditur.

Ariſtotelis, & vafrities præ manibus ſemper. 87. oſtenditur.

Ariſtotelis de hominis procreatione erronea ſententia. 90.

Ariſtotelis aduerſus Antiquos triginta argumentis probat ſemen à toto non decidere 92. reprobatur eius ſententia. 101. Eius fuga,& tergiuerſatio, atque recantatio. 102. 113.

Similitudines & ſigna caſu redire docet. vt falſum reijcitur. 103.

Eiuſdem famis definitio euertitur. 108. 153 511.

Helidis ſimilitudo, vt puerilis fabula nō recipitur. 116.

Vno initu plura gigni animalia aſſerit, quod falſum oſtenditur. 120. & adhuc plura ad Mundinium. Sequax aſſentitur, vt infra,& ipſe ablegatur.

Piſces ouis ſemen aſpergere,quod aſſerit ridiculum. 123.

Piſcium lac non eſt ſemen. ibid. inde ridiculæ ſequelæ.

Piſces incurrentes coire ridiculum pariter eſt. 124.

Fœminam pro generatione ſemen non præbere pluribus probat. 132. euertuntur omnia vt ridicula. 134. 137. 139.

Perdices ex maſculi odore,& auditu,illiuſque voce impleri. 136. vt fabula recipitur. ibid. 155.

Fœminam monſtrum eſſe docuit. 146. damnatur ibidem. Et in parte Altera contactu 70. ad Mundinium. & 76.

Talpam oculis carere perperàm tradit. 147. quod Galenus nouit 14. de Vſu par. cap. 6. vt ſenſus docet.

Marem in dextro, fœminam in ſiniſtro vtero progigni docet. exploditur eiu ſententia vt communior ex ipſo. 148. 150.

Hominis ſiniſtra pars nequaquam omnium animalium maxime refrigerata. 153. ſenſui repugnat,nedum rationi.

Aquam & ventum fœminas gignere, quod aſſerit,euertitur. 154.

De ſimilitudine fictitia plurima, multis reprobantur. 158.

Venarum ſub arietis lingua colorem fœtus ſimilitudinem præſeferre, quod docet 158. ibidem reijcitur.

Diſcrimen quod inter homines, & brutorum innatum calidum ponit, euertitur. 219.

Eiuſdem de inſito calido ſententia reprobatur. 233.

Totum corpus ex ſanguine procreari. 242. perperàm dictum oſtenditur. 243.

Eiuſdem recantatio. ibidem.

Cur ſpermaticæ partes deperditæ non regenerentur ignorauit. 145.& ſeq.

De oculis maximè ridicula eius, eius regeneratio damnatur, & lapſus cauſa redditur. 249. contact. 47. ad Mundinium. Retexit & pugnantia ſcribet, eaque pluribus comprobare nititur 267. & ſeq. cuius omnia pluribus confutantur, ibidem, & vltimus.

Dextrum cordis ventriculum calidiſſimum, & calidiſſimum continere ſanguinē ait, contrà ſiniſtrum: proinde ſiniſtrum frigidiſsimum eſſe. Vt contra communem pinionem, & ſenſum euertitur.

De tertio cordis ventriculo fallitur,& lapſus cauſa, & ſimul eius vafrities reſeratur. 284.

Cor primum viuere,& vitæ principium eſſe falſiſſimum,parte tertia p. 2. ſi nondum in rerum natura exiſtit; quum ſemen anitum, annuēte nobis Aſſecla Peripatetico.

Ariſtotelis de liene, & viſceribus ignorantia. 295.

Ex oui albumine auem fieri, ex luteo verò nutriri pluribus docet. 304. Euertitur eius ſententia,& ridiculæ rationes ſoluuntur.

Spumificationem ebullientis in corde ſanguinis, reſpirationis in cauſa eſſe ſtatuit, ablegatur eius opinio. 320.

Reprehenditur de cauſa riſus ex Diaphragmatis ſauciatione reddita. 326.

Ariſtotelis quo ad cerebrum, & illius fabricam multa deteguntur errata, quæ præter Ariſtotelem nemo dicere auderet. 333.

Ariſtoteles neſciuit ſe cerebro ſapere,& ratiocinari. ibidem.

Vt ex cerebri ignorantia peſſime de anima ſentit, ibid.

Quam ob rem aduerſus eius ſentẽtiam cerebrum nequaquam actu frigidum eſſe. minimeque refrigerarè per ſe (vt aiunt) nec quo modo docet. 441.

Somnus non quia vitalis calor in cor reuocetur, vt Ariſtoteles voluit, ſed quia in cerebrum vaporum & ſpiritum reuocatio fiat, cauſatur. 449.

Ariſtoteles membrum cum inſtrumento confundit. 367.

De præcipua viſus parte, deque obſcuritate, ambiguitate taxatur. 400.

Aſpectum per intus ſuſceptionem docet, extramiſſionem improbando. 420.

Eiuſdem ſententia euertitur. 421.

Platonis opinio probatur. 422. ſed exactius in tertia parte ad Laurentium & contra Riolanum, vt manifeſtiſſimè pateat, Ariſtotelem neſciuiſſe, quid viderit, quo modo viderit, nec qua parte viderit, vt communiter omnes iamnum, quod in tertia parte etiam diximus & explicuimus.

Eiuſdem Ariſt. recantatio. 432.

Senex non ideo non vidit, vt docet, quia eius cornea craſſa rugoſa ſit, ſed ex radiorum defectu, & oſtenditur. 426.

Cauſam viſus aquam eſſe, quod ait improbatur, & Empedoclem melius ſenſiſſe oſtenditur. 429.

Pluribus rationem retexendo explicat exemplis, & in Platonis ſententiam inuitus vadit de radiorum extramiſſione. 433. & ſeq. Et vlteriùs in erroneam de extramiſſione ſententiam tranſit, & pluribus confirmat. 435. vt tueri à factioſis minimè poſſit. Ratio redditur quam ob rem ſic palynodiam canat. ibidem.

Non bene lumen per lucidi præſentiam in diaphano innoteſcere docet. 437.

Perperàm lumen cum radijs confundit ibidem.

De auditus fabrica Ariſtotelis ſententia, vt ridicula reprobatur Peripateticorum pace 448.

Auris fabricam non calluit, ignorauitque meatum ab aure ad cerebrum. Et neruum à cerebro ad aurem.

Hallucinatur præter alia, quod aer auditus ſit ſenſiterium, vt cum eo factioſi omnes toto Cœlo errantes.

Et conſequẽter id idem ſenſiterium ad cor tendere. 457.

De mendacio notatur, quòd in quacunque animalis accretione, animal augeatur omnes ſecundum partes. 449.

Oſcitantes non quia audiendi facultas, vel quia ſoni ingreſſus prohibeatur ex membranæ inflatione, vt tradidit, ſed alijs de cauſis perperàm tunc audimus. 481.

Deperditos oculos regenerari, amiſſum viſum recipi ait, & rationem ridiculam reddit, exploditur cum ſequacibus 248. & ſeq. in 2. parte cont. 47. ad Mundinium adque bardos.

De cauſis pluriparitatis, paripaucit. & vniparitatis ex animalium ſemine exploditur in 2. parte, in Lapide Lydio ad Mundinium contac. 59.

De ſolipaditate, & biſulcitate animalium cauſa variæ procreationis ridicula 2. part. cont. 59. ad Mundinium.

De gallinæ matrice ſemen recipiente notatur 2. parte cont. 65. ad Mundiniũ.

Ex vno galli, auis coitu ſemine plurà oua fœcundari, & albumina aſſerit, reijcitur vt vanum ac caſſum 2. part. cont. 63. ad Mundinium.

De auditus organi inepto loquendi modo redarguitur, necnon de inconſtantia, obſcuritate, & contrarietate notatur. 486. 489

De Tactus inſtrumento perobſcurè agit. 501.

Tactus ſenſorium ignorauit. 504.

Sepiæ aſſimilatur. ibid.

Sui oblitus ſibi minimè conſtans eſt. ibidem.

Perperàm in aqua aquam, in aere aerem ſenſus tactus mediumpoſuit: ſed peius viſus, & auditus ſenſiterium in aere, & aqua poſuit vt in 3. parte liquet. 509. bardi ne, an acuti ingenij?

Cutis naturam ignorauit, vt ſequaces omnes.

Eiuſdem

Digitized by Google

Eiuſdem leuitas circa dicta oſtenditur. ibidem.

De pilorum ortu Ariſtotelis ſententia. 529. euertitur.

Eiuſdem euerſio, & recantatio. 533.

Supercilia cur quibuſdam in ſenectute hirſuta. 529. Eiuſdem ratio, ſeu ſomnium.

Ex dentium raritate friula, & obſcura colligit. 534.

Cornua non gignuntur ex cute. 343.

Ariſtotelis humanam fabricam non calluit, vt qui lubet minimus anatomicus eo peritior credatur, & ſit ibid. cont. 5. & 6.

Ariſtotelis argumentum, & exemplum à planta deſumptum aduerſus Antiquos, quod ſemen à parte, non à toto promanet, & vanum, & craſſum oſtenditur. ibid. ad Mundinium. cont. 18. 24.

Ariſtoteles falsò ſcripſit, & credidit 4. de gen. animal. 6. quædam animalia ſuos fœtus imperfectos, inarticulatos, & cœcos parere ratione & ſenſu demõſtratur. cont. 47. ad Mundinium.

Pilorum coloris cauſam in homine non eſt cutis tenuitas. 546. Propterea in lacteo ſtigmate capitis in craſſa, & denſa cute albus pilus & capillus producitur.

Ridiculum & repugnans itidem oſtenditur, quod 3. de generat. animal. cap. 2. docet ouum per vmbelicales membranulę particulam augere veluti per fiſtulam ab vtero per acuminatam oui partem ad vitellum. cont. 65.

Ariſtotelis piſcium coitus ſuper oua vanus & mendax colligitur, & pluribus oſtenditur. cont. 191.

Perdicum coitus & impregnatio ex maris voce, cantu, odore, ſpiritu, vento, oris coitu examinatur, & ridicula colliguntur, demonſtrantur. cont. 203. & ſequent. & cont. 206. Ecquis pluſquam bardiſſimus perdices ſic impregnari dicere audeat? An neſciebat Ariſtoteles gallinas nec galli cantu, & aues ſine maris ſemine, & coitu oua ſubuentanea parere. An ne hæc dictu, & ſcriptu bardi eſt ingenij ſine fuco? Præterquam quod Peripateticorum, hic Princeps & vixit, & mortuus eſt hęreticus à qua vitali, & mortali hæreſi, quis audeat Chriſtianus ipſum Pythiæ conſilio Chriſtianitatis deſtructorem, vt pluribus docuimus, & docebimus, ipſique ſic fauere, quia ſic voluit nedum illum defendere, vt nec propter ea protegere quidem, tantum, abeſt, laudare. Proinde ipſemet conſultò vitam cum morte commutauit miſer, & ni in Græcia iuſtis de cauſis, in Inferno igne perpetuò cremabitur, vt ceteri ſimiles, potiſſimùm vt athæus, & hæreticus.

Ariſtoteles de animalium Hiſtoria cap. vltimo murium ridiculas hiſtorias, nec mulierculis recitandas refert: propterea à nobis etiam ablegatas fore. Quod videlicet Mures centenos ſemel pariant: eo minus ſine coitu ſal lambentes impleantur. Minimè omnium reſciſſa prægnante fœmina, prægnantes fœmineas fœtus, fœtuſue, & prægnantes reperiri potuiſſe. Hiſtoriæ non eius nomine, ſed maximè bardi, & cacchinno dignæ ſi Peripatetico placet, ibidem cont. 50.

Plura quàm centena enarrauimus riſu quidem, & cacchinno digna, & quæ obtuſum illius ingenium multi aſſerunt, quicquid factioſi, & (in magiſtri verba iurati dicant) credant. Quippe ex omnium Antiquorum Scriptorum, & Sapientum, Zoroaſtri, Orphæi, Megetis, Pytagoræ, &c. atque ſui temporis collectis ſcripſerunt, & operibus facilè conſequutis Alexandri Magni autoritate fieri, & euadere potuit literatorum, & Sapientum Monarcha: & eo magis, quòd è Græcorum more egreſſus ſcientiarum profanator fuit, vt in illius vita recenſuimus, & alia quampiurima auditu digna.

Alia centena à nobis collecta in noſtris excuſſis operibus videris. Vt mittam breuitatis gratia de Deo, alia de Angelis, de Anima, de Mundo, de Cœlo in Homines perniciem in eius vita à Sanctis & Doctiſſimis Viris collecta, & eo maximè à Franciſco Patritio ſuis in operibus de Ariſtotele conſtricta, & reprobata abſurda & ridicula ſimul, atque à D.

Digitized by Google

Platone herroneè diſſentientia memoriæ committenda, pag. 43. & impia. Et in eius vita quoque nefaria videre eſt, Peripateticorum pace.

Quibus maximè deteſtandis, & execrãdis ſupradictis, non Encomijs occurrendũ, ſi Veritati non factioſis Peripateticis, eſſe velimus.

Encomium laus eſt maxima Victoribus canendum, & in laudem in vita nobilium, & rectè geſtorum; non de malè actis, & morte ſimul quid ſapientis belli, boni?

Quid autem Ariſtoteles dũ vixit boni, belli, & veri geſſerit, à nobis partim in vita eius dictum eſt; partim inquam, quoniam vt Medicus omnes Autores nec percurrere voluimus, & volentes non potuimus quinetiam quoniam alijs, & domus, & filiorum negotijs, atque faciendæ medicinæ tenebamus pluribuſque alijs de cauſis.

Tù autem Peripatetice doctiſſime, qui Philoſophus es & Peripateticam doctrinam profeſſus & ſemper, Ariſtotelis magiſtri Encomium vt promiſiſti præſtare teneris, non nos aduerſus, quippe relata retulimus, vt ea ex Sanctis, & Doctiſſimis Scriptoribus, necnon Italorum Phenicibus recepimus, & ad verbum retulimus. Et cauſam credimus, ne certò ſcire dicamus.

Cauſa. Pythiæ Oraculum ſeu Diabulus ex ſui caſu, Chriſtum Saluatorem humanam carnem ſuſcepturum fore Nos Homines vt redimeret, & ſaluaret, ſat ſciuit: Proinde perditum ſibi diſcipulum Ariſtotelem parauit, contra nos Chriſtianos potiſſimum educauit, & quæ illi perpetuò conſuluit perdito, & deſperato (vt in illius vita, geſtis, & morte à nobis deſcriptis) modo ſuo, & iure ſuo conſuluit inquam, & factum eſt, & laudata & probata illius doctrina, atque tunc temporis, (tempori inquam, & opportunè, vt Diaboli eſt) quando Antiquorum libri deficiebant, & ab impijſſimo ſimili (diabuli ope & conſilio) Auerroi, vt in fine Ariſtotelis vitæ oſtendimus, Teſtibus noſtris Italis Phenicibus Franciſco Pico Mirandulano, necnon Franciſco Patritio Optimis & Literatiſſimis Italis.

Ariſtoteles Vita cura Patriſano de ſcripta. Eapropter nos ea moderatione erga Ariſtotelem noſtro de more vſi ſumus amice Lector, & Peripateticè, vt erga quemque, niſi prius à ſeditioſis læſi, vt noſtris in operibus videre eſt. Quum verò à Mundino Mundinio fautorum conſilio in quibuſdam recenſitis, & detegendis prouocaremur, coacti fuimus, ſibi & alijs ſciolis multa aperire, non cũ Amonio, Ioãne Philoppono, Guarino Ariſtotelẽ laudantibus laudibus extollere impijs miſſis; ſed purè, ſincerèque in apertũ proferre, atque in Veritatis, vt probi Scriptoris eſt, in Dei laudem, qui ipſa eſt Veritas, verè ſine fuco, & fraude ex Sanctis, Sapientibus, & probis autoribus planum facere pro virili Sanctorum Autoritate demonſtrare, ſenſuque ipſo palàm facere contra factioſos, & Pythiæ fortaſſe conſilio fauentes; Vt hæc poſt noſtra non de induſtria; ſed ex humanæ fabricæ ſtudio collecta, vt ſupra diximus. Impiam illius vitam (quis inficias ibit?) & Celebrioribus Autoribus exſcriptam in Chriſti Hominis Saluatoris honorem & gloriam. Etſi ſatis impar mihi tecum contentio ſit; quando tu florentis ætatis ſis, Ego proximus Platonicis annis, quando memoriæ defectu è ſchola exploſus. Tu ſemper Philoſophus & Peripateticus: Ego Medicus, & ſenior, vt in hoc (latrunculorum) ludo, & quà Medicus, & quà ſenior, & quà memoria parum valens, & quà tuo in ludo ſtare non valeam: quoniam pluribus nominibus, ego Pedina, (vt dicitur) tu Roccus. Sat tamen nobis, quòd verè, & ſanctè ſcripſimus.

Quoniam in Peripatetici Indice Varia ſunt, & ea permixta, vt ordinem ſeruare nequeamus, Propterea eo quo ſeſe modo habet excribemus, à leuioribus incipientes, & eſt 2. Exercitatio.

opi-

Opinio non facit homines probos, nec improbos Peripatetici. Exercitatio 2.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Primum.

NOs contra omnino credimus proptere a ſcripſimus, & certò credimus, in dictis vt ſtemus, Ariſtotelem improbũ, impium, vitioſiſſimum, hæreticum ex opinionibus extitiſſe, vt ſcripta probant; ſicuti in Platonem, Antiquos, Alexandrum Magnum, ac totam in humanam ſpeciem præ ſe ferunt, atque impijſſimum, nequiſſimumque, vt ſenſatiſſimum in eius vita cõſtat; quod ſenſitiuæ vitæ non aduerſari Peripateticus ſupradicat in Exercitatione tertia, in indice penitus penitus inquam ignoramus, ſi beſtijs beſtialiores non in ſomno, & in ſomnio tantummodò, quod tranſeat, ſed quòd vigilantes in terram ſemen, & alibi (auribus vt honor ſit) effundãt, vt Ariſtoteles, & aliorũ empietas. Hui ex ſemine anima rationalis? abſit à nobis.

An propter peccata veniunt aduerſa? Peripatet. Exercit. 4.

Par & Sanius Iudicium. Caput Reſponſum Secundum.

NObis Chriſtianis non eſt dubium; Dices Principes Chriſtiani nomine, ſed hæretici gaudent & bonis fruuntur & Epicureorum ſecta. Sed inquit Veritas Chriſtus Saluator ammodò receperunt mercedem ſuam. Quid plura ſi id par eſt, & Veritati ſtandum?

Peripatetici Exercitationes Plures.

- Anima noſtra nullatenus creatur: Immo hoc aſſerere eſt directe aduerſari cognitioni ſenſitiuæ, rationi, ſacris literis, Fidei Chriſtianæ, ac Vniuerſæ veritati. Non tamen eſt mortalis culpæ, originalis, quo pacto cõtrahitur per veram originem animæ. Exerc. 3. Peripatet.
- Quid de animæ rationalis immortalitate ſenſerit Ariſtoles? Exercit. 4.
- Ariſtotelis Encomiũ. Apologia pro Ariſtotele. } Exercit. Perip. 5.
- Anima rationalis ſecundum ipſius naturalia principia eſt mortalis. } Exercit. Perip. 5.
- Anima quamuis immortalis non tamen æterna. Exercit. Peripatetici 7.
- Anima rationalis verè generatur ex ſemine, quod eſt conſonans humanæ præſtantiæ, ſacris Eloquijs, experientiæ, ac vniuerſæ Philoſophiæ, illibatæque Veritati. eſt nihilominus immortalis. Exerc. Peripatetici. 7.
- Anima rationalis ſecundũ ipſius naturalia principia eſt mortalis. Exerc. Peripat. 5.
- Anima quamuis immortalis, non tamen æterna. Exerc. Peripatetici. 7.
- Et ex ſemine genita, eſt nihilominus immortalis. Exerc. Peripatetici 8.
- Anima rationalis non diuiſibilis, nec tota in ſingulis partibus corporis, eſt tamẽ immortalis. Exercitatio Peripatetici. 18.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Tertium.

Anima Rationalis ex ſemine nequaquam generatur, ſed Creatur.

PRæterquam quòd prædictæ Peripatetici Exercitationes contradictoria includant, quorum alterum ex neceſſitate falſum eſt.

Nihilominus, quod ex ſemine Anima rationalis procreetur anima mea abhorret, ſenſus aſpernatur, & ratio penitùs reclamat, non ſolùm quia Sancti & Doctiores

contrarium ſentiunt, quibus ſtandum, vt propterea hanc ſententiam temerariā aiūt, ſed quia ſunt purè peripatetica omnino damnanda, & potiſſimùm vbique à nobis Chriſtianis, cui dubium, credenti inquam? quod etiam antiquioribus Philoſophis Ariſtotele excepto, & illi peſſimo, credentibus innoteſcet. Eapropter optime Ælianus, & poſt noſter Italus Phenix Franciſcus Mirandolanus ſcripſere, quod Ariſtotelis philoſophia homines impios facit, vt anno elapſo maximus creditus Peripateticus typis hæreticus commendatus eſt, *Il cui nome ridir mi vieta Effeſo.e perche? Non ragionar di lor, ma guarda e paſſa, che l'anima col corpo morta fanno*. Eapropter Doctiſſimus Franciſcus Patritius Theodoro Angelutio inquit, Niſi credas à noſtris Theologis Ariſtotelem improbatum fuiſſe, de fide non erit bene ſentire, quod cuilibet dictum puta.

Ego ſemen animatum in medium omnium primus protuli, (poſt Marcus Marcius Medicus Boemus nos ſequutus eſt) non vt Antiqui, & quando etiam probaui, & modum quo animatur primus omnium expoſui declaraui, atque pluribus oſtentaui, (Mundino Mundinio, & ſuis factioſis oſtendi) necnon meritò materiali anima præditum conſtitui, & ob oculos poſui, (Quicquid Peripateticus dicat, ſeu dicturus ſit) ſecus (ſi anima ex ſemine) Homo, mulier nil procrearet, pareretue, Nota ſubtiliter Lector, & reſponde ſi ſapis ad abſurdum: quia ſcilicet, anima materialis à ſpermaticis partibus proximis & tangentibus præſtatur, præbetur, communicatur propterea ſemen animatur materiali anima, vt planta, bruta, animant, quæ nobis quo ad nomen ignotæ ſunt, Eapropter hinnibilem rugibilem, latrabilem vocamus, &c.

Tu modo Peripateticus nos de animato ſemine ſequutus Ariſtotelem deſeruiſti, vt cum Ariſtotele mundum æternum comprobares, vt infra doces. Quoniam ſi anima rationalis ex ſemine (abſque materiali ſeminea anima neceſſario poſita, vt pluribus oſtendimus) & ita numquam primus homo Ariſtotiles inquiet, & tu ſecū; Et cetera, quæ ſequuntur Ariſtotelis erronea & temeraria penitus Sancti dicunt. Quia à Deo creari & infundi docent, & Fides ſuſtinet.

Quia Ipſe fecit nos, & non ipſi nos inquit Pſalmiſta, Pſalm. 92. Et alibi, minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum Pſalm. 8. vt infra in poſtremò capite, &c. Non vt Ariſtotelis impia, vt in eius vita patent à nobis deſcripta, à Sanctis, & probatiſſimis Scriptoribus, quibus ſtandum, Peripateticorum pace dixerim, dicere ſi licet. Quando horum Princeps Ariſtoteles Pythiæ oraculum ſequutus in hominis perniciem, impia ſemper protulit.

Gregor. Magnus. Quis enim vno excepto Ariſtotele Deū orbi alligauit? Dei prouidentiam negauit? Deum intellectum eſſe protulit? Vnde Gregorius cognomento Magnus libro moral. in Iob. 32. refellit impiam Ariſtotelis de animali rationali diuiſionem, quam refert Iamblicus libro de ſecta Pythagorea, nempe, quod animalis rationalis aliud ſit Deus, aliud homo, aliud ſicut Pithagoras.

Reſcius Orator Sarmatiæ Regis. Vt Orator Poloniæ Regis ſuis in doctiſſimis Epiſtolis pag. 222. Reſcius inquam, Ariſtotelem patrem errorum omnium vocat.

Quis neſcit, ac magnis ex ſcriptoribus non colligit tot ac tanta ex virili, & fœmineo ſemine diuerſa edita, & typis cōmiſſa monſtra? Hui mōſtra talia, ac etiā diuerſæ ſpeciei, vt aiūt anima rationali prædita, homines fore? Hui molæ, quæ ſæpe, ſæpius & vbique viſuntur, & ex virili, & fęmineo ſemine, & ſexu fiunt & oriūtur, vt Gal. 14. de vſu partium c. 7. & cum illo Doctiſſimi Medici homines erunt? Hui carneæ portiones, vt viuentes anima rationali præditæ erunt, & homines dicentur? quia inquam ex ſemine genitæ? Hui ſemen in terram, in terram, ac indecentia in loca proiectum, quod abſit, (auribus vt honor ſit) rationali anima præditum erit? Soluat qui poteſt, non tu quidem, quoniam nec Ariſtoteles, nec Pytiæ eius Oraculum & conſultor ſoluet, quando non ſolùm erroneum, ſed verè diabolicum inuentum & figmentum: quoniam

Digitized by Google

niam ſemen hominis, vt brutorum materiali anima prædítum, vt ſupra,& infra dicetur: proinde maximè mirum, quod eò ventum ſit,vt homines,quia cum Ariſtotele talia animo gerant, & typis mandare audeant in hominum perniciem:ò tempora, ò mores, quæ Principes tollant ſua ex miſeratione.

Vt mittam de Rationali anima Ariſtotelis impia,quod Sapientiſſimos Democritum, & Alcmeonem mortuorum reſurrectionem fatentes irrideat, & alia plurima, vt in eius vita videre eſt, ſi Vera fari; & philoſophari eſt credentibus Chriſtianis.

Atqui Creato Ada in ipſum inſufflauit Deus,&c. quid quod?

An ſemen proueniat ex toto corpore. Peripatetici Exercit. 9.

Semen nullatenus à toto corpore prouenit. Opinio, quòd ſemen fluat ab omnibus partibus,rationes pro eo,(ideſt Aemylio Pariſano) & confutatio.

Semen à toto prolabitur.

Par & Sanius Iudicium.Cap. & Reſponſ.4.

CONfutationem noſtræ ſententiæ lubentiſſimè audiemus, & pluſquam lubenter reſpondebimus, niſi reſponſum iam ſit.& Peripatetici reſpondere erit,non Hippocrati tantummodò, & alijs, ſed rationi ſtantibus,& ſenſui quinetiam.

Quum Natura homini ſenſus tamquam ſatellites dono dederit, ac veluti nuncios conceſſerit, eidemque rationem adiunxerit, vt rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias rationes enodaret,ſcientiarũ fundamenta,& eorum potiſſimum, quæ in vitæ conſuetudine ſunt, atque in communi hominum ſenſu nuntium remittere repudiare non liceat; ſed vſu, & communi, inquam,ſenſu ea percipiamus, intelleƈtuque ipſo certò ſciamus.

Vt quid Deus optime illud inficiamur, & contrarium ſuadere conamur?& potiſſimùm ſi à magnis, & grauiſsimis Autoribus talia conſequamur, ſenſata, inquam, Hippocrate, Clariſsimo medicinæ principi, atque (Sacræ Scripturæ præterea, de Iacobi pecoribus) à ſenſu ipſo certi reddimur,vt infra quamplurimis periculum facies ſi ſenſui ſtes fidelis auditor, & Lector.

Antiquorum ſententia fuit, ſemen à toto decidere,quatuor ducti argumentis, ablatis, & ab Ariſtotele reieƈtis primo de animalium ortu cap.17. poſt contra ipſos contrarium ſuſtinet triginta argumentis à nobis in prima noſtrorum librorũ de Subtilitate poſitis pag.92. necnon alia Galeni,Valleſij, & Fernellij pariter contra antiquos pag.96.& ſeq. Et prædiƈtarum opinionum à nobis confutatio. pag.99.

Poſt nos noſtram ſententiam attulimus in cap.7. ſuſtinẽtes ſemen à toto prolabi pag.101. Hippocratis autoritate, & aliorum, atque quamplurimis ſenſatis experimentis,quibus ni fidem adhibeas, demens es,inquit Hippocrates.

Deinde à nobis triginta argumentis Ariſtotelis argumenta aduerſus Antiquos ſoluuntur pag. 114. necnon Galeni, Fernellij, & aliorum pariter tolluntur contra Antiquos cap.3.pag.124.

Quibus quamplurimis etiam ſenſatis non contenti Mundinius & fautores, (inſolutis diƈtis)in medium quędam attulit in melampigum incidens.Quem Mũdinium, & conſultores peſſum dedimus,eũdemque aduerſum Par & Sanius Iudicium addidimus, & quamplurimi ipſum ablegauimus.

Non propterea hic lis deſinit, quoniam ecce tibi Peregrinus (verè inquam in his Peregrinus Malachenſis Gallego De la Serna,Hiſpaniarum Regum Archiater, cuius reſponſo typis noſtrum Lapidem Lydium obuiam miſimus, ne vlteriùs calcitrare auderet.

Verumenim uerò neque hic lis terminat:quia veluti Hydrę capita nos aduerſus pullulant, etſi ignitis facibus obtruncatis omnibus pręſto ſimus. Tametſi non pigeat inquam hæc in Veritatis gratiam ſuſcepiſſe onus,quamuis aduerſus Philoſophorum Principem: Quia tamen ex itinere defeſsi, & quod magis vrget vicini,ni proximi Platonicis

tonicis annis parum memoria valentes, vti tunc Plato à peſsimo diſcipulo Ariſtotele è ſchola eiectus eſt, quamquam Xenocrates Ariſtotele doctior, & victor ſcholã ipſi D. Platoni reſtituerit. Tum demum quoniam ſatis impar inter nos ratio, cum florentis ætatis viro, ipſe ſenior in arenam deſcendere, & quod vrgentius, Medicus ſenior cum Peripatetico ſemper: & quod plurimum refert, inquam, ego in hoc (latrunculorum ludo) Pedina ſemper, tu verò ipſe valẽs Roccus Peripateticus perpetuò, vt ſupradiximus. Verùm quia tu in nos, vt oretenus dixiſti, & faſſus es. Eſto & bonis auibus vt aiunt, fiat Encomium, ſcbrẽſiat Apologia.

In arenam deſcendamus noſtris cum actis & probatis, potiſſimùm quia tua argumenta neſcimus, quoniam Generales Inquiſitores tua ſcripta in lucem egredi nõ permittunt, vt ex te audiuimus. Sin verò concedant, tuis argumentis in Veritatis gratiam reſpondebimus, valentes. Scio tamen in & ex tuo Indice videlicet, nunc edito, poſtquam typis non permittunt, tua vt pulcherrima audiamus, & vt aiunt breuiter videbimus. Interim, eſto.

Quòd non vis Semen à toto prolabi, & tui Præceptoris Ariſtotelis opinio fuit, vt ſupradiximus ſuis ſolutis 30. argumentis. Præterea quòd anima rationalis ex ſemine generetur, quæ illius etiam ſententia fuit. Ampliùs quod in quolubet corpore vna ſit tantùm anima. Eapropter pro Ariſtotele Apologiam (vt tuus index oſtẽdit) necnon Encomium promiſiſti, & multa alia, quæ ni fallor contra nos erunt, potiſſimum (præter Liceti argumentorum de rationali anima ſolutionem) Encomium, & Apologia contra Ariſtotelis calumniatores: Eſto tamẽ arbitratutus, iureque tuo, Faxit Deus vt tua videre, & ad ea reſpondere valeamus, vt ad cetera tua.

Ariſtotelis vitam deſcripſimus & Mundo palàm fecimus Veritate moti, vt pote qui ex Sanctis (vt par erat, & eſt, & Par & Sanius continuo Iudicium erit pro viribus,) & probatiſſimis Autoribus omnia, & in medium attulimus Mundo, & Doctis Chriſtianis & maximè digna ſcitu, vt quæ ſcribemus infra.

Quoniam ſcilicet ſcripta, & ſcribenda Ariſtotelis, quum nec pondere, nec malleo ſtare queant, vt certò credimus, propterea ad manum, quandoquidem quæ dixi, dixi, & hactenus omnibus reſpondi, & Venetis, & Patauinis pluribus etiam primæ ſedis Cremonino, Caimo, Sanctorio, & Gallis, & Hiſpanis, & Anglis Regijs Medicis, & Archiatris: An inuiſis, in auditiſque Doctiſſimi Peripatetici terga dabimus? quibus neutiquã credidi, credamue ſi Peripateticorum principi non formidauerim, nec tanti faciam? Doctioribus tamẽ & Sanctis adhæremus.

Si quis non credat inquit Hippocrates primo de Dieta animã animæ miſceri demens eſt. Si quis carbones ardentes ad ardentes adijciat, fortes ad debiles, & alimentum ipſis præbuerit, ſimile corpus omnes exhibebunt, & alter præ altero non cognoſcitur, ſed in qualicunque corpore ignẽ ſuſceperit, tale in omnibus erit: vbi verò præſens alimentum conſumpſerit ſecernuntur, & obſcurantur; idem hoc anima hominis patitur. primo de Dieta.

Hippocrates libro de aere, aquis, & locis de Macrocephalis, qui ex conſuetudine lõgis capitibus ſunt, quod generòſiſſimum apud ipſos putabatur, ex conſtricto à parentibus capite. Natura poſt modum id præſtitum eſt, quia inquit, ſemen ab omnibus corporis partibus profluit, a ſanis ſanum, à morbidis morboſum, &c. vnde à toto capite, à cerebro, oſſibus, membranis, neruis, à cute elongatis, vt à caluis calui, à cæſijs cæſij, à diſtortis diſtorti, à claudis claudi. Reſpondeat qui poteſt ſenſatis.

Iſdem à toto hoc ſemen procedere docet in libro de morbo ſacro.

Iſdem in libello de Genitura, à toto corpore inquit his verbis „ Porro Genitura dico à toto corpore ſecerni, & à ſolidis, & à mollibus partibus. Et paulò ſupra his verbis, „ Quibuſdam verò iuxta aures venæ ſectæ ſunt, hi coeunt quidem, & genituram emittunt, verùm modicam & debilem, ac infœcundam, nam plurima geni-

turæ

Digitized by Google

turæ pars à capite iuxta aures in ſpinalem medullam procedit: ipſe autem tranſitus cicatrice ſectione inducta conſolidatus eſt. ſect.3.pag.2.C.

Quis quæſo te inficiabitur in mulo plures animas eſſe,vt in gimno? alias equi,& aſinæ duplicem miſtamue: ſic gimno aſini & equæ. Similiter in cane & vulpe:in cane & lupo,& è cõtra ex ijs genitę. Quid de mutilato cane à nobis viſo, & propoſito abſque anterioribus cruribus canem ſibi ſimilẽ anterioribus abſque cruribus generaſſe, & vbi,& quãdo?(infra)Quid de lacteo ſtigmate in viri capite, quo plures filios, & filias eodem ſtigmate, & ibidem generaſſe conſtat, vti de hoc & dicto cane verum eſt, & Deum teſtor quod quæris. Reſpondeat qui poteſt abſque nugis. Vt plurima alia & nota & certa mittam, quæ quiſque noſtris in libris,primæ,ſecundæ,tertiæ & nũc quartæ partis videre,& obſeruare poterit, potiſſimum ad Mundinium, & ſequaces.

Ex vno ſemine vno effuſo coitu plura ſimul gigni poſſunt animalia. Peripatetici. Exercitatio Octaua.

Ex vno ſemine vnum animal, non plura progignuntur.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Quartum.

SI ſemen à toto,hoc eſt à qualubet ſpermatica parte corporis prouenit,vt autoritate, ratione, & ſenſu probatum eſt, nequaquam plura gignere poteſt, quod impoſſibile,quinimo nobis implicat. Quoniam ſi vnum ſemen à toto,à ſingula quaque ſpermatica parte, quod Intelligentibus idem eſt, quà ſemen à ſemineis partibus,vt probatum eſt. Quo modo plura ex vno,ab vno,à toto, ſeu à ſingula ſpermatica parte inquam, à qua ſimul & ſemel ſemen totum? Et proinde quantum vni, ab vno,& ad vnum ſufficit? vt ex auibus omnibus videre eſt. Quandoquidem ex vno ouo vna auis perpetuò, (niſi ouum duos vitellos obtineat, quia inibi duo ſemina) etſi plurimas matrices, hoc eſt cellulas pro continendis, & ſimul contentis ouis obtineant. Necnon in plantis ſemper ex vno ſemine, ex vno grano, vna planta perpetuò, tametſi tecas plurimas plurimis cellulis præditus contineant fabæ, ciceris, piſi, millij, &c. Quemadmodum & in homine, quamuis continuò is coitum appetat,vnus tamen fœtus ſemper viſitur, niſi ſuperfętatio fiat. Et perquam tarò in magnis brutis, elephanto, equo, bobus, aſinis, binos cernimus, & niſi in eiſdem ſuperfœtatio fiat coitum donec appetant,& matrix aperta abſque concepti fœtus detrimento: propterea perquam rarò viſuntur plures. Quæ in homine non eſt difficultas, quoniã quotidie appetit, & matrix poſt conceptum prolapſum ſemen recipit, & ſuperfœtatio fiat.

Canes verò, catæ, ſues, &c. vtpote quæ diù,noctuque coeunt,atque ſingulis horis, necnon duas matrices habent, eaſque pluribus cellulis præditas, vt Anatomici norunt, triplici de cauſa plura generare, & à parum ſcientibus vno coitu plura progignere creduntur: qui error, & communis eſt,propter paruam hominis intelligentiã. Quoniam vt diximus, & quia ſingulis, horis coeunt, vtpote ſalaciores, & duas matrices obtinent, atque pluribus cellulis refertas gerunt, quarum gratia ſuperfœtationes dici debent, vti re vera ſunt. Quoniam tamen eodem tempore huiuſmodi bruta & ſimul & ſemel plurima pariunt, creduntur ſimul concipi,& ex vno ſemine, & eſt communis ſciolorum error, & opinio. Et errati inſcitia cauſa eſt,quod prius concepti canes, ſues, eleuri in primis matricum cellulis iam perfecti, & vltimã perfectionis manum (vt dicitur) conſequuti, exitum quærunt,vel forſan ex ſanguinis & alimenti defectu calcitrando, egreſſum quærunt, & exire feſtinant. Poſteriores verò concepti & egredi etſi immaturi, & alijs ſuperioribus natu egreſſum, & cedere coguntur.

Quod certò colligere eſt,& ſæpè viſitur, ſi mulier ſuperfœtauit egrediente maturo fœtu,immaturus ſæpiùs tollitur & abortio fit,

Digitized by Google

ſit, ſi primo perfecto & maturo egredienti impedimento ſit. Proinde canes, cati, &c. vltimo cõcepti minores ſunt, vt ſenſus docet, atque in egreſſu priores non aucti, & perfecti. Obijciet Peripateticus ſi vnum ſemen, & à toto, quo modo plures fœtus: Reſpondetur, quod non vnus catus, ſed plures cati, & in pluribus diebus, & noctibus coeunt, vt fœmina poſſet coire. propterea à coitu defectus cuiuſque animalis pluries coeuntis.

Obijciat aliquis, granum frumenti, millij, fabæ, &c. plurima grana generant: Ergo ex vno ſemine plurima. Reſpondetur, quòd non eſt vnius grani millij, frumenti plurima procreare quà ſemen, ſed quà planta, amygdala, quercus, homo, canis plurimos progignere homines, canes, catos: quod in catis per dies, & plures noctes recedentes ſæpè & in coitu vociferantes, vt ſolent, obſeruauimus,

Obijciat alius cum Mundino Mundinio (qui cum plures congreſſus habuimus in prima, in 2. parte ſuis ſemper exploſis omnibus) ex Schenchij relatione, ex vno hominis effuſo ſemine, centeni fœtus, & homines geniti ſunt. Cui ſat nobis inibi reſpondiſſe de miraculo, vt cò loci colligitur. Quoniam ſi Deus ex nihilo omnia fecit, quid mirum, quod ex aliquo, quot voluerit efficiat? vt inibi expoſuimus.

Cur ſemen fœcundum ad plura, non ſemper plura producat. Perip. Exercit. 9.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Quintum.

SI ex cæſijs cæſij, vt fateris. Si naſus aquilinus aquilino patri ſimilis ſit, & ſimus matri, frons fronti, oculi nigri, & caprini ſimiliter parentibus, vti os latum reſpondet, vt cetera dicta, non video, quo modo aſſeras, quòd ſemen nõ à toto prolabatur & deſcendat, eo magis ſi ſtigmata afferamus, ſi præterea à claudo claudum fieri obijciamus, (mittentes antiquorum anchoras) ſi Hippocratis macrocephalos, facere, ſi diſtortos diſtortos parere, (mittentes, quod dementis ſit) quia àutoritas maximi viri, quia cum ratione, quia ex ſenſu deprompta. Cur autem non plura producat, rationem reddidimus, quia non poteſt, vt ſatis ſuperque conſtat, & non ſolùm ex autoritate, ſed vt explicuimus ex ſenſu ipſo deprompta eſt. Iam ad alia.

In Homine non ſunt plures Animæ. Peripatetici Exercit. 15.

Omnis anima eſt in materialis, vel incorporea. Peripatetici Exercit. 18.

Semen in Homine materiali anima animatum eſt.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Quintum.

QVum iſdem ſit omnino modus ortus plantarum, necnon brutorum, ac præterea hominis, quà animal, non ſolùm ex ſemine à toto, ſed à ſingula quaque corporis ſpermatica parte: Verũ etiam vt planta nutritur, augetur, & ſibi ſimile procreat, vt aliàs, & ſupradiximus. Non video quã ob cauſam illud idem, vt in plantis, & brutis per propagationem genitis, in Homine non ſequatur, in quo, ſicut Sancti temerariam ſententiam aſſerunt, Rationalem animam ex ſemine generari, ita pariter, nec rationalem animam nutriri, augeri, nec ſibi ſimilem, quo ad animam videlicet Rationalem progignere dubio procul dubio dicent; ſed vt planta, & brutum reapſe nutritur, augetur, ita pariter animatum quod lubet corpus per propagationem ſuę ſpeciei ſimile materiale progignet, quà ſcilicet animatam ſemen procreabit, non ſecus ac planta, atque brutũ: quia, inquam, nutritur, augetur vt planta, & ſibi ſimile generat, hoc eſt animatum ſemen, vt conuenit mihi tecum; aliter homo nihil generaret omnium præter opinionem, & Dei iuſſum creſcite, & multiplicamini, & quod lubet ſementem ſuam præbeat, quà animal, temerè niſi loquamur. Quòd ſemẽ animatum & animal auctum vt plurimum alteri

pa-

Digitized by Google

parentum ſimile eſt, vel vtrique pluribus in partibus, naſo, oculis, ore, fronte, quemadmodum dicebat Hippocrates à cæſijs cæſij, à diſtortis diſtorti, ſicuti de macrocephalis, & alijs inquit. Nos de pluribus affectis ſtigmatibus.

Iacobi pecoribus, &c. Non quo ad rationalē animā, quæ à Deo creatur, vt Pſalmiſta ait Pſal. 91. ipſe fecit nos, & non ipſi nos, & prius, minuiſti eum paulò minus ab Angelis gloria & honore coronaſti eū, &c. Pſal. 8. Et Deus creato Ada inſuflauit in eum, &c. vt Sancti aiunt, quibus ſtandum, non Ariſtoteli, & Peripateticis, quod abſit à nobis Chriſtianis. Quod aliàs à nobis dictum, & probatum fuit in prima parte li'. 1. olim Exercit. 1. cap. 3. pag. 67. & ſeq. Et ratio eſt, quoniam corpus omne viuens conſumitur ſuo ab inſito calore: quam ob rem, vt viuat, nutriatur, augeatur, atque ſibi ſimile procreet, alimento opus habet. Sanguine carnoſis pro partibus, ſemine pro ſemineis, eo quo inibi diximus modo.

Nota Lector. Videlicet ex ſanguine ab inſito partis ſemineæ calido inſito conſequatur, & in roris modum, quà ſemen eidem affixum atque prius adhærens agglutinatione proximū ab eadem parte materiali anima particeps fiat poſt breue temporis ſpatium, deperditæ ſuccedat, eiuſquè vicem gerat, à qua ſeparari nequit, niſi ab ipſa expellente materiali ſeu animali anima venerij congreſſus tempore medijs ad hoc inſtrumentis ſegregetur, & quando totius corporis cōcuſſio hac de cauſa fit, & veluti ſpaſmus dicebat Galenus. Proinde vt diximus vna totius & ſeminis anima numero, & materialis, non rationalis, quæ à Deo, ſecus homo nihil generaret, quod abſurdum, & erratum, maximum eſt; ſed ſemen materiali anima prӕditum.

Vt pateat hanc materialem animā eſſe, & dicto modo à continentibus, & fouentibus ſemineis partibus rectè diſcurenti, & ratiocinanti communicari, & præſtari, præberique.

Ampliùs Animam rationalem vegetare, quà rationalis, mihi certè turpe dictu; quoniam, minuiſti eum (ſcilicet Hominē) paulò minus ab Angelis, gloria & honore, &c. Pſalmiſta inquit vt ſupra diximus. Vt qua Rationalis plantæ & bruti munus non exerceat: eò maximè ſi ex ſemine, vt Ariſtoteles & Peripatetici ſuſtinent quòd a nobis quam longiſſimè abſit; ſed quà materialis, & animalis vt plantarum, brutorum.

Demùm ſi ex ſemine; vel ex ſemine excremento Ariſtotelis, & cirſoidum paraſtatum, quod Ariſtotili excrementum, & qui aliud non nouit, nobis alimentum teſtium, & animati ſeminis eſt, vt &c. vera expoſuimus. Vel ex ſemine animato. Non ex hoc, ſcilicet animato ſemine, quod non nouit, & eſt contra Ariſtotelem, & Peripateticos. Non ex excremento, quoniam non eſt animatum materiali anima vt nec huic Peripatetico, vt pareſt ex dictis conditionibus ſicuti nec ex animato eadem deſtituto animali anima. Et ita neque ex excremento, neque ex animato ſemine: vt quò te vertas neſcias. Ni præter impoſſibilia, vt credo, & præter Naturam, atque præter Dei voluntatem Sancti dicunt ex ſemine rationalem animam dicat hominem fieri, quam ſententiam Sancti temerariam dicunt, atque damnant, & condemnant, quibus vt ex fide, ratione, & ſenſu ſtandum. Explicet Peripateticus, Cui fortaſſe de meliori nota reſpondebimus.

Quoniam nobis ſemen materiali anima vt diximus animatum eſt priuſquam effundatur à dictis proximis ſemineis membris præſtita & communicata: igitur non ſic immortalis in corporea ex ſemine, ſed materialis iure noſtro, vt plantæ, bruti anima, quæ nutritur, augetur ex attracto ſibi alimento, retento, concocto, aſſimilato, & ſibi ſimili genita materiali anima, nō rationali: quod à nobis quamlongiſſimè abſit, quod ſcilicet vegetet & augeatur in iuuene, in ſene decreſcat & minuatur nobis erronea & abſurda de rationali anima. Prӕterquam quòd ſi anima ex ſemine generatur, homo per Peripateticum non moreretur ſaltem iuuenis, ratione pabuli ſanguinis, & ſeminis abundantium. Ad hæc ſi anima ex ſemine & immortalis, homo nihil generaret

præter

præter monſtra, molas; &c. Quæ Deo, Prophetis, Sanctis, Concilijs, Ratione, ac ſenſui repugnant ſi ſanus ſum. Eapropter à Deo Angelus, & Rationalis anima creantur. Quoniam reuerà homo creſcit, & decreſcit, quæ de Rationali anima dici nequeunt, vt ratio ſentit.

Radices an ſint partes Plantarum, Peripatic. Exercit. 7.

Radices nobis plantarum aliàs fuere partes, vt nunc quicquid Peripateticus dicturus ſit.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Sextum.

SI plantarum, & arborum trunci maiores rami, minores, folia, flores, fructus, ac ſemina eſſe maius, & minus, ac vitam, & dicta omnia incrementum, & decrementum recipiunt, vt nos manifeſtiſſimè ſenſus docet: quo modo Peripateticus, vnde, & quando alimentum recipiunt & trahunt docebit niſi à radicibus? Addo, quod alias diximus, prout radices, in aqua, ſtercoribuſque infixæ, & degunt, maiores flores, pinguiores fructus, & ſemina producunt: contra in arrida terra, & nimis ſicca contingit. Verum eſt, quòd quandoque quædam plantæ ſicciſſima loca appetant, vt Caprificus in ſiceiſſimis parietibus degens, & tunc à folijs & ramis aquam, & alimentum allicit, & accipit: ſed fructus nō producit; præterquam quòd id non impedit, quia radices plantarum non ſint partes, & totæ arbori alimentum deferant, ijſdemque fructus acceptum non referamus. Immo aliàs diximus, Radices eaſdem habere & poſſidere partes cibum toti deferentes: Videlicet duplices cortices, & ligneam partem, carere tamen medulla (in habentibus) ad robur, ſecus frangerentur, quòd radicis non eſt, Hæc à ſenſu deprompta, quæ qui negat, ſenſus pœna eget. Secus quo modo viuant? & ſi viuunt? ac augētur quonam pacto quæritur, an animam habeant, vt infra?

Semen Plantarum an habeant animam propriam, fructus quum ſint nobiliores plantis, quo modo ab eis produci poſſunt fructus plantarum, cur ſint præſtantiores ſeminibus animalium. Peripatetici Exercitatio 8.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Septimus.

SI iam ſtatutum ſit, ſemina viuere, nutriri, augerique ſenſui vt conſtat, ac flores & fructus producere, necnon ſemina gignere, non eſt, quod tempus fruſtra conteramus, & Lectori tædio ſimus. Fructus non plantæ gratia ſunt, ſed hominis, brutorumue cauſa, proinde nobiliores, ſeu præſtantiores ſeminibus progignuntur; & eadem de cauſa ſeminibus animalium, (non hominis euius anima à Deo, ſecus erroneū & maximè impium dictu foret fructus hominis anima & ſemine nobiliores præſtantioreſque eſſe, quod contra Peripateticum hunc maximè vrget.) Quid probatione opus eſt, ſemina ad producendas plantas, non animalium gratia?

Quo modo Genitores non barbati, virtute efficiendi barbam filijs conferunt. Peripat. Exercit. 9.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum Octauum.

O Friuulum quæſitum quo modo itidem Matres mulieres puellarū cunno pilos. Eodē dicimus modo, quo dentes homini, & animalibus naſcuntur, pinnæ pennæ, & alæ auibus: quo modo menſtrua fluunt, quo modo ſemen, amor, & coeundi deſiderium, vbera lac generant, papillæ effundūt, & vt diximus ſupra folia primùm, poſt rami, dein flores, poſt fructus, tandem ſemina plantis: ſuo ſcilicet tempore cuncta. Quicquid Ariſtoteles contra, ſed perperàm doceat: quicquid Peripatetici dicant, & ſimilia, quæ nobis hebetioribus admirationem pariunt. Quo modo epidermis cuticula, capilli, pili ex ſemine à cute

animata

animata progignuntur: proinde viuunt, & ſubinde nutriuntur, & augentur, vt videre eſt: quoniam pili, & capilli perforati ſunt, vt in ſuum ſetis viſitur, quo foramine alimentum trahunt & conſeruantnr vitam viuentes: ideo & epidermis, vngues, roſtra, dentes tum hominis, tum brutorum pili, capilli, vt in ſetis ſuum, apertis foramen viſitur, & obſeruatur, vtque in eorum cacuminibus, ſeu extremitatibus, quæ prius albeſcere, & canoſcere incipiunt, medio inquam foramine, quo alimentum trahunt, vt prius probum, poſt deprauatum incoctum, & pituitoſum.

An Deus aliquid poſſit generare. Peripatetici. Exercitio. VIII.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum VII.

SI Deus eſt Omnipotens, vt plures, & innumeros Mundos creare poſſit, quid coarctandus, an aliquid generare queat? Quando, inquit, & facta ſunt. Obijcies, hoc dictum de Creatione non de Generatione intelligendum eſt? Vt mittam ranarum millena genita, Regem & Regnum vexantia quòd nobis non impedit: quando ſupra in capite 4. aduerſus Mundinum habuerimus, quòd ex vno emiſſo hominis ſemine centeni procreati (ex ſchenchio) ſunt homines: quod ex Dei miraculo factum diximus, vt certum habemus. Sed hoc Theologis, & Sanctis, ſtatuendum relinquemus.

An Mas fieri poſſit fæmina, & è contra Peripatetici. Exercit. X.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum. X.

HAnc fabellam aliàs audiuimus; ſed poſtquam à Peripatetico accepimus, priuſquam ſuam ſententiam audiamus, quid ſentiamus liberè more noſtro dicemus. Neſcientes, non videnteſue, quomodo Docti Viri hæc credant, & ſibi perſuadeant, quòd aliqui fabulentur, & inde alij ſcioli talia recipiant; Verùm ijs eſto: ſed quòd intelligentes hiſce friulis fidem adhibeant (de Peripatetico non credimus) non capimus, ſi verum eſt quòd ſenſus nos docet. Quòd ſcilicet alia ſit viri fabrica, alia mulieris: alij viri teſtes, alij mulieris, aliud viri ſcrotum, vt alius mulieris vterus: Aliud priapus & viri virga, aliud mulieris vagina. Adde ridiculum, quòd priapus plenus & durus, ſaltem erectus: mulieris vagina inanis & vacua ſemper: aliud, (quod riſum, ſeu cacchinum mouet.) Si de quo magis & de quo minus. Matrix, eſt ligata, & vtpote ſic egredi non poteſt, niſi aduuluæ os, ſi hæc intelliges: Vt quid igitur matrix ſuis alijs cum teſtibus foras egredietur, remanentibus labris, nimphis, Veneris labro ſi ſapis? e euh. An mas fœmina, e contraue? quod præter dicta magis repugnat.

An ex Mutilis generentur mutila, vt ex Ceſijs Ceſij. Peripatetici. Exercit. XI.

Vt ex Ceſijs Ceſij, ſic ex Mutilis Mutila procreantur.

Par & Sanius Iudicium, Caput & Reſponſum. X I.

SI ex Ceſijs Cęſij, vt fateris, vtque nigri, & caprini oculi caprinis & nigris ſimiles. Si aquilinus naſus patri ſimilis, ſimus matri, frons fronti. Os latum patri, vel matri reſpondet, non video, quo nam pacto aſſeras, quod ſemen, non à toto labatur, & deſcendat. Secundo ſi ſtigmata in capite, & ſæpe vidimus & ſcripſimus multis in genitis filijs, ſimiliter, non agnoſcimus, quo modo ſemen non à toto, quod inficiaris, vt antiquorum anchoras mittamus? Si Iacobi Pecudum hiſtoriam recenſeamus notiſſimam, vt Mundinio, & ſequacibus aliàs attulimus. Quo ſimiliter pacto aufugias ignoramus. Si Hippocratis Macrucephalos notiſſimos, diſtortos à diſtortis, à fœmina fœminam, quàm moſtrum Peripatetici dicitis, an negare dabitur? & ſemen à toto inficiari, erit?

Digitized by Google

Et ſi à claudo claudus, quotidie vidimus progigni, quid quod ſapientes doctiſſimis? An eſt ſenſui ſtare? Atque hæc omnia non ſolùm ſemen à toto, ſeu ab omnibus ſemineis partibus prolabi certum eſt contra Peripateticoſque notum, vt aliàs pluribus: Verùm nonne ex mutilis mutila pronaſci ex hiſce intelliguntur: quæ ſi Dictionaria Nizolium, Calepinumque conſulas, docebunt te has mutilationes, diminutiones, & mutilatiſore ſpecies.

At ne ampliùs Peripatetici hæſitent & titubent, pulcherrimum percipiant & complectantur, quod aliàs Mundinio & ſequacibus de cane anterioribus cruribus mutilato. Poſt Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum Venetijs ſi iter tendas verſus Eccleſiam Cruciferorum primum poſt pontem ſiniſtrorſum in quinta porta magiſter Paulus ſutor plurimos ante annos mortuus habitabat, & canem habebat ſine anterioribus cruribus ortum, quemque vt ſimilem monſtrum amabat: Propterea fœminam marem canem appetentem à ſene ſutore adiutus illam pluries coiens impleuit, & canem, caneſue (quod non recordor) genuit ſibi ſimiles abſque anterioribus cruribus, vt iure iurando ſupra diximus. Eandem domunculam habitat nunc magiſtri Pauli ſutoris inquam, Marietta marciaretta. Ante hanc portam & domunculam habitat D. Creſtinus Sacchezzi mercator. Mulier verò & vxor magiſtri Pauli ſutoris (Catharina Scarpulina dicta) habitat in contrata Sanctæ Mariæ ab orto, dall'orto, vt qui lubet reperire valeat, ſi libet.

Mundi æternitas nec Veritati, nec fidei Catholicæ diſſonat. Peripatetici. Exercitatio tertia.

Par & Sanius Iudicium. Caput & Reſponſum XII. & vltimum Philoſophicum.

HOc caput & eiuſdem rationes, quemadmodum & de Cœlo æterno Ariſtotelis, & Peripatetici huius iuxta ſententiam, atque illius argumenta, Peripatetici non excuſſa, nec typis miſſa neſcientes nunc mittimus, etſi nullius momenti credamus, oppoſitum credentes noſtras ob rationes, immo demonſtrationes, quas Vrbano Mundi & Cœli Domino Pontifici maximo Sacrauimus. Propterea de re nobis certa, & Vrbaniſſimo conſacrata Pontifici Maximi, non eſt quod vlteriùs proſequamur, ſed ſilentio veneremur.

Plurima in dicto Peripatetici. Indice colligenda præterea extarent penitus decuſſanda, vt in erronea Ariſtotelis vita, geſtis, & turpi morte videre eſt, & ea quidem prius excutienda; ſed quia noſtris in prima, ſecunda, & tertia excuſſa ſunt partibus ea propter ne actum agamus, nunc miſſa facimus, & iuxta reſponſum ſi dabitur, in arena conſilium capiemus in Veritatis gratiam ſemper. Et hæc quatenus philoſophi in medium afferre voluimus, non contra Peripatheticum hunc, cuius rationes inquam non vidimus, audiuimuſue; ſed illius aduerſus Indicem à Viro Clariſſimo nobis & alijs multis oſtenſum, quemque legimus & deſcripſimus, vt alij exſcripſere. Et hęc paucula vt Philoſophus in Veritatis gratiam, ac fidei prius in lucē protuli, vt illius mirabiles rationes (vt ait) excerperem, Vt ſeniores & memoria deſtituti Platonicis annis ijſdē, proximi, quum ingratiſſimus Ariſtoteles (quis quæſo te à tali indigno facinore, poſtquam Ipſum Platonem viginti per annos continuos audiuit, defendere audeat, poſſitque?) Scholam D. Platoni ſubripuit, vt Peripatetico huic anſam typis mittendi ſi poſſit præbeamus, etſi ijs nequaquam credituri ſimus ex dictis, & dicendis, antiquioribus & Ariſtotele doctioribus, vt pateſcit. Et eo maximè ex fidei adictis dicendis Sanctis, Theologis, Pontificibus Max. ac Sacris Concilijs innoteſcit. Ea propter vlteriùs eumdum, & ſimul de meliori nota ſcribendum. Proinde videamus, Quid Sancti ſtatuant, quid Sacra Concilia conſtituant, quid Sacri Theologi ſentiant, & quid denique ſapientiores Philoſophi noſtrates Recentiores præter dictos Antiquos) decernant.

Præ-

Digitized by Google

Prædicta Peripathetici Opinio, Pluresque Dicta ſententia, vtpote ex Ariſtotelis fonte emanantes, Erronea, Impia, & Temeraria à Sacris Doctoribus certò decernuntur, & quam breuiſſimè. (Quia ſat prata biberunt, Et ne lectori tædio ſimus,) expenduntur.

Par & Sanius Iudicium.

Caput poſtremum.

AD primã quod attinet, quę eſt,, Quod prima noſtra, ſeu rationalis anima nullatenus creatur: immo inquit Peripateticus iſte,, Hoc aſſerere, eſt directè aduerſari Cognitioni ſenſitiuæ, Rationi, Sacris litteris, fidei Chriſtianæ, ac vniuerſæ Veritati. Non tamen eſt mortalis.

Hæc quippe propoſitio aduerſatur Sacris literis teſte Ambroſio, qui collegit animæ creationem ex cap. 1. Geneſeos, vbi habentur hæc verba,, Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.

Aduerſatur fidei Chriſtianæ, vt colligitur ex Concilijs ipſam animæ Creationem ſtatuentibus. Ita ex Concilio Conſtantinopolitano. S. act. 11. Ita ex Lateran. ſub Innocentio III. & refertur in cap. firmiter. de Summ. Trinit. & Cathol. fide. Quod de Deo loquens ſic habet. Sua omnipotenti virtute vnam de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corpoream, Angelicam & humanam.

Aduerſatur rationi, quia anima noſtra quum ſit ſpiritualis eſt independens à corpore quo ad eſſe. ergo etiam quo ad fieri: ergo creatur. Illa enim creantur ex communi ſententia, & ex D. Tho. quæ producuntur independenter à ſubiecto.

Aduerſatur demùm Sanctis Patribus, qui ſuſtinent animæ creationem, pręcipuè D. Hieron. epiſt. 17. ad Damaſum contra hæreſes Ioan. Hierolimitani. D. Ambroſio ſupra D. Dionyſ. de Diuin. Nomin. D. Damaſo de fide Orthod. lib. 2. cap. 12. D. Gregor. Nazianz. & alijs. Qui omnes vno fatentur ore d. propoſitionem eſſe erroneã, fideique Catholicę aduerſari.

Aduerſatur denique doctrinæ Scolaſticorum Theologorum, qui omnes eidem fidei aduerſari teſtantur. Magiſtr. ſent. in 2. diſt. 17. in fine. Quicquid inquit de anima primi hominis æſtimetur de alijs certiſſimè ſentiendum eſt, quod in corpore creatur. Creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. & D. Thom. 1. p. q. 118. artic. 2. ait, quod ponere animam intellectiuam à generante cauſari, nihil eſt aliud, quàm ponere eam non ſubſiſtẽtem, & per conſequens corrumpi cum corpore; & ideo hæreticum eſt dicere, quod anima intellectiua traducatur cum ſemine. Dur. in 2. diſt. 18. in explicatione literæ in fine ſecundum Catholicam fidem (anima) creando infunditur, & infundendo creatur. Et quæſt. 3. num. 4. de concluſione inquit, ſecundum modernos DD. non eſt diſceptatio, omnes enim dicunt, animam humanam eſſe ingenitam, & incorruptibilem. Et Gregor. de Valent. Diſp. Theol. tom. 1. diſput. 6. q. 8. par. 2. aſſert. 1. Itaque videtur mihi aſſertio noſtra eſſe de fide, ita vt contraria ſententia ſit nunc, vel hæretica, vel certè erronea, & valde temeraria, vtpote repugnans Theolog. omn. in 2. diſt. 18. Franc. Zumel. in 1. par. D. Thom. quæſt. 90. artic. 2. dicit, noſtram aſſertionem eſſe de fide, & contrariam eſſe hæreticam. Marcell. Megal. Prompt. Theologic. tom. 1. Verbo Anima num. 7. Anima humana non educitur de materiæ potentia, vt brutorum animæ, ſed creatur à ſolo Deo. Nam quum ſit res ſubſiſtens, & habeat eſſe per ſe, & operationem per ſe debetur fieri: & quum non ſolùm ſit ſubſiſtens, ſed etiam ſimplex ſubſtantia, fieri non poteſt, niſi per creationem, quam quum ſolus Deus facere poſſit, quum ipſe ſolus ex nihilo aliquid facere valeat, vt cum D. Thom. tradit. Caiet. & communiter Thomiſtæ in 1. par. q. 45. art. 5. à ſolo Deo creari, affirmandum eſt, & infra. Ideoque eſt de fide hoc aſſerendum, & contrarium affirmare, eſt hæreticum, vt docet D. Thom. 1. par. quæſt. 118. artic. 2.

Digitized by Google

Ex his colligitur, quid de alia eiuſdem Peripatetici aſſertione dicendum ſit, Animam videlicet rationalem vere ex ſemine generari. Etenim ſi vt dictum eſt, Anima re vera creatur, & eam creari eſſe de fide tenendum, & contrarium aſſerere eſſe hæreticum, aut ſaltem erroneum, aut temerariũ: quid aliud ſequi aſſerendum eſt, niſi eam non generari ex ſemine, & hoc aſſerere hęreticum, aut ſaltem erroneum, temerariumque eſſe?

Quod etiam in proprijſſimis & ipſiſſimis terminis ſentit D. Tho. 2. contra Gentes c. 86. in fine. Vbi poſtquam pluribus probauit rationibus, animam humanam nõ traduci cum ſemine, tandem ſubdit, Per hoc autem excluditur error Apollinaris, & eius ſequacium, qui dixerũt, animas ab animabus generari, ſicuti a corporibus corpora. Et inter errores Leuciferanorum hęreticorum hæc propoſitio, anima rationalis generatur in libris de Eccleſiaſticis dogmaticis recenſetur, qui in multis Concilijs dãnatus fuit teſte D. Auguſtino lib. de Hæret. cap. 88. & D. Tho. d. q. 118. 2. in fine corporis. Aduerſatur etiam rationi, quia ſemen, quod eſt res materialis, non poteſt attingere animam ſpiritualem, niſi ad ſummum diſpoſitiuum, vt nos ſupra diximus de materiali anima, ex & à proximis ſemineis partibus diſponentibus materialem inquam ſemineam, vnde ſemen animatum materiali inquam repplico anima.

Non minus quam prædicta catholicæ aduerſatur veritati propoſitio, quæ ſequitur, nimirum, Anima rationalis ſecundum ſua naturalia, principia eſt mortalis. Hæc enim propoſitio aduerſatur Sacrę Scripturæ. Nam habetur Eccleſ. 12. ibit homo in domum æternitatis ſuæ. & paulò poſt. Reuertetur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. & Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illas tormentum mortis. Viſi ſunt inſipientibus mori, illi autem ſunt in pace. Et Matth. 10. animam autem non poſſunt occidere.

Aduerſatur Concil. Later. ſub Innocẽt. 3. cap. 1. Omnes mortales cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, reſurgent, quæ nunc geſtant; vt recipiant ſecundum merita ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: mali cum Diabulo pœnam perpetuam. Boni cum Chriſto gloriam ſempiternam. Et in alio Lateran. ſub Leone 10. ſeſſ. 8. Sacro approbante Concilio damnamus & reprobamus aſſerentes Animam intellectiuam eſſe mortalem, &c.

Aduerſatur SS. Patribus, præcipuè D. Clementi, qui lib. 3. de recogn. ait, ſe accepiſſe ab ore D. Petri hoc Entimema. Si Deus eſt iuſtus: Ergo anima eſt immortalis. Aduerſatur ipſi Ariſtoteli pluribus in locis, præſertim 1. de anima contex. 65. aſſerente intellectum ſubſtantiam quandam eſſe, & non corrumpi. Et 2. de anima text. 21. Hoc animæ genus videtur eſſe perpetuum, & ab eo ſeiungi, quod accidit, & ſeparari poſſit. Aduerſatur etiam naturali rationi, Anima quippe rationalis caret materia & forma ex communi conſenſu: ergo non habet naturalia corruptionis. Ex hoc enim Angelus dicitur immortalis. Aduerſatur denique Theologorum Scholaſticorum doctrinæ, qui omnes vno ore fatentur, & animam rationalem immortalem eſſe, & ita & non aliter eſſe tenendum: & contrarium aſſerere eſſe errorem in fide. Legatur D. Tho. 1. part. q. 75. art. 6. & 1. contra Gentes cap. 85. & d. q. 118. art. 2. & Dur. d. q. 3. n. 4. & fuſiſſimè. Greg. de Val. tom. 1. diſp. 6. q. 1. p. 3. Paraſ. de Immortalitate animæ ex fidei auth. Et Franc. Suarez. in tract. de anima cap. 10. vbi reſoluit, & pluribus probat, quod aſſerere animam rationalem eſſe mortalem ſit hæreticum; ſubditque num. 9. veritatem catholicam, & rationi naturali conformem, ac per illam demonſtrabilem eſſe, animam humanam, ſeu principium illud internum, ac principale, quo homo intelligit de ſe, ac natura ſua immortale, & incorruptibile eſſe, Et hæc fuſiſſimè probat varijs argumentis, tum ex Sacr. Script. tum Sacr. Concilijs, tum Sanct. PP.

cum

Digitized by Google

tum Philoſoph. auctoritate: tum etiam ex naturali ratione deſumptis, & eſſe de fide Animam Rationalem immortalem eſſe. Aſſerit etiam Marcell. Megal. in ſuo prompt. Theolog. to. 1. V. Anima. n. 5. idque probare ratione, auct. Sacræ Script. SS. Patrum, & Concil. Later. ſupr. relati, & num. 6. ſubdit contrarium aſſerere eſſe hæreticum.

Nec tandem eſt fidei conſonans, immò à fide valde diſſidens alia aſſertio, quòd anima rationalis non ſit tota in ſingulis partibus. Hoc enim aſſerere, communi Philoſophorum ſententiæ eſt aduerſari, aſſerenti, animam eſſe indiuiſibilem, & per conſequens, totam in ſingulis partibus: alioquin haberet partes in ſingulis corporis partibus: & ſic pereunte vna parte corporis; illa pars animæ, quæ erat in illa parte pereunte, vel corrumperetur, quod eſt abſurdum, vel maneret ſine informatione, quod eſt contra multa Concilia aſſerentia animam eſſe verè formam informantem, & non aſſiſtentem, vt in ſpecie definitur in Concil. Later. ſub Leon. X. d. ſeſſ. 8. Id etiam aduerſatur Sacris Theologis: nemo enim eſt, qui neget, animam rationalem indiuiſibilem eſſe, & ex conſequenti totam in toto hominis corpore, & totam in qualubet corporis parte. Immo Durand. in 1. Sent. diſt. 8. q. 7. in fine (quem ſequitur D. Bannes in p. p. D. Tho. q. 76. art. 8. dub. 1.) docet eadem fide qua tenetur, quod anima ſit incorruptibilis tenendum eſt, quod ipſa non eſt quanta, nec extenſibilis; & per conſequens (ſubdit iſdem Bannes) eſſe totam in qualubet corporis parte. Et multis rationibus eamdem aſſertionem probat, dicitque neminem ex D. Thom. Sectatoribus contrariam probare ſententiam, immo comprobare omnes: quoſdā tamen erroneam, alias verò ſaltem falſam, & temerariam cenſere.

Hæc paucula dixiſſe ſatis exiſtimaui, quum in materia verſemus ſatis à Philoſophis, ac Teologis ventilata, ſed quoniam ad quorum attentam, ſedulamque lectionem Lectorē ipſum remitto: Quem etiam atque etiam efflagito, (vt pręter ſupra relatos, puta D. Th., Durandum, Suarez, Gregorium de Valentia, Dominicum Bannes) percurrant etiam Iodoc. Coccium in principio 2. tom. Theſauri Chriſtianæ Religionis, & ſcribentes ſuper 2. ſententiarum librum diſtinct. 17. & 18. & in ſpecie Dionyſium Carthuſianum, Albertum Magnnm, Capreolum, Scotum, Ioſeph Angles. Eundem Dionyſium Carthuſianum in 1. diſtin. 8. quæſt. 7. Maioren. in 4. diſt. 43. q. 2. Inſuper & eos, qui partem primam D. Tho. ſuis commentarijs, ac diſputationibus illuſtrarunt. Nec omittam alios, qui de Philoſophia iuxta catholicæ fidei præſcriptiones diſertiſſimè conſcripſere, & in ſpecie in libros de anima Toletum in Proemialibus, & in 3. lib. Ant. Ruuium in tract. de anima ſeparata. Collegiū Coimbric. & Colleg. Complut. & alios cōſimiles, ſed inter omnes, & præter ceteros omnino legenda erunt ſancita per Concil. Vien. ſub Clemen. V. quod refertur Clem. 1. de Sum. Trinit. & per Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 8. Vbi diſtinctè præcipitur publicè legentibus, vt quum philoſophorū principia, aut Concluſiones in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explicauerint, quale hoc de immortalitate animæ, &c. Teneantur eiſdem veritatem Religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, quum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſoluere. Alia pro hac Veritate notanda habemus ex alijs Sanctis, & litteratis Viris vt videre eſt in Alfonſo Toſtato, & alijs, quæ breuitatis gratia nunc mittimus.

Hæc pauca ſi attentè percurrat Lector, proculdubio conſpiciet, quàm periculoſum ſit præcipuè ijs, qui in Tyrocinio philoſophiæ verſantur huiuſmodi commentis etiam gratia diſputationis auſcultare: Ergo potius Apoſtolo aures præbeant, illi inquam Apoſtolo, qui dignus fuit eſſe vas electionis deſignatus à Chriſto Domino, & portarit nomen eius coram

Digitized by Google

gentilibus, & Regibus & filijs Iſrael: qui Hebræos in ſua epiſtola cap. 13. illoquens ait, Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, id eſt inquit Lyranus extra veritatem duci. Doctrinæ enim variæ dicuntur errores, & hæreſis. Quia ſicuti à puncto ad punctum non eſt, niſi vna recta linea, plures autem tortuoſæ; ſic fidei veritas fidei eſt vna, ſed hæreſes ab ea deuiantes multæ. Dicuntur autem doctrinæ peregrinæ, quia faciunt hominem à ſua patria, cœleſti ſcilicet gloria deuiare. Mementote ergo (vos verbis Apoſtolicis alloquor) Præpoſitorum veſtrorum, qui Vobis loquuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem, Eorum, videlicet, vt inquit idem Lyranus, & fidei, & virtutis exempla conſiderantes. Ex recitatione Diuini Officij.

Hiſce addere lubet, quod Sanctus Pſalmiſta de Mundo Dei opere pluries cecinit, & eo maximè, quòd iuxta cor Dei.

In primis, „ Qui facis mirabilia ſolus. Pſal. 97. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Pſal. 18.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite adoremus, qui fecit nos. Pſalmo 94.

Scitote quoniã Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos. & non ipſi nos. Pſalm. 92.

Quoniam videbo Cœlos tuos opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti. Quid eſt homo, quod memor es eius, &c. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, volucres Cœli, & piſces maris. Pſal. 8.

Cęli enarrant gloriam Dei, & opera eius anunciat firmamentum, &c. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, &c. Pſal. 18.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Pſalm. 148. Tandem Adiutorium noſtrum, qui fecit Cœlum, & terram. Pſal. 123. & poſtremo, Auxilium meum à Domino, qui fecit Cœlum & terram. Pſal. 120. Atque demum, Quoniam omnes dij Gentium demonia: Dominus autem Cœlos fecit. Pſalm. 95. & ampliùs, ſcitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Pſal. 99. Vt pateat nos pro aris & focis veris pugnaſſe, potiſſimum quod ſic iuſſi pro animæ tutela ſcripſimus.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS

BENIGNO ET CANDIDO LECTORI.

Caput Primum.

VERITATIS percipiendæ tanta hominibus indita eſt cupiditas, vt à primis vſque ſæculis, qui ingenio præſtare videbatur, is & eius inueniẽdæ, ac alijs patefaciendæ negotium libenter ſuſceperit, vt tot de Sapientibus Zoroaſtris, Orphæis, Termaximis, &c. notum eſt: (noſtrates Latinos, vt nunc mittamus) quia Veritas tẽporis filia, & noua, & oſcurata, tecta, atque obſtruſa ſemper in apertum protulit. Eapropter haud mirum, quòd nos, illius gratia nunc in arenam deſcendamus illius amore ducti: Immo ad Naturæ Sapientiam à Galeno oſtẽſam declarandam, à quibuſdam abditam, & pateſcet.

Duobus abhinc annis dum Excell. D. Cæcilius Folius Doctor Medicus, & inciſor humani corporis fabricam publico in theatro Venetijs exerceret, atque illius partes oſtenderet, in cordis fabrica foramen quoddam ſua diligenti adminiſtratione, quod olim à Leonardo Botallo repertum fuit, oſtendit, facta illius autoris Botalli inuentoris mentione.

Hinc ecce tibi ſcriptores aduerſus folium in arenam deſcendentes, & ſcribentes hoc inuentum non eſſe folij, ſed Galeni & Botalli inuentum, Galenum & Botallum non intelligentes, ſed confundentes, quorum pace dixerim vt eorum ex dictatis & ſcriptis certus fies. Etſi, inquam, meum non ſit talia in medium afferre, niſi Veritatis amore, necnon maximi anatomici Galeni gratia, vt detur cuique ſuum, vt toties alter, & alter ſcriptor & ſæpiſſimè imperat ſuo in folio. Et eo quin etiam, quoniam eorum talia exemplaria ab omnibus Venetijs (vt fortaſſe etiam Patauij) recepta & vera credita ſunt, atque vlteriùs eorum ſcripta talia & impreſſa ſimul (qua de cauſa primùm ad Veritatem mouemur) ad meum inſigne ſeu ſcutum primùm & illico allata & poſita fuere in officina aromataria S. Abrami in platea D Ma ci, quaſi me judicem (abſit verbo inuidia) conſtituerint. Qua de re inquam, quid verè ſentiam, ſincere (eorum mihi ignotorũm Autorum dico pace) & liberè dicam Veritatis amore, ad quam nati ſumus, propterea & noſmetipſi retexeremus recantaremuſque opus ſi fuerit, quod hactenus non contigit, Veritatis inquam gratia, nec aduerſus Ariſtotelem, & Peripateticos, quia Deus Veritas, necnon & primæ ſedis Patauinos, necnon Medicos Lectores, & Venetos, necnon contra Gallos, Hiſpanos, Anglos regios Medicos & Protomedicos, etiam ſi Veritas odium pariat, eadem ſic requirente & cogente liberum & ingenuũ hominem, & nunc temporis potiſſimum, vniuerſaliter, & ſpeciatim continget ob ſcripta, & receptam falſitatem: vt nec rem ipſam obſeruantes, nec ex libro nautas appellarem, vtinam alterum poſſem, ſicuti meridiana luce clariùs experieris: quoniam & ſenſum fallunt, aut Galeni potiſſimùm ſententiam, necnon recentiorũ opinionem & eiuſdem declarationem manifeſtam non intelligunt, ſi modò viderint, & ſic voti compotes fieri nequeant. Quum ſcriptores idem & re, & ex Galeni mente doceãt, atque figuris dilucidiſſimè oſtendant: immo talia tunc ignorantes reprehendant, & figuris tribus ob oculos ponunt, vt infra.

Quam ob rem primo hiſtoriam excribemus, ex qua etiam plura noſtra dignoſces, aliàs quidem ſcripta, non exactè declarata, quia doctis ſcripſimus: modò noſtra & noua quidem, ſed pondere & malleo ſtare dignoſces. Mox primi ſcriptoris Patauini

Ana-

Anatomici, & ſubinde Veneti, Venetijſue medicinam facientium vt aiunt ſcripta, & in lucem edità videris, Cuius autem lucis, Tu iudex eſto.

Primus Animalis ortus, è ſpermaticis, lien, eſt ex officio, & munere, eius Hiſtoria.

Par & Sanius Iudicium. Cap. II.

QVum certum ſit ex Naturæ operibus, Ipſam in neceſſarijs non deficere vnquam: immo quod melius eſt efficere ſemper. Nihilominus tamen, quia nos ſæpe ſæpius in ijs fallimur, quoniam illius opera & fines non attingimus, propterea quam ſæpiſſimè admiramur. Et quum admiratio ſit affectio philoſophica, nec illius aliud ſit principium, vt Plato in Thæt. inquit, quoniam ſcilicet, Quia, ſeu effectus ſcimus, cauſas verò, & propter quid ignoramus; quemadmodum duobus ab hinc annis in Anaſtomoſi ab Anatomico folio oſtendenda cõtigit, nec paruus quin etiam rumor in Vrbe factus eſt; Vt eamdem alij Galeni anaſtomoſim crediderint, & voluerint, idque typis mandarint. Alij pariter id omnino, & Galeni prius inuentum, mox à Botallo repertum protulerint, atque vt iam vetuſtiſſima, ceu noua etiam prælo cõmiſerint. Ampliùs & vlteriùs non progredientes, quaſi Naturæ omnimodam hac in anaſtomoſi ſapientiam aſſequuti fuerint. Nos contra, vt aliàs & olim ex dictis & ſcriptis nunc eiuſdem ſapientiſſimæ Arcanum in medium referre, ſeu patefacere & declarare erit, ſi quæ aliàs ſcripſimus vera ſunt. Quando omne animal per propagationem ortum, vt quod à Deo creatum fuit, ſibi ſimile progignere Natura conſtituerit, & proinde ſemen cuiuſque (non excrementum, vt Ariſtoteli) animatum voluerit, vt ſatis ſuperque in noſtro primo volumine diximus & probauimus in ouo, & ex oui fabrica, & ſubinde in animalis vtero, vt viuens à matris vteri arterijs arterias ad ſeminis vitam ſeruandam & augendam ortum ducentes, ac ad lumbales, ſeu Iliacas dictas pergentes, atque demum ad arteriam magnam Aortam dictam terminantes obtinent. Alterum animatum (& ex maris paraſtatum, necnon fœmineo ſemine initio, vt aliàs diximus, auctum) hoc ſemen aſſequutum eſt vas ab vteri pariter venis, & Vena dicitur, ad viuens ſemen auctum, & robuſtius nutriendum, vnde ſanguis, vt aliorum duorum vaſorum arterioſus, & ſpiritoſus medijs ſplenis arterijs, & motu. Ex quo paulò poſt lien, & Cordis ſiniſter ventriculus calidior, (quicquid dicat Ariſtoteles;) vt ex venali & communi ſanguine Hepar primum, dexter cordis ventriculus, Renes, Glandulæ Muſculi, Gingiuæ, & ſanguineæ fibræ; Vt in & ex admiranda oui fabrica diximus, idque ex oculata fide oſtendimus priuſquàm Cor progigneretur, & prædictæ poſt carnes. Cor ſcilicet moueri, ſeu inibi motum eſſe, hoc eſt cordis ſpermatica, vbi ſiniſter ventriculus progignendus in Aorta arteria, inibi in centro; Et conſequenter iure noſtro priùs lien, vtpote qui cum corde prius arterioſum ſanguinem recipiat & motu agitet cum ſiniſtro ventriculo, quod cuique & videre, & ex à nobis recordatis & obſeruatis experire integrum erit.

Præterquam quòd Arteriæ non quia implentur dilatantur; ſed quia dilatantur repleutur. Gal. 6. de Vſu p. cap. 21. Quàm ob rem ante cordis affuſionem: ergo & à propria vi, aut à cordis villis motus: quoniam vt alibi diximus, priuſquàm cor, & aliæ affuſiones appareant & generentur, omnibuſque tunc ignotæ, ſanguinis motus viſitur in arteria magna, hoc eſt in cordis centro, in ouo obſeruatione noſtra. Si igitur Arteriæ non quia implentur dilatantur, ſed contra quia dilatantur replentur, vt Galenus docet: ſequitur, vt earumdem vi & facultate id fiat, aut ſeminalium villorum cordis id proueniat. Et proinde nõ à cordis parenchimate nondũ facto genitoue, & ſubinde vt dicebamus à præparante priori lienis cordis hepati, ab illius ſcilicet arteriarum motu, vel motis cordis villis. Et eo maximè ex magna Botalli anaſtromoſi, cuius maguo fluxu & refluxu in corde nec

ſan-

ſanguis ſpiritoſus, nec ſpiritus gigni poſsūt, Et geniti euaneſcerent & perirent; Galeno autore: Et niſi inquā præparante & prouidente ſplene optimo ex attracto chilo in cordis & totius vitæ gratiam. Vnde motu noſtra pro doctrina, & Veslingio Patauino Anatomico ſcriptori fortaſſe ſatisfiet de cordis motu & ſenſata origine omnem difficultatem tollet. Quandoquidem habet Galenus 6. de Vſu par. cap. 11. Si arterias, quæ in ombelico, laqueis exceperis, quæ in ſecundis ſunt arteriæ omnes pulſu deſtituentur: quum tamen quæ in embryo ipſo ſunt adhuc pulſent. Ex quo perſpicuum eſt ſimul quidem quod vis ea, quæ mouet ſecundarum vteri arterias à corde ipſius fœtus proficiſcitur. Quæ noſtra ſenſata ſubtilitas in ouo, & ex ouo confirmat, & ſtabilit, vt in ſenſatis nulla ſit autoritas. Quarum arteriarum motu, inſito calido, atque auium ſeu gallinæ fotu, diſpoſita ex materia, hoc eſt in oui vitello pluſquam ſemi ſanguine dictis in arterijs vlteriùs foto & moto pro partium ortu in vtero materni ſanguinis loco, & alimento extra vterum, inquam, viſitur. Vt propterea Cordis (vt totius miſſis Ariſtotelis nugis) ſpermaticæ partes iam genitæ ſint: quoniam vt diximus & probauimus, ſemen animatum eſt ante affuſiones, & carnes.

Ea propter fabricatis ſeminibus partibus fœtus in ouo, & ex animato maris proſtatum, & fœmineo ſemine ſimiliter aucto, vt animatum eſt in vtero pro animata extantia & feminea præſentia vaſa, & oui, & fœmineus matris ſanguis tranſmittitur, trahiturque, vt vterque ſcilicet arterialis & venalis in oui vaſis à vitello, & ad rem præſentem ab vmbelicalibus matris arterijs ad vitam ſeruandam & augendam, atque ab vmbelicali in vtero pro venali alimento, ac pro affuſionibus, & parenchimatibus progignendis hepate, deſtro cordis ventriculo, renibus, glandulis, muſculis &c. vt lien ex arteriali iure noſtro, & ſiniſter cordis ventriculus.

Quocirca ad rem ſapiens Natura in omnibus concoctionibus à prima ad poſtremā id patefacit, nulla excepta, & ſic in ſingulis, & de ſingulis præcipuorum membrorum regentium & gubernantium, ſicuti in ſingulis experiri eſt rectè ratiocinantibus, quemadmodum ad optimum chylum optima e. g. maſticatio requiritur, chyli prima præparatio, (hinc rariores dentibus breuiores vita) vnde optimi chyli ad perfectam ſanguificationem requiſitio præter omenti, iocinoris, lienis, & ſuperioris cordis, ac ſubiectorum vaſorum calore, vt perfecta ſanguificatio & abſoluta iocinoris concoctio ad perfectam totius, & cordis potiſſimùm nutritionem. Ex perfecto ſplenis parenchimatis calore & notu extra vterum, & concoctione, optimus ſpiritalis ſanguis. Quando ex optima lienis præparatione perfectiſſimus vitalis ſpiritus: inde poſt in cerebro animalis ſpiritus ad ſenſus & motus, atque diuinas hominis internorum ſenſuum operationes, ſecus ex lienis imbecillitate obtuſitas, prauus color, fractæ vires, ad ſenſum & motum ineptitudo, ad ratiocinandum retuſitas, ad omnes ſtultitiæ ſpecies promptitudo, vnde obſtructiones, inde ſcyrus, hydrops, mors.

Quod dexter cordis caua cum vena pro nutritione genitus, ac ad carnoſarum partium ortus & procreatus ſuo cum ſanguine hepate ſubminiſtrante gaudeat: ſiniſter verò caloris, & vitæ omnium, repplico, fons ſenſus & motus eſſe, atque diuinarū in homine operationum autor, ſuo præparante, & ſubminiſtrante carebit? Hic profectò cunctorum ſcriptorum defectus & error maximus eſt, omnium pace dixerim: quodque aliàs in ſecunda parte noſtrorum de ſubtilitate librorum fusè diximus & explicuimus, quatenus cerebro ſubminiſtrat, quicquid Ariſtoteles ſentiat. An itaque Cor vitæ, & nobilium cerebri actionum fons idoneo præparante & optimè diſponente inſtrumento carebit, & deſtituetur, ad vitæ, & ſenſus & motus, ad diuinarum hominis de cunctis, ac de Deo ſpeculationum priuationem ſuſtinebit? quum & ligamenta, quinimo oſſa ipſa præparentibus & diſponentibus gaudeat, queadmodum, & ad prolem, quin etiam & filios mares potiſſi-

potiſſimum (aliàs oſtendimus) optimus vtriuſque ſanguinis venalis & arterialis in paraſtatibus diſpoſitio, & præparatio, atque in teſtibus perfectio & elaboratio (quicquid Ariſtoteles perperam ſenſerit) in proſtatibus conſeruatio: ſecus fœminæ, malæ, monſtra.

Hinc præterea abſoluta lienis neceſſitas eſt Naturæ ſapientia ex ductulo & canali ab Aorta arteria ad pulmones ſimpliciter neceſſario ad vitam & potiorem vitam in calidioribus noſtra ex ſententia manifeſtè colligitur: ſecus inquam ex impuro & inconcocto, atque pituitoſo ſæpenumero ſanguine ab hoc dextro Botalli in ſiniſtrum ventriculum tranante ex magna nouæ anaſtonoſis repletione, & erudita te hominis operationes, & ſenſus, & motus imminuerentur, ac perfectæ actiones, necnon vita tollerentur.

Ceterùm quoniam hæc in perfectis ad vitam & reſpirationem in calidioribus corde per generationem in iam abſolutè completis omnibus membris & parenchimatibus non prius ſufficientibus, proinde (nota doctè & ſubtiliter Doctor) ſpermaticis ad nutritionem: quum Deus & Natura in neceſſarijs non deſint: propterea inquam alias addidere, & parauere ad partium nutritionem & vitam hiſce ignotas vias: magnam Anaſtomoſim, ouale foramen, (non ab vtero) coniunctis fœtus vaſis illud addidere; ſed initiò ex ſemine in proximis & coniunctis vaſibus, quemadmodum pontem, & ad vitam vaſculum, & ductulum ad diſtantia vaſa pulmonum gratia, & alias dictas ab vtilitates, cordis &c. adiunxere. Quod ouale foramen & vaſculum in fœtibus, & recenter natis ſunt, & videntur, quæ (nos pluries Bononiæ ſtudentes, & Venetijs in embrionibus vidimus, ſed extra cor, nota inquam Doctor) noſtri tẽporis ſcribentes Doctores non viderunt: Ea propter Galenum non intelligentes perperàm ſcribunt, & Galenum cum Botallo confundunt, atque ſimul Naturæ ſapientiam, & Galeni diligentiam, necnon illius ſtudio inuenta, & ſapienter relata tollunt, & Botalli, Botalli caſu reperta pro viribus tribunt. Error ſanè maximus, quia aduerſus Naturæ ſapientiam, & contra Naturæ maximum arcanum, & Galeni indagationem committitur. Quum tamen huiuſmodi ouale foramen Botalli Galenus nũquam nouerit; ſed de fœtus vaſis dictis loquutus fuerit, & ſuum ouale foramen illico à membrana claudi docuerit, atque ductulum exſiccari quamprimùm tradiderit, atque per oſcilla & inſenſilia ratione perceptibilia foramina per ſeptum à dextro in ſiniſtrum ventriculum ſanguinem permeare exiſtimarit & voluerit; vt nullus horum in hiſce ſit excuſationis locus, quorum pace dixerim, ſi doctè, diligenter, & ſubtiliter ſpeculeris: ſi Galenuum Principem Anatomicorum obſerues: Si doctiores Anatomicos noſtri temporis leges: & Bahuinũ pag. 441. in prima, in ſecunda, & in tertia figura obſeruabis ex optima manu, (non veſtra ficta & falſa deceptione aduerſum Naturam, & ipſum Deum) Quæ propterea vaſa non perpetua, vt ex Galeno diximus, ſed quamprimum claudi, & exſiccari, vt ipſe, & nos ſenſus docuit. Botalli, & Folij perpetuum eſt, & ratio, & ſenſus requirunt pro ſiniſtri cordis alimento, & è contra pro dextri, vita vt iſdem ſenſus conſentiunt. Omnia perpetuò proinde noſcentibus admiratione digna, quia Dei & Naturæ opera, ignorantibus non plus vltra. Verùm ad rem propriùs lienis inceptæ hiſtoriæ nauemus.

Si ſemen eſt animatum, vt ſupra & alibi expoſuimus, & omne animatum viuat, & vti viuens nutriatur, cui dubium eſt? Si viuit igitur ex ſe, & in ſe quo modo diximus, quo alimentum trahit, retinet, & concoquit, cui dubium? Sed quod nam? iam dictum inanimatum ſemen primum, vt ratio dictat, trahit, & ſenſus teſtatur, & confirmat in oui fabrica, ſicuti alibi retulimus. Immo & vlteriùs priuſquàm parenchimata fiant, motum ſenſus ſentit, quod vt certũ, ſic maximè mirum noſtra obſeruatione. Quo loci dices, & quæres? in Cordis ſitu, & centro, in magna ſcilicet eo loci arteria, vt in ouo obſeruauimus, quo loci, ſeu vteri primùm ſanguis in fœtus arterias motus

& fluens ad affuſiones & parenchimata cõſtituenda parum fluit, & refluit, vt ſcilicet lentè feſtinet. Et quia ibidem ſplenis arteriæ, & plures rami adſunt, & ſpermatica ſplenis, ac ſitum excurrunt, ratio dictat, vt ſplen fortaſſe prior corde generetur, & ſuo multarum arteriarũ motu ſpiritoſum ſanguinem & ſpiritus (in ouo potiſſimum, in qua ſplene pro corde calidiori ſanguis progigni debet, necnon in matris vtero ex eius vaſorum motu, ac fluxu & reflexu) cordi conficiat, & robori ſit, vt ſic toto corpori addito cordis inſigni poſt calore. Ratio quæ nos mouet in promptu, eſt quoniam ex magno & perpetuo Botalli inuento foramine attractus copioſus ſanguis in temporis puncto ac momento, ac millies in hora vt Arucus Anglus in ſanguinis circulatione dicebat, non poteſt in ſpiritus conuerti. Adde quòd quum perpetuò à dextro in ſiniſtrum ſanguinis copia fluat, & in eumdem dextrum illico refluat, totus confunditur ſanguis, tota arteriarum opera vitiatur & tollitur. Quam ob rem melius & rationabilius à ſplene conficietur, & guttatim ad cor, vt diximus, immittetur & confluet partim impedientibus ſemi clauſis cordis valuulis, vt alias expoſuimus. Secus curioſius abs te quærerem, Cur Natura eo loci Valuulas fabricauit? An vt Heruæus Anglus, ne ſanguis regrederetur? pura verba: cuius ſententiam ad verbum reiecimus, atque in fine 46. argumẽtis & ſenſatis reprobauimus, ſecus inquã, quid? ſeu, ad quid aiunt, hæ Valuulæ? niſi ſanguis arterioſus à ſplenis arterijs guttatim cor ingrediatur? & non affluenter, vt Botalli per ouale foramen. Aliter dicat qui nouit. nos vlteriùs de Naturæ ſapientia non ſpeculamur: niſi quis, fruſtra dicat, quod erroneum: quoniam non caſu, non in aliquo, non ob impedimentum, ſed in omnibus & ſemper, ſic Botallis anaſtomoſis. Adde quod iure noſtro, & rationabiliter, lien ſit alius Hepar, cordis ſcilicet, qui tamen ex communi opinione friulis & ineptijs inſeruit, quod me iudice, eſt Naturæ nuntium remittere.

Vaulularũ vſus.

Illud addere lubet etiam pulcherrimũ, priuſquam de liene finem faciam ob à me aliàs ſcripta, non tamen ſufficienter comprobata: Quod vt venarum & ſanguinis Hepar ciſtim fellis & ductulum ad inteſtinum duodemum obtinuit expurgandarum fœtum cauſa: Ita & pari paſſu cordis hepar, lien inquam, ductulum & ligamẽtum aliàs à nobis dictum non deorſum verſus, vt communiter dictum Iecur, ſed ſurſum vergens ligamentum, vt ſubſtantia, vſu, & opere ad transfundendũ nõ ſanguinem, (vt cõmuniter aiũt) ſeu vena vbique defert, neque chylum ſpleni à ventriculo, qui alio illum ductu trahit, vt norunt; ſed excremẽtum, ſicut ligamenti dicti eſt ſurſum ad ventriculum pro appetitu conciliando, vt communis medicorũ eſt ſententia: tametſi nullus huius neceſſariæ vtilitatis mentionem faciat, quod ſanè mirum eſt, vt noſtræ ſit inuentionis rationi maximè conſentaneæ, ex qua Dei & Naturæ ſumma apparet ſapientia, Nota doctè & ſubtiliter Doctor. Ea propter & Iocinioris & lienis vaſa & ligamenta aperta ad deferenda excrementa, ad appetitum, adque excernendas feces neceſſario, remanſere. Et è contra Iliacæ arteriç, & vmbelicalis vena in ligamenta tranſiere, & talia remanſere, vt ſimiliter Vracus in vtero vrinam eijciendo in tunicas transfundens, poſt ligamẽtum veſicam ſuſtinet: Ita vt iure etiam noſtro lienis ligamentum, apertum tamen ſemper dictum ob opus, lienem ſuſtinet, queniadmodum falſum propterea eſt, quod communiter credunt, inquam, & ſuſtinent, lienis hoc ligamentum venam fore, cuius eſt ſemper ſanguinem & alimentum pro nutrione ferre: quum tamen hoc ligamentum vt ciſtis fellis excrementum, melancholicum ceu acetarium ad appetitum conciliandum in promptu eſt, vt ſupradiximus, quod præterea ſenſus ſentit: præter quàm quòd, vt hepatis felleus ductus & ligamentum excrementum, hic ſimiliter excrementum, vt viſus & tactus ligamentum, ſic eiuſdem ſapore, ac etiam olfactui excrementum refert, & ſapit.

Ductus ligamẽti à ventriculo ad ſplenem neceſſitas.

Ex his certò credimus ſplenem hepar cordis eſſe, eidemque ſanguinem & ſpiritus

tus

Digitized by Google

tus materiam præparare & ſubminiſtrare dictas ob cauſas & vtilitates iiſdem ex ſemine genitis vaſis, cum neruis membranis vna cum ductibus, ligamentis, & foraminibus Galeni & Botalli, vt poſt reliquæ affuſiones & parenchimata procreentur hepar, cor, renes, glandulæ, muſculi, gingiuæ, & fibrarum carneum genus gulæ, ventriculi, vteri, inteſtinorum &c. Quibus omnibus hepatis eſt prouidere.

Propterea ratione Galenus inſenſibilibus foraminibus cordis ſeptum præditum voluit ſiniſtri ventriculi nutritionis cauſa, Botallus ſenſu amplum foramen, & perpetuum aſſecutus eſt pro ſiniſtri ventriculi nutritione, quemadmodum ratio requirit, & nunc ſenſus ſuadet.

Quibus ſic poſitis & bellè certò habentibus noſtrates recentiores ſcriptores primùm Patauinus Anatomicus, mox Veneti, Venetijſue medicinam facientes ſi animaduertiſſent, inquam, quis fuerit ſcientiſſimi Galeni ſermo, & de quibus loquutus fuiſſet, nec ſic erraſſent, nec ſe, nec alios decipiſſent, alioſue vexaſſent, vlteriùſque doctiores conſuluiſſent, atque & peritiores anatomicos & ſcriptores (ne cerbellottico iure ſcriberent) legiſſent, atque eorumdem figuras hæcce Galeni oſtendẽtes, poſtquàm in fœtibus & embryonibus non viderint. Quæ, Ouale foramen ſcilicet, & ductulus canaliſue ſunt extra cor, vt Galenus docet, atque non ab vno, ſed à pluribus ventillatur doctioribus. Non autem in corde à dextro in ſiniſtrum ventriculum prouieniens, vt Botalli foramen. Quam ob rem eadem ſcripta, vtpote aduerſus Galenum & Veritatem edita non recipimus, vt ex hiſce noſtris prædictam hiſtoriam aſſequantur, Galenum intelligant, doctiores anatomicos lectitent, vt ſimul deceptores, & decepti omnes recipiſcant, quorum omnium pace dixerim. Et hæc multorum etiam ſimul colliges apud Caſparum Bahuinum ad verbum collecta.

Quũ itaque Botalli anaſtomoſis & ouale foramen hoc à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum magnum & latum ſit Naturæ opera pro ſiniſtri ventriculi nutritione & augmento primùm, mox & viciſſim ex cordis ſiniſtri vẽtriculi eundem per apertionẽ & anaſtomoſim recurrens & reuerſus arterialis ſanguis & ſpiritus pro dextri ventriculi vita ſubſequitur; ſecus altera cordis pars, dexter, inquam, cordis vẽtriculus nõ viueret, quod hactenus à nemine viſum, nedũ animaduerſum, & expoſitũ iamnum fuit: niſi quis inuiſilia per foramina ratione cum Galeno parciſſimè eò peruenire, quod nunc non recipimus ex Botalli ouali foramine, Propterea talis copioſus ſanguis ex tanta anaſtomoſi ex immediato cordis fluxu & refluxu non poteſt vitalis ſpiritus reddi & gigni: ſed à cordis & loci in arteria ſcilicet calore & à ſplene vlteriùs præparatus, & concoctus, atque eiuſdem arteriarum motu perfectus, & mox ad cor guttatim ob magnæ arteriæ (aliàs explicuimus) impedientes valuulas immiſſus, & à ſiniſtri vẽtriculi poſtrema motus & caloris manu ſui ipſe ope perfectus priuſquã ad ſiniſtram auriculam perueniat. Et ſic ab eiuſdem dextri ventriculi via & anaſtomoſi recepti alimenti par pari, pro nutritione & alimento vitam parenchimati reddat, vt ex Naturæ ſapientia oportuit; ſicuti & totum carnoſum genus, & ceteræ corporis partes medijs vitalibus ſpiritibus ex arterijs obtinuerunt.

Quibus ita ſeſe habentibus, hoc à nemine hactenus cognitum, nedum expoſitum fuit: tametſi hoc neceſſarium, & ſcitu maximè dignum extet. Secus quomodo quot quod eſtis viri præclariſſimi, hic ſiniſter ventriculus procrearetur, augereturque, diù nutriretur, & dexter viueret Botalli ex magno foramine, miſſis Galeni oſcillis? Quomodo reliquæ corporis partes viuerent & mira operarentur?

Ex Botalli itaque in dextro cordis foramine & perpetuo aperto exiſtente, quum ſanguis à caua in ſiniſtrum cordis ventriculum copioſus perpetuò fluat, & refluat ex cordis perpetua diaſtole & ſiſtolæ; vt vena Caua vnica ſit prædita membrana certum ob id eſt, quod ſpiritus non progignerentur; ſed etiam geniti euaneſcerent, & perirent, quod de magno ore Venæ Arterioſæ

Digitized by Google

teterioſæ perſpicaciter Galenus libro 6. de Vſu par.cap. 10. ſatis longo capite,& pluribus docet, & niſi potiſſimum Arteria vena ſexcupla eſſet, & ſpiritus tenuis, & leuis & citus inquit: quodque periculum erat ait Galenus, ne hic expiraret repentè, atque euolaret, niſi craſſis, & denſis, atque vndique conſtrictis aſſeruatus fuerit tunicis, atque coercitus. Contra verò vena in ſanguine niſi tenuis & rara fuiſſet, quæ ipſum continet tunica, non facile circumfuſis partibus diſtribueretur, atque hac ratione omnia, quàm ex eo percipimus, vtilitas fun ditus deperderetur. Quæ cum ante eſſent à Conditore noſtri animaduerſa, tunicas vaſorum vtriuſque materiæ contrarias, atque pugnantes machinatus eſt, vt nec ante tēpus ſpiritus euacuaretur. Vt nos propterea de noſtro cordis Splene arbitratu noſtro ſuis arterijs & motibus ſpiritoſum ſanguinem, & ſpiritus corde ſubminiſtrare rationi maximè conſentaneum duximus. quod Galenus ſi Bottalli magnum vas ſuis miſſis inſenſibilibus oſcillis agnouiſſet, & docuiſſet, Quæ Galeni pulcherrima omnibus hiſce potiſſimum Neotericis Scriptoribus & notanda & obſeruanda erunt.

Vt pateat & certum ſit, hanc à dextro in ſiniſtrum ventriculum anaſtomoſim Galeno ignotam fuiſſe: Secus de oſcillis, & inuiſibilibus meatibus non meminiſſet ſi noſti: Quemadmodum de ſua anaſtomoſi, & ductulo veluti ponte ad alia vaſa, non in corde, ſed extra cor, inquam, meminit, vt nos Bononiæ ſtudentes pluries in fœtibus vt dixi mortuis, & embryonibus, vt non ſemel Venetijs vidimus, ſicuti ſæpe ſæpius multos apud Scriptores, præterquam apud Galenum, legimus. Vt propterea mirum in modum miremur hæc cum Galeno, & alijs notiſſima, hiſce Recentioribus Scriptoribus ignota fore, atque vlteriùs Galenum Bottallo confundere, toto Cœlo diſſentientes. Et præterea ac vlteriùs admiratione afficimur, quòd tot apud præclaros Anatomicos Scriptores talia nota non legerint, & certi redditi fuerint. Præterquàm quòd admirationem nobis addit, quòd Galenus de fœtus vaſis ſermonem habet extra cor, & ea quamcitiſsimè claudi & exſiccari docet, Botallo, & hiſce ſcriptoribus viſu ignota, tum quia illorum non meminit: tum quia ſuum repertum foramen, vt in fœtus corde eſt, itidem in ſenioribus etiam adeſſe vt experientia, ratio, & ſenſus ſimul docent, vt in pluribus etiam ſenioribus ab Excell. Folio ſectis & oſtenſis, vidimus, & pluries diximus.

Quam ob rem vt in generationis principio, quia in ſemineis partibus, ac in fœtu ad cordis generationem, & augumentum hæc Botalli anaſtomoſis facit, & neceſſaria eſt: Ita ſimul Galeni anaſtomoſis, & ductulus ſeu pons extra cor perquàm neceſſarij, quemadmodum Botalli extra vterum in adultis, & quinetiam ſenioribus ad ſiniſtri ventriculi nutritionem inſeruiet, ac dextro itidem ad vitam, vt reliquis carnoſis partibus, ſicuti in fœtu præſtat. Secus quis adeo phantaſticus erit, qui mente concipere poſſit, Cor vnico ictu, vno pulſu, vnico ſiniſtri ventriculi motu totũ ſanguinem per latum Botalli inuentum foramen attractum & receptum, ac ſimul itidem illico exploſum in dextrum ventriculum in ſpiritum vertere poſſe? Propterea lienis officium & opus dicto modo ſatius erit. Non ad ineptias communiter ſpleni decantatas, ſed ea præſtare arteriarum motu, quod modò expoſuimus per arterias guttatim inſtillatum in ſiniſtrum cordis ventriculum, non affluentes, & abundantes per Botalli amplum foramen, & noſtrum nouum excogitatum ſit.

Quare ad rem colligamus. Cor ad vitales ſpiritus progignendos Botalli ex foramine per ſe ſe, & ex ſe non valet abſque diſponente & præparante extra vterum proprio viſcere conſultò à Natura tunc ex ſemine genito multis prædito arterijs; ſecus inutiles eas diceres ad præcipuum tale munus, vt in ceteris omnibus concoctionibus etiam leuioribus, nedum in hac omnium hominis præcipua ſuo abſque iocinore, quod eſt, inquam, lien, ſpermaticus, non affuſio. Qui vt in ma-

D tre,

tre, in matris dico corpore vtero gerentis ſibi matri, & embryoni diſponit, præparat, & præbet eo, quo aliàs diximus modo: quemadmodum pari paſſu communiter Ventriculus ſibi, & iocinori, ac toto corpori. Hepar ſibi, cordi, & toti, Splen ſibi, cordis ſiniſtro, & dextro ventriculo, vt extra, & totius pro vita. Sicuti demùm Cor ad totius vitam, ac in homine ad meliorem vitam, ſenſum, & motum, diſcurſum, ratiocinia, atque diuina de microcoſmo, de mundo, cęlo, ac de Deo quinetiam ſpeculando aliquo modo compos, vt fieri poſsis, ſi diuina (aliter quàm Ariſtoteles) ex ſapientia ſapias, quicquid ex Galeno dicere poſsis, hæc neſcienti.

Sed iam recentiorum Scriptorum ſententias de Galeni & Bottalli opinionibus exſcribamus ad verbum.

Patauini Anatomici Scriptoris ſententia, & opus Patauij impreſſum MDCXL. Inſcriptio eſt,

De Nupero Bottallianorum Inuento. Quo viam ſanguinis è dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum aſſerunt. C L. Galeni Pergamini ſententia ab hinc 1500. *annis publicata. Caput III.*

Autorem huius tractatus ignoramus, tametſi Anatomici Patauini Io. Veſlingij eſſe dicant eius verba.

LECTOR AMICE.

Vere Argumentum apud Arbitrum non procedere ad eloquentiæ ſummam eos, qui ſine laborum gradu, ſine ſeuera lectione, crudis adhuc ſtudijs, in forum ad vota properant. Hoc in Anatomico ſanè ſtudio vſu venire quis dubitet? in quo nullus priſcorum famam æquauit, qui laudatis illorum monumentis inſuper habitis, & quod pluris eſt nondum ſatis oculata repetitis exercitijs manu, Herophilum induit, aut inuentis alienis tumidus, aut neglecta neceſſariorum diminutus. Equidem Leonardo Botallo Medico quondam Regio, quid horum acciderit, nolim diu inare. Illud conſtat, quum Columbus n anatomicis laboribus celebrem virum, Galeni placitis non acquieſcere obſeruaret, qui in prouectæ iam ætatis hominibus ſanguinem è dextro cordis ſinu in ſiniſtri per ſepti poros commeare ſcripſerat. Cepit ipſius animantium nondum adultorum corda laudabili curioſitate rimari. In quibus quum aditum è vena caua ad arteriam venoſam, aut patentem penitus, aut demiſſo ſtylo, impulſoque facilè peruium reperiſſet, rem & antiquis, & æui ſui exercitatis Anatomicis incognitam ratus ſcriptis protinus intextam, inuentam ſuum prædicauit, venam & ductum appellans ſpiritum vitalium, arteriarumque nutricem, quique arietantes clariſſimorum Auctorum ſententias facile dirimeret. At rem ſcriptis publicatam, nullo appla uſu dignam iudicarunt diſſectionum periti: quod conſpectum fortè Botallo cordis meatum, non huius, ſed Anatomicorum vetuſtiſſimorum inuentum eſſe cognoſcerent, & à medendi Præceptore Galeno, accuratè ſatis deſcriptum. Eumdem verò non perpetuum, ſed temporaneum tantum naturæ vſum præbere, ſenſimque ætatis progreſſu obliterari, ab iiſdem rectè pariter eſſe determitatum, nec commotam adeò de ſanguinis tranſitu controuerſiam componere. Subductum iamdudum memoriæ Botalli factum, ſimiles nuper cauſæ, ſimiliſque fortuna reuocauit. Cui, vt pro Gorgone Palladis, genuinum rei inuentæ auctorem obijceremus, & veritatis nobis perſuaſit amor, cui ſacramentum diximus, & gratus in communem Præceptorem animus. His ſic dictis, *Certa non diuina nda.*

Cl. Galenus Pergamenus, De Vſu parti um libro xv. Capite ſexto Interprete Nicolao Regio Calabro.

At cur pulmo in ijs qui adhuc vtero geruntur eſt ruber, non autem vt in perfectis animalibus ſubalbus? Quia

Quia tunc nutritur (quemadmodum reliqua viſcera) per vaſa vnicam tunicam, & eam tenuem habentia. Ad ea enim ex vena caua ſanguis peruenit, quo tempore fœtus vtero geſtatur, innatis verò occæcatur quidem Vaſorum Perforatiò. Aer autem copioſiſſimus tunc incidit, ſanguis vero pauciſſimus, idemque tenuiſſimus. Quin etiam Pulmo tunc motu perpetuo agitatur, animali nimirum reſpirante: quo fit vt ſanguis à ſpiritu attenuatus motu duplici, altero quem ex arterijs habet, altero, quem ex toto pulmone acquirit, tenuior adhuc ſe ipſo, & mollior ac veluti ſpumoſus efficiatur, &c. Ob eam igitur cauſam in fœtibus Vena Caua in arteriã venoſam eſt perforata. Cum autem hoc vas venæ officium huic viſceri præſtaret, neceſſe fuit alterum vas in arteriæ vſum tranſmutari. Quocirca natura id quoque in magnam arteriam pertrudit. Verùm cũ hæc vaſa (venam intellige arterioſam, & arteriam magnam) inter ſe aliquantulum diſtarent, Aliud tertium vas, quod vtrumque coniungeret, effecit. In reliquis verò duabus (nempe vena caua & arteria venoſa) cum hæc quoque mutuo ſe contingerent, Velut foramen quoddam vtrinque commune pertudit, Tum membranam quandam in eo inſtar operculi eſt machinata, quæ ad pulmonis vas facile reſupinaretur, qua ſanguini à vena caua impetu affluenti cederet quidem, prohiberet autem, ne ſanguis rurſum in venam cauam reuerteretur. Hæc quidem omnia naturæ opera ſunt admiranda. Superat autem omnem admirationem, prædicti foraminis haud ita multo poſt conglutinatio. Etenim quamprimum animans in lucem eſt editum, aut ante vnum, vel duos dies, in quibuſdam vero ante quatuor, aut quinque, vel nonnumquam plures, membranam, quæ ad foramen coaleſcentem reperies. Cum autem animal perfectum fuerit Ætateue iam floruerit, ſi locum hunc ad vnguem denſatum inſpexeris, negabis aliquãdo fuiſſe tempus in quo fuerit pertuſus, &c.

Pari modo id vas, quod magnam arteriam venæ quæ fertur ad pulmonem connectit, cum aliæ omnes animalis particulæ augeantur, non modo non augetur, verum etiam tenuius ſemper effici conſpicitur, adeo vt tempore procedente penitus tabeſcat, atque exſiccetur. Quod igitur hic omnia Natura affabrè faciat, declarat ſingulorum vſus. Inuenire autem ipſius facultatem, quæ hæc efficit humani ingenij captũ ſuperat, &c.

Idem lib. 6. de vſu part. cap. 20. Aduertens Natura pulmonem, qui vtero etiam nũ geritur, formatur, ac motu omni caret, non eamdem poſtulare procurationem, atque is, qui perfectus eſt, & iam mouetur: alterum quidem vas (venam arterioſam) validum craſſum, ac denſum ad arteriam magnam: alterum (arteriam venoſam) imbecillum, tenue, ac rarum ad venam cauam Anaſtomoſi applicuit.

Ibid. cap. ſeq. Quemadmodum Natura venam illam, quæ ab vmbilico pertinet ad iecur, & arterias, quæ ſunt ad ſpinam tandem exſiccat, & veluti funiculos quoſdam tenues efficit, eundem in modum, & prædictas vaſorum, quæ ad cor pertinent, Anaſtomoſes, &c.

Poſtmodum in tractatus fine, hæc ſequentia addit. Caput IV.

Agnoſces itaque Lector, Galeno poſteritatem debere tã nobilem obſeruationem: adde & alteram Bottallo incognitam de arteriæ magnæ cum vena arterioſa per canalem commiſſione. Cetera confidenter affirmamus, meatum de quo hic Bottallus ætate procedente conniuere, paulatim & coaleſcere, ac tandem, (quod in ætate iam perfectis animalibus notauit præceptor) adunguem denſari.

De vſu horum meatuum, ſi non omnibus modis ſatisfecit Galenus: ſatius tamen fuerit magni Scriptoris, & per quem ſalutaris hæc profeſſio nobis increuit, ſententiam candida potius interpretatione leuare, quam totam conſulta temeritate, damnare. Vale. Finis. Ad quæ modò nos.

Pariſani ſentētia,

Reſtabat tantummodo Veſlingi Pariſani ſententia doctiſſime, vt poſtquam cum præcipuis viuentibus Anatomicis Gallis, Hiſpanis, Anglis Regum Medicis & Protomedicis, Præcipuis Patauinis lectoribus, ac cum Venetis: Demum cum Germano Anatomico Patauino in arenam deſcenderem, Eundem præueniens tamen. Quia tua expectare non poſſe credimus, quia ſeniores, vtpote qui proximis Platonicis annis ſeptuageſimum quintum annum agentes; memoria ferè deſtitutí, & vitalibus, nedum animalibus ſpiritibus parum valentes: pro viribus nihilominus ne terga dare videamur, pede ſiſtemus, de ſplene ſeu tibi ſplenetici, ſaltem ac demùm ridere velimus, & vna tecum poſſimus. Propterea ſcribemus obuiam tibi vt præſto ſimus, & ſimul de ſplene tuà leuiſſimè tacta, ſeu expoſita, leuiter & nos attingemus. Et ſunt tuo in ſyntagmate nouiter excuſſo pag. 33.

Veſlingij opinio.

Lien, ſiue ſplen, inquis, in fine ventris organica pars, quæ chyli portionem aquoſiorem quidem, ſed admiſta portione terrea lutulentam in ſanguinem commutandam ſuſcipit. Subſtantia eius &c. Anat. Patau.

Pariſani quæſita à Veſlingio.

Scio, quod Galenens tu, Galeni ſtabis autoritati, de ſanguinis fece, atrabile &c. Nos autem ſenſui & rationi tantummodo ſtantes, ſolummodò quæremus.

Si chylus æque coctus eaſdem per meſenterias venas deſcendit, ab iiſque trahitur: quo modo aquoſior portio à liene trahitur hoc (Galenus diceret) intellectu agere eſſet. Ampliùs quo modo portionem aquoſiorem admiſta portione terrea ex chylo ſuſcipit? Vlteriùs quo nam pacto hanc aquoſiorem partem in ſanguinem permutabit? Ad hæc, Qui humidiorem portionem hanc tuam admiſta portione terrea in ſanguinem commutandam ſuſcipit? & actu aquoſiorem dico partem, lutulentam, inquam, portionem in ſanguinem commutabit? Nos craſſioris ingenij tuà abſque declaratione hæc non capimus.

Ceterùm quum tuum ſuperioribus mēſibus, & tua ex benignitate ſyntagma Anatomicum acceperim, quia mancum in fine viſum fuit, vt deni gratias agens, id quærens; ſimul quæſiui relatione tui diſcipuli primùm, mox Excell. Viri amici, quid aduerſus nos ſcripturus eſſes, benigniter nobis reſpōdiſti, te nihil tunc promptū obiecturum habere, tametſi te diuerſæ ſententiæ forequo ad ſpermaticas noſtràs ſcriptas partes, ſplenis, Cordis, necnon Auditus. Quod addis, noſtræ amicitiæ non repugnans: ita & apud nos, inquis, excuſabile erit, eadem cum alijs ſeruata libertate, & eſt fundamentum Excell. D: amici, & tui diſcipuli: qui interim ingenui viri ſermo ſummopere placuit. Propterea & eadem amicitia, & ingenuitate ſeruatis, nos tecum in præſentia Viſlingi Doctiſſime procedemus ſemper in Veritatis gratiam ad quam nati ſumus, & viuere profitemur. Tu impoſtorum & quando libuerit noſtra aduerſus ſcripta ſcribes, & nunc potiſſimum de ſplene quibuſdam à nobis confirmatis, nec non de corde, poſtquam ſic tibi corde eſſe videtur. De Auditus inſtrumento, quod tibi dubium, ſeu arbitratu tuo falſum, iure noſtro & verum, & germanum, tibi certum & tuo diſcipulo oſtendet Excell. ſolius Venetus Anatomicus. Idem vt nos, conſequutus.

Prædicti Botallianorum Tractatus.

Confutatio.

Ab Aemylio Pariſano.

Par & Sanius Iudicium. Caput V.

SI Veritati ſimus, & ſenſui ſtemus Amice lector, non video quam ob rem Botallo gratias nō habeamus, & meritò quin etiam non referamus ſua de Anaſtomoſi à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum, ex cuius proinde refluxu à ſiniſtro, inquam, ventriculo, dextri, & totius carnoſi, & inde aliorum vita ſubſequitur, quemadmodum & prius ſiniſtri & arteriarum corporis vita, inquam, ab hoc quidē ductu & anaſtomoſi medio tamē principio diſponēte & ſuo motu præparāte cordis

hepa-

hepate, liene dico, vt ſupra explicuimus. Quam Bottalli anaſtomoſin Galenus certò (quicquid dicant) ignorauit, ſecus inſenſilia foraminula à dextro cordis ſeptu in ſiniſtrum permeantia nequaquam poſuiſſet, cui dubium? Quemadmodum & Bottalus Galeni ouale foramen, & ſimul ad diſtantia vaſa ductulum & pontem neſciuit, nec proinde meminerit. Sicuti recentiores iſti ſcriptores neutrum intellexerunt, vt charta cantat, & eoſdem Galenum & Botallum confundentes, quorum recentiorum Scriptorum pace dixerim. Proinde vterque laude dignus. Galenus præcipuè de neceſſarijs fœtus vaſis ſtudio, & conſultò agens, tunc ad eſſe, ad vitam, ad augumentum, & eo potiſſimùm, quòd quàm breuiſſimè clauduntur, & exſiccantur, vt rectè docuit. Quamobrem maximè mirùm, quòd Recentiores Scriptores hæcce, res, inquã, alias, & ſimul diuerſas non animaduerterint, & vlteriùs, quòd eadem, & diuerſa apud doctiſſimos Anatomicos nõ legerint, ac priùs hæc Naturæ mirabilia etiam Galeno hæc eadem clarè in Embrionibus docente non viderint anatomem profitentes, & vtpotè Naturæ maximè reconditum ſecretũ niſi viſu, ſaltem lectione perceperint.

Amplius (quo ad ea quæ in tractatus fine habet, „ Agnoſces ſcilicet) non ſolùm Galeno nobilem obſeruationem, ſed eam perfectam debemus, perfectam repplico & ſenſatam, quam Scriptor iſte ignorat, & Galenum cum Botallo confundit. Quippe Botallus ex ſe ſe repertam anaſtomoſinà dextro in ſiniſtrum ventriculum refert, Galenus verò aliud docet, nimirum ouale foramen vaſorum fętus, non à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum: quare tota via differunt Galenus, & Botallus. Confirmat confuſionem dictam Veslígius, (Adde inquit, & alteram Botallo incognitam de arteria, &c.) quoniam non ſolùm ductulum (nos pontem appellauimus) Botallus ignorauit, ſed etiam Galeni anaſtomoſin, ouale, inquam foramen extra cor in vaſis magnis fœtus, Botallus verò in corde, vt toto Cœlo, inquam, differant. Et eo maximè, quòd Galenus primis diebus tale foramẽ, & ductulum claudi & exſiccari velit, Botallus ſuam anaſtomoſin ſemper apertam tradat, vt Folius, & ſenſus docent.

Quam ob rem omnibus modis & perfectè Galenus ſatisfecit ſi magnus Scriptor intelligatur, & candida abſque leuatione leuitateue ipſum leuando, niſi Veslingius quiqueue modernus hic Scriptor ſit, inconſulta temeritate (eius vt verbis vtar) diligentem Anatomicum Excellent. Folium damnare velit.

Reliquum modò eſt, vt Botallianorum Venetorum Medicorum alia obiecta proſequamur, & ſimul ea ſoluẽdo, ablegemus. Quorum Tractatus Inſcriptio eſt.

GALENI, ET BOTTALLI PLACITA

De Via Sanguines à dextro ad ſiniſtrum cordis Ventriculum

IN QVIBVS VIDERE LICET

An

Adinuentum Bottalli fuerit à Galeno cognitum

Superiorum Permiſſu.

Venetijs, apud Io. Antonium Iulianum, M DC XLI.

Digitized by Google

LECTORI.

CREDIDIT Galenus ſanguinem à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum deferri; quod poſt ipſum ferè omnes ſunt ſequuti; paucis exceptis, ſi numerum perquiras. Viam inſuper facillimè nos docuit in fœtibus: foramen ſcilicet quoddam amplum (quod ouale cognominarunt poſteri) ex Vena Caua in Arteriam venoſam, & manifeſtum ductum, ab Arteriali Vena in magnam Arteriam.

Verum cum exiſtimauerit hęc citiſſimè in nuper natis aboleri, vias alias perquirendas ſibi cenſuit, in adeptis perfectionē.

Et quamuis ſanguis ex eius placito, à deſtro cordis ventriculo in Venam Arterialem feratur, & per ipſum ad pulmones, & eo loci tradi voluerit in venalem Arteriā, ex qua neceſſario ad ſiniſtrum ſinum videtur trahi, eo nempe dilatato. Nihilo tamen minùs id ſatis illi fuiſſe non videtur: nec rurſus illud, ſanguinem per vaſorum tunicas transferri, vt contingere, nos docuit, pro celebranda nutritione partium.

Sed cum vidiſſet ex ſepto cordis reperiri profunditates quaſdam, quę ex latiſſimo primùm ore, in anguſtum procedunt, voluit earum fines ſanguini eſſe peruias. Non eſſe tamen viſui conſpicuos, tum propter paruitatem, cùm etiam quia in animali mortuo ſint perfrigerata, & condenſata omnia.

Hic Medicorum exortum ſchiſma. Ab hac enim ſententia receſſere plurimi, quorum proceres fuerunt Realdus Columbus, & Leonardus Bottallus, cōcordes inuicē, quod hiſcè foraminibus fidem nōn præſtiterint: Diſſidentes autem in reliquis; Columbus etenim, qui Bottallo prior videtur controuerſiam excitaſſe totum opus adimpleri, per pulmonis vias tantum, videtur voluiſſe. Bottallus verò, qui controuerſiam excitatam adinuenit, alterius ſententiæ Inuentor fuit; voluit etenim ſeruari & in perfectis quoque, quod ouale foramen dicitur, contra quàm Galenus aſſeruerit, & per illud ſanguinem transferri cenſuit.

Adnotarunt plurimi id temporaneum eſſe, & in nonnullis tantùm.

Ex Pariſano Confutatio.

Iterum ſtupeo quum Res hæc meridiana ſit luce clarior, parcant Recentiores Scriptores lucem hanc non videntes: ne illos Cœcos dixerim. Aliud, & alibi eſt Galeni ouale foramen, atque Bottalli, quod Scriptores iſti non vident, nec intelligunt, ſua quod pace ſemper dixerim. Galeni ouale foramen in fœtu tantummodo, & extra cor. (quod ſciendum & obſeruandum in re certa) Bottalli in corde, in corde, inquam, non extra cor, vt ſæpius diximus, & in Embryonibus pluries vidimus, atque demum in & ex Doctiſſimis Anatomicis infra conſtabit. quicquid plurimi (vt Scriptor hic ait) garriant.

Sequitur Scriptor iſte.

Herueus verò animaduertebat has vias adapertas in quibuſdam animalibus perpetuò: & in aliquibus Hominibus totum ferè viuendi tempus.

Ex Pariſano Confutatio.

Heruæus hæc omnia ignorauit, proindeque in alia omnia iuit; vt nos pluribus aliàs oſtendimus; ſed quid plura noſtra præter dicta? ſi Folius Bottalli foramen hoc in nuper natis & in ſenioribus omnibus in corde, inquam, (non Galeni extra cor) ſua diligenti adminiſtratione facilè oſtendit?

Sequitur Modernus Scriptor.

Nec deerit alijs in melius certe locus.

Sed talis in hac re progreſſus: in quo defectus & inuenta: Nec id quidem mirum; Ad veram ſiquidem & ſolidam rerum cognitionem ſunt inquirenda, & inuenienda plurima: nec omnia ſinguli valemus: Ab Experimentis, vnde primum eſt initium, ad propria rerum genera, & differentias pro-

Digitized by Google

proprias fallax iter: quo difficile ſtatutis à Natura terminis inſiſtimus; ſed & conſiſtentes citra, & prolabentes vltra nobili ſunt in via, plena fœnore, quam reliquis aperiunt incedendam cautè proprijs monumentis poſitis; vnde proficiant omnes.

Quæ ſunt meliora ſæpius fuere turbida & fęculenta primùm: plurima perficiunt, & digna quidem cognitu: ſed ſunt, quibus non defecata placeant: ſunt qui velint in vni co tantùm omnia.

Ex Pariſano Confutatio.

Locus iſte noſter eſt Superiorum permiſſu, & Scriptorum venia: quia in Veritatis gratiam, quoniam vidimus, tetigimus, & certi ſumus, præterquàm quòd etiam lectione Galeni dicta comprobauimus, alia & diuerſa eſſe ab hiſce, & Bottalli placito, vt ex doctiſſimis Anatomicis infra pateſcet etiam.

Propterea poſtremò dicta ab hoc Scriptore, quòd quibuſdam, ſibiue ſi lubet, turbida, fęculenta, & non defecata placeant, vt bene dicta non improbamus; ſed comprobamus.

Sequitur iſdem Scriptor.

Nos decreuimus typis noſtris imprimere coniunctim & Galeni & Botalli placita, Heruei nonnullis additis, (de Columbo ſiquidem nunc ſolliciti non ſumus) vt abſque labore poſſit vnuſquiſque hæc videre, & cognoſcere, quam eorum ſingulus partem habeat, & quid eorum ſingulo debeamus verè. Anque Bottalli quod eſt inuentum fuerit à Galeno cognitum.

Ex Pariſano Confutatio.

Non video quonam pacto typis ſuis Autores & Scriptores iſti Galeni & Botalli coniunctim imprimant, ſi ratio & ſenſus contrarium ſentiant, & doceant. Vtque Celebres Anatomici contra ſentiunt, & ſenſatis figuris mõſtrant, quemadmodum Bauhinus ſuo in anatomico thatro pag. 41. Et nos oculata fide aſſerimus, atque ſupra contra Patauinum Scriptorem ſcripſimus.

Quo modo quæſumus vos (& docete nos ſi fallimur, & Lectorem fallimus) Galenus Bottalli Ouale foramen nouit, ſi oſcilla & inſenſibilia foramina in ſepto ratione, & rationi conſulens poſuit? An hæ Chimeræ?

De Heruæo, & cætera huius Scriptoris promiſſa, quia deſiderantur. An verba ad Effeſios?

Sequitur Scriptor iſdem.

Ne fiat igitur confuſio, proponemus primò quid Galenus dixerit euenire in Embrione, vt poſſit Vnuſquiſque ſegregare hæc ab alijs.

Ex Pariſano Confutatio.

Galenus clariſſimè ſuum Ouale foramẽ extra Cor, vt toties diximus collocat, & docet: quodque ſenſatum hoc negat, ſenſus pœna puniatur. Ita ſimiliter & ductulum nobis pontem, vt Doctiſsimi Anatomici, & ratio, ac ſenſus docent; Vt hactenus tota via hic autor & Scriptor erret, ac Te Lectorem dedoceat.

Sequitur iſdem Scriptor.

Secundo verò loco addemus quæ Galenus credidit poſt partum euenire.

Poſt hæc quid voluerit Bottallus, quid Herueus. Tandem Galeni & Bottalli placita ſibi inuicem comparata proponemus.

An concordent verò rebus, vel deficiãt, & in quibus, nunc non quærimus, ſed cuius fuerit inuẽtum, quod Bottallus attulit.

In audiendis Galeni dictis, Nicolaus Reghinus & nobis quoque interpres erit, recognoſcente Gadaldino vnicum fortè locum Græcum adnotantes.

Pro ea, quæ Bottalli eſt ſententia, exemplar illud afferemus, quòd hic Venetijs fuit nuper editum.

Digitized by Google

Ex Pariſano ,

Ex quo loco & Exemplari patet non vnum, ſed plures fuiſſe Autores, & Scriptores Medicos Venetos, quoniam ante exemplar hoc, aliud prius excuſſum fuit. Reliqua quæ hic Scriptor promittit de Bottalli inuento, de Heruæo, & experimenta ex Galeno quum hoc in Enchiridio non ſint, noſtro non egent reſponſo. Sin verò in alio Exemplari prius ædito extare velit, ſimiliter, quia excuſſa & reprobata ſunt. Vt nihil ſit in Buſſula, niſi quòd toties dictum, VNI CVIQVE SVVM. quod Patauini & Venetorum Scriptorum pace dixerim.

Modo promiſsis vt ſtemus, Reddito cuique ſuo. Quę Doctiores Anatomici hac de re credidere, & ſcripſere in medium afferamus in dictorum confirmationem. Ex Caſparo Bauhino in ſuo Theat. Anat.

De Vaſorum Cordis in fœtu vnione, quæ in lucem aditis aboletur. Ad verbum.
Caput XXIV.

Relatio ex Caſparo Bauhino ſcriptorum, &c. pag. 438. in Margine

STructuram hanc expreſsit Galenus. 6. Vs. par. 20. & 21. potiſsimum is. Vs. par. 6. Poſt quem Anatomici ſicco pede tranſierunt.

Veſallius in ſuo opere hæc ſolum habet pag. 696. in ſectione fœtus; niſi viſum ſit hic vna inquirere, non in fœtu peculiaris aliquis proceſſus à vena caua ad arteriam venalem, & ab arteria magna in venam arterialem pertinent.

Columbus hoc habet; dum in vtero matris latitat fœtus ſi eius cor introſpiciamus comperiemus cauam venam cum vena arterioſa continuam eſſe (hoc falsũ eſt.)

Fallopius alterius tantùm meminit, meatum arterialem in embryone vocans.

Veſalius à Fallopio in obſeru. admonitus in ſua Apologia, vtriuſque meminit, ſed vtramque per anaſtomoſin fieri dixit; (quod falſum eſt.)

Arantius in prima editione de fœtu vtriuſque vnionis meminit, ſed per canalem vtramque fieri voluit, in quo errauit; quare in altera & tertia editione Galenum ſequutus, alteram per anaſtomoſin, alteram per canalem fieri dixit.

Sequitur Ioan. Bapt. Garcanus plerunque veſtigia Galeni.

Arcangelus acriter Veſalium reprehendit, dein quendam Neotericum Ar. antij primam ęditionem ſequutur.

De his quoque egit Laurentius, Pareus, & obiter Roſſetus.

Caſpar Bauhinus Galenum, & Veritatem ſequutus in ſuo Theatro Anatomico hanc rem non ſolùm terminat, ſed rem ipſam dilucidiſsimè explicat & ob oculos exatiſsimè ponit; Anaſtomoſin nimirum, & Canalem extra cor in fœtu eſſe, vt toties diximus. Vt ibidem videre eſt tribus conſultò poſitis figuris, vt non ſine admiratione dixerimus, Hoſce Scriptores tota via falli Galenum, & Bottallum idem ſentire volentes, quum diligentiſsimus Anatomicus Folius, & Bottalli foramen adinuenerit, & Bottalli facta mentione illud in corde, & in fœtu, & in Senioribus etiam ſemper oſtenderit, extra ſomnum & ſomnium monſtrauerit, quicquid Neoterici ſentiãt & mordicus ſuſtinere velint, vt mirum non ſit, ſi quot homines, tot ſententię, Veritas tamen vna: Quam ob rem rectè Bauhinus, addit.

Garcanus & Arcangelus reprehendunt eos, qui ſomniando affingunt his vaſis membranulas alias ſemilunares, aliàs ſaggitarias, alias aliter formatas; quos ſenſus fefellit. Cui ſtandum.

Vide hoc Bauhini Caput, & plura in margine.

Galenus Lectori.

Quid hic Galenus Lectori, quidue ſcriptor iſte eidem committat, præſcribat, mãdetue penitus ignoramus.

Niſi quòd Ventriculi ſit chylum (Hoc ego ventriculus feci) ex puriori cibo facere, ex craſſiori excrementa procreare. Et quorum ex Galeno velit, autor & hic ſcriptor prorſus neſcio. Etſi crediderim hoc impreſſoris erratum: vt ventriculi loco, verſiculos (Virgilij iuxta mentem) ipſe voluerit. Niſi velis caſu id factum, vt falſum, & excre-

Digitized by Google

crementum male olere. Vt hic ab autore poſita Iuſtitiæ imagine cum gladio & lance,vt infra ſecties,iubente. Vnicuique ſuũ, vt vlteriùs, & vbique id replicet. Ceterum neſcio, An vbique,ſic cuique ſuũ dare velit? an verò potius tolli? ſequitur,Galeni Placitum.

De Via ſanguinis à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum in Embrione.

Dari oſcillationes vaſorum Cordis.

In ijs,quæ vtero geruntur Anaſtomeoſes quædam vaſorum ipſis cordis cernuntur. Gal.lib.6.de Vſu par.cap.20.

De Oſcillatione Venæ Cauæ & Arteriæ Venoſæ.

Ob eam igitur cauſam, in fętibus vena caua in Arteriam venoſam eſt pertuſa.Gal. lib.15.de vſu par.cap.6.

Ex Pariſano Confutatio.

Non eſt oſcillatio, ſed magna anaſtomoſis,ouale,inquam, foramen,non inſenſile pertugium, vt oſcillatio, vt perperàm refert autor iſte contra Galeni ſententiam, & ſenſum ipſum, & extra cor ſi placet, intellige.

Sequitur Scriptor.

Arteriam Venoſam ſanguinem recipere à vena caua per dictam oſcillationem.

Ex Pariſano Confutatio.

Hic maximè errat Scriptor iſte; quoniã non per oſcillationẽ,ideſt per minima, & inuiſilia foraminula,ſanguis fertur;ſed per memorandæ magnitudinis anaſtomoſis,vt in Embryonibus pluries vidimus,vt Galenus docet,propterea per ouale foramen poſteriores dixere, & Doctiores Anatomici figuris oſtendere.(Neſcius tamen Scriptor iſte mirabilia à Galeno inuenta,confundit, vt Botallo ea communicet) vt toto Cælo erret.

Sequitur Scriptor iſte.

Sanguinem in ſiniſtrum ventriculum trahi.

In fœtibus neceſſarium eſſe, cum Arteria venoſa ſanguinẽ à vena caua accipiat, trahi ex ea non minimum corde videlicet dilatato in ſiniſtrum ventriculum.Gal.lib. 6.de Vſu p.cap.21.

Ex Pariſano Confutatio.

Trahi profectò nõ minimum ſanguinis in ſiniſtrum ventriculum dilatato corde, fatemur,per oſcillationem Galeno, rationi tunc conſulenti.Non Botalli per anoſtomoſin Galeno ignotam; propterea, inquam, ob neceſsitatem ſiniſtri ventriculi animaduertens & rationi conſulens, inſenſilia foraminula per ſeptum tranſeuntia addidit; quæ ex Bottalli inuento miſſa facimus, vt falſa,nec ad rem: Nec communi ſententiæ conſulens pro conficiendis ſpiritibus, vt ſupradiximus Veslingio; propterea licuit opus fuit.

De Oſcillatione Arterialis venæ & magnæ Arteriæ.

Neceſſe fuit alterum vas in Arteriæ vſum tranſmutari,quocirca Natura id quoque in magnam Arteriam pertudit. Galenus lib. 15. de Vſu part.cap.6.

Ex Pariſano Confutatio.

Hic Galenus de Ductulo, nobis ponte ab offitio, loquitur,non de oſcillatione, & inſenſibilibus foraminibus, ſed de Vaſe, quod continuò exſiccatur,& tabeſcit ſcientibus.

De modo Oſcillationis venæ cauæ Arteriaque venalis.

Cum hæc quoque mutuò ſe tangerent veluti foramen quoddam,vtrique commune fecit, tùm membranam quandam in eo, inſtar operculi eſt machinata, quæ ad pulmonis

monis vas facile reſupinaretur, Gal. lib. 15. de Vſu p. cap. 6.

Ex Pariſano Confutatio.

Autor iſte in eadem ſentẽtia præpoſterè ſtat & permanet de oſcillatione, quum ſit anaſtomoſis & latum ouale foramen: proinde rectè Galenus vaſorum contactum affert, & membranam ponit, atque paulò poſt ipſum claudere aſſerit.

De modo Oſcillationis venæ Arterialis, & Arteriæ magnæ.

Verum cum hic quoque vaſa inter ſe aliquantulum diſtarent, aliud tertium vas exiguum, quod vtrunque coniungeret, effecit. Galenus lib. 15. de Vſu p. cap. 6.

Hæc Galenus, & alia eiuſdem generis adnotauit in Embrione fieri inter vaſa cordis. Ex quibus ſi vellem Ouale foramen in perfectis adapertum reperiri, aliud certè in concluſione, quam in præmiſſis ponerem.

Ex Pariſano Confutatio.

Hæc non eſt oſcillatio, nec Oſcillationis modus, ſed Ductulus, nobis pons, ad trãsferendũ vitalem ſpiritum, ac vitalem ſanguinẽ ad Pulmones in fœtu. Qua in parte nihil ad Galenum inuẽtorem & docentẽ, minus ad Bottallum ea fortaſſe neſcientem. Quid modò nouus Scriptor iſte imaginatione gerat neſcimus. Quando Galeni doctrina, in, & de fœtu certa ſit, & Bottalli ſenſatum inuentum extat, hoc in corde. Galeni extra cor.

Galeni Placitum de Occluſione Prædictorum Foraminum.

Aboleri prædicta foramina in natis.

In natis verò occęcatur quidem vaſorũ perforatio. Gal. lib. 15. de Vſu p. cap. 6.

Porrò Natura quemadmodum venam illam, quæ ab vmbilico pertinet ad iecur, & arterias, quæ ſunt ad ſpinam tandem exſiccat, ac veluti funiculos quoſdam tenues efficit: ad eundem modum, & prædictas vaſorum, quæ ad cor pertinent Anaſtomeoſes in animali iam nato abolet. quod (vt ego arbitror) omnium maximè eſt admirabile: Quæ enim nulli omnino vſui Animalium iam in lucem editis erant futura, ea ne eſſe prorſus patitur. Mihique videtur multò maius eſſe Naturam. vbi quid plus in Embrijs, quàm in perfectis effecit, id ipſum, quando nullus ampliùs ſit vſus corrumpere, quam illud omnino effeciſſe. Gal. lib. 6. cap. 21.

Ex Pariſano Confutatio.

Hæc vaſa non pertinent ad cor, non ſolùm quia non ſunt in corde, nec cordi neceſſaria; quando nec cordi inſeruiant, vt pote extra cor; ſed alijs à corde. Ouale foramen in arteriam venoſam eſt pertuſum, & Ductulus pulmonibus ceu pons magnam arteriam venæ, quæ ad pulmonem fertur connectit, qui non modo non augetur, vt ceteræ corporis partes, ſed tempore procedente penitus tabeſcit, atque exſiccatur, vt inibi Galenus, & ſenſus docent. Quam ob rem vt membrana coaleſcit, & anaſtomeoſis veſtigium non apparet, impropriè corrumpi dicuntur, quemadmodum illud tertium connectens vas iam exſiccatum.

De occluſione oſcillationis Venæ Arterialis & Arteriæ Magnæ.

Pari modo id Vas, quod magnam Arteriam venæ, quæ ſeruatur ad pulmones connectit, cum omnes animalis particulæ augeantur, non modo non augetur, verum etiam tenuius ſemper effici conſpicitur; adeò vt tempore procedente penitùs contabeſcat, atque exſiccetur. Gal. lib. 15. de Vſu p. c. 6.

Ex Pariſano Confutatio.

Non bene nec ratione de Oſcillatione venæ Arterialis, & Arteriæ magnæ hic agitur, quum ductus iſte, & Vas non ſit oſcillum & inſenſibile foramen, ſed ſatis ſenſile pul-

Digitized by Google

pulmonibus inſeruiens, & ſufficiens ad vitam & augumentum.

Galeni Placitum de Via Sanguinis per Pulmones.

In toto corpore mutua eſt anaſtomeoſis, atque Oſcillorum apertio Arterijs ſimul & venis. tranſumuntque ex ſe ſe pariter ſanguinem & ſpiritum, per inuiſibiles quaſdam, atque anguſtas planè vias, quòd ſi os ipſum magnum Venæ Arterioſæ itidem ſemper patuiſſet, nullamque Natura inueniſſet machinam, quæ claudere ipſum, cum eſt tempeſtiuum, ac rurſus aperire queat, fieri nunquam potuiſſet, vt inuiſibilia atque exigua oſcilla ſanguis contracto thorace in Arterias tranſumeretur. Neque enim ſimiliter omne ex quouis attrahitur, neque emittitur: ſed quemadmodum quod leue eſt, faciliùs eo, quod grauius eſt, dilatatis inſtrumentis attrahitur, iiſdem tamen contractis exprimitur, ita & per latam viam celeriùs aliquid, quàm per anguſtam, trahitur, ac rurſus emittitur. Cum autem thorax contrahitur, pulſæ atque intrò compreſſæ vndique fortiter, quæ in pulmone ſunt, Venoſæ Arteriæ exprimunt quidem quàm celerrimè, qui in ſe ipſis eſt, ſpiritum tranſmittunt autem per ſubtilia illa oſcilla, ſanguinis portionem aliquam: quod nunquam accidiſſet profectò, ſi ſanguis per maximum os (cuiuſmodi eſt venæ huius ad cor) retrò remeare potuiſſet: nunc vero reditu per os magnum intercluſo, dum comprimitur vndique, deſtillat quidpiam per exigua illa orificia in arterias. Gal. lib.6. de Vſu p. cap.10.

Ex Arteria venoſa neceſſario quidpiam ad cor trahi, eo ſcilicet dilatato, docuerat nos Galenus lib.6. de Vſu p. cap.21. quamuis ob aliam cauſam.

Ex Pariſano Confutatio.

Ex hoc Botalli inuenta Anaſtomeoſi & ouali foramine non ſolùm in cognitionem falſæ Galeni, & horum Scriptorum de inſenſibilium oſcillorum opinione venimus. Verum etiam in ſententia confirmamur, noſtra de ſplenis ad cor, & pro corde neceſſitate. Necnon præterea ex eodem Botalli magno de Vaſis aperto ore, quod tenues & leues ſpiritus expiret & diſſipet, vt Galenus hic 6. de Vſu p. c. 10. ſumma cum ratione docet. Et præterea experimento ab ipſo præſtito de Vmbelicalibus Arterijs laqueis exceptis, quibus optimè noſtra, inquam, ex oculata fide ſententia de ſplene confirmatur à Galeno 6. de Vſu p. cap.21.

De Via ſanguinis Per ſeptum Cordis. Eſſe foramina in ſepto cordis.

Miſſis Galeni autoritate & locis, illius libros & capita notabimus, vt quiſque inibi videre poſſit, ſi horum ſcriptorum exemplari careat. Gal.6. de Vſu p. cap.17.

Trahi ſanguinem per hæc foraminula. Gal.6. de Vſu p. cap.17.

Deſcriptio prædictorum foraminum & de ſanguinis tranſitu per ipſa. Gal. lib.3. de Nat. facul. cap.15.

Quo modo hæc foramina cognouerit Galenus, cum ſint inconſpicua ſenſui. Gal. lib.3. de Nat. fac. cap.15.

Ex Pariſano Confutatio.

Galeni hæc notata, & ſcripta loca, atque autoritates, quia ab ipſo Galeno doctiſſimo Anatomico quæſita ſunt, & rationi tunc iure ſuo, & maximè conſentanea, immo neceſſaria, ijs omninò adhibenda fides foit, etſi ea quidem Galeni Realdus, Columbus, & Botallus non crediderint: proinde aliò vertere animum, & Botallo ex ſententia cecidit ſimpliciter tamen neceſſaria ad progignendos vitales ſpiritus inſenſilia oſcilla, quibus noſter cordis lien optimè conducit, Galeno ignoto, vt lienis benefitio. Sed poſtquam ſenſus aliter ſentit, vt quid Bone Deus autoritati ſtabimus? An vt ſenſus pœna puniamur?

Digitized by Google

niamur? Propterea hoſce modernos Scriptores mirum in modum miror, qui Botallum, folium, ſenſumque ipſum non admittunt, & eoſdem contrarios, ſaltem maximè diuerſos componere velint: immo idem ſentire profiteantur, Embryonibus non viſis, nec doctiſſimis Anatomicis lectis, inuiſiſque eorumdem figuris rem ipſam ob oculos obijcientibus, Nos ſanè non capimus. Galenus profectò omnium magiſter, & rationi fidens ea protulit. Atqui hominis eſt poſſe labi. Quare vbi ſenſus, viſus & tactus potiſſimum ſimul aliter omnino ſentiunt & docent, autoritati, & rationi pariter nuntium remittere oportet, quod ſui, & neſcientium pace dixerim.

Cum Iuſtitia gladio, & lãce. Vnicuique ſuum

De Via Sanguinis à dextro in ſiniſtrum Cordis Ventriculum Leonardi Botalli Aſtenſis Medici Regij ſententia Promulgata Pariſijs Anno ſalutis 1564.

BOTALLVS LECTORI.
Hos ego Verſiculo feci.

Venetijs, apud Io: Ant. Iulianum. MDCXL.

Superiorum permiſſu.

LECTOR AVDI.

LEonardus Bottallus Aſtenſis Medicus in Gallia Regius, qui non vulgariter nec ineruditè ſcripſit, Credidit anno ſalutis M. D. LXV. ſe cùm in homine tum in alijs etiam animalibus adinuiſſe viam ſanguinis à dextro in ſiniſtrũ cordis ventriculum ab alijs item in caſſum diu perquiſitum. Pauca nonnulla, & modeſtè hac de re conſcripſit & publici iuris fecit, ſed exemplaria nunc ſunt adeò rara, vt non ſit niſi difficillimum ipſa conſequi; cum alioquin contrarium potius neceſſarium videretur: dum ab Anatomicis quotidie illius viri placitum cõmemorari ſolet, vt conuellatur; ſed an hoc ſatis, illud verò fide, quis cognouerit, nec lectis ijs, quę hac de re conſcripſit ille? Operepretium ergo putaui me facturum, ſi & ego quoque hæc imprimerem, vt inde poſſint omnes hæc facile videre, & de ijs æque iudicium ferre. Vale.

Leonardus Bottallus.

Poſt Librum de Catarro editum Primò Pariſijs apud Bernardinum Turriſanum in Via Iacobea, in Aldina Biblioteca 1564. *Et rurſus Lugduni.* 1565.

DIebus ijs proximè peractis, cùm Galenum, atque Columbum diſſentire viderem de via, per quam in cor ſanguis, qui in arterijs vagatur, fertur, aſſerente Galeno hunc in cor transfundi per Parua Foramina minula cordis ſepto inſita: (relata refero) Columbo vero per alia ad arteriam venoſam, quæ etſi fruſtra olim perquiſiuerim, nuper tamen denuò eidem inquiſitioni me tradens, vetuli cor diuidere accepi, vbi paulò ſuprà coronalem (quam Stephanoidem appellant Græci) ſatis conſpicuum reperi Ductum iuxta auriculam dextram, Qui ſtatim in ſiniſtram aurem recto tramite fertur: qui ductus, vel vena iure Arteriarum, vitaliumque ſpirituum nutrix dici poteſt, ob id, quòd per hanc fertur ſanguis arterialis in cordis ſiniſtrum ventriculum, & conſequenter in omnes arterias. Non autem per ſeptum, vel venoſam arteriam, vt Galenus, & Columbus putarunt; hæc autem via à Me Inuēta in Vitulis, Suibus, Canibus ſatis grandis, patenſque exiſtit. In homine verò paulò minor eſt. Quæ etiã non æque recta fertur, vt in prædictis brutis, ſed flexuoſa, & veluti Valuulis vtrinque munita eſt. Hoc fit vt ſanguis coactus in ſiniſtro cordis humani ventriculo non offendatur, in Brutis verò ſecus ob rectitudinem, magnitudinemque dicti canalis in ipſis exiſtentis.

Hæc obiter dicta ſint monitionis gratia, non vt Galenum, vel Vaſallium, Columbumue, vel alios ſi qui ſint, qui probè de rebus anatomicis ſcripſerint, redarguere putemus; nam ijs ſanè nos, ſimulatque tota poſteritas plurimum debemus. Verùm accidit

Digitized by Google

cidit interdum, vt quicquam in quauis arte à minus exercitato retegatur, quod ab exercitatiſſimis non fuit antea cognitum, præcipuè in arte anatomica ob id bellè dixiſſe puto, qui hominem paruum mundum eſſe protulit.

Ex Pariſano Confutatio.

Quod Bottallus refert (& ex ipſo Moderni Scriptores) & anatomici falſiſſimum eſt, quoniam à vaſe, venaue, ex venâ inquam Caua à dextro ventriculo Venalis ſanguis, non Arterialis ferri poteſt. Si nemo dat, quod non habet. Et eo magis & maximè, quòd ductus, vel vena iſta arteriarum iure, vitaliumque ſpirituum nutrix, inquit, dici poteſt, & ob id quòd per hanc fertur, repplicat, ſanguis arterialis in cordis ſiniſtrum ventriculum aſportans. Quæ Regij Medici indigna ſunt, atque conſequenter Horum (Scriptorum patum digna etiam relatione: quia abſurda & impoſſibilia: quum vitales ſpiritus, & arteriales ſanguis à calore, & motu cordis, & arteriarum fiant, & medio liene, vt probatum eſt, in ouo potiſſimum priuſquam affuſiones parenchymata fiant docente ſenſu. Adde quòd Magiſtrum Galenum (præter alios) inſium & ignorantem Bottallus & Scriptores iſti declarant. Quum tamen Galenus Rationi conſulens (hac tibi Bottalli ignota anaſtomoſi) venoſum ſanguinem in, & ex Caua vena per oſcilla atque per ſeptum in ſiniſtrum ventriculum tráſfundi credidit, & rectè inquam, rationi ſtudens, (ignoto dico Bottalli foramine) vt inde & ibidem poſtea ſpiritus, & vitalis ſanguis progignerentur. At quòd à Vena Caua, & in Vena Caua ſit ſanguis, qui in Arterijs vagatur, & reſidet, vt Bottallus inquit, & per eam ſanguis arterialis fluat, & Bottalli, & credentium ignorátium eſt, quorum pace dixerim: Vt mittam, quòd ſi ita res ſe ſe habet, vt iſti Scriptores referunt rectè, & legitimè ſe ſe inexercitatos fatentur, & vlteriùs minus diſcurrentes, & intelligentes ſuis cum Defenſoribus ſe oſtendunt, vt infra conſtabit.

Leonardus Bottallus, In libro de Aegri munere edito Lugduni anno 1565.

Hoc anno præterito Reperi Ego, quod in fine libelli mei de Catarro declaraui. Qua via ſanguis à dextro Cordis Ventriculo in ſiniſtrũ feratur, & conſequenter in Arterijs, quod pauci momenti non eſt in Medicina. Id tamen Galenum, & quot ante nos fuerunt latuiſſe videtur.

Ex Pariſano Confutatio.

Si Galenum id foramen latuit, vt prætcrijſſe etiã nos certò credimus, Quonam pacto Scriptores iſti hoſce contrarios, diſcordes ſaltem, componere tentant? Galeni ſenſum hoc foramen fugit quidem: ſed non ratio, cui propterea ſtudens inſenſibilia oſcilla per ſeptum poſuit.

Hæc Bottallus.

Et equidem Galenus, Hunc Ductum in adultis etiam ſeruari non videtur cognouiſſe. An autem & iſte ſit in omnibus adapertus, & perpetuò, alterius eſt negotij. Nunc ſatis Bottalli ſententiam audiuiſſe, & ipſum eius rei Inuentorem cognouiſſe.

Ex Pariſano Confutatio.

De hoc Bottalli Ductu non loquitur Galenus: ſed de Fœtus ductu, & anaſtomeoſi extrá cor, Bottallus verò in corde ſuo inuento: quæ hic autor non intelligit: minimèque Scriptores iſti. An verò illud Bottalli in omnibus adapertum ſit, quum Folius in ſenioribus oſtenderit, Cui dubiũ proponitur? Quando Galenus hunc ductum non ſolùm ſeruari non videtur cognouiſſe, vt Scriptor iſte ait, ſed eum penitus ignorauit: propterea inſenſibilia oſcilla per cordis ſeptum permeare poſuit. An verò in omnibus & perpetuò adapertus, ſi in fœtibus, & ſenioribus etiam pateat, quid vlteriùs ſi id ſenſus teſtatur? Et ſi ipſemet Bottallus huiuſmodi Anaſtomeoſis Inuentor fuit: Quo modo Scriptor

ptor

Digitized by Google

ptor iſte quærit, & dicit, quòd Bottallus huiuſce ductus inuentorem cognouit?

Heruei Placitum.

Quin & obſeruamus has vias (tam in hominum genere quam in cęteris animalibus)non ſolùm apertas, & patentes eſſe vſque ad tempus partus(vt annotarunt Anatomici), ſed etiam Per multos poſt menſes,imò in aliquibus per aliquot annos, nę dicam toto vitæ curriculo, veluti in Anſere, Bucagine, & auibus pluribus, & animalibus præſertim minoribus, &c.

Ex Pariſano Confutatio.

Hic ſtupeo nō ſolū quòd is hic ponāt Iuſtitiam cū gladio & lance, & Dictū ſæpiſſimè poſitū, Vnicuique ſuū, & Cuique vbique tollant; ſed quod addantur Galeni, & Bottalli comparata alia & diuerſa Placita, Miſcentes quæ Galenus in vaſis fœtus & Embryone extra cor diligentiſſimè obſeruat, & docet cum Haruæi, & Botalli inexercitatiſſimi relatis per menſes & annos: immo per totum vitæ curriculum, vt in omnibus Folius oſtendit, & ſenſus comprobat, ijs ſi placet.

Galeni & Bottalli Comparata Placita.

Adduximus & Galeni & Bottalli dicta, quàm fidè autem reſpondeant rebus, nūc non quærimus. ſatis erit, ſi viderimus, an mutuò concordent, & in quibus, & quæ debeantur cuique.

De ſanguinis tranſitu à ſinu altero ad alterum.

Voluit Galenus à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum transferri ſanguinem,

Bottallus eamdem ſententiam ſequitur.

Hanc Galeno igitur debemus prius.

Ex Pariſano Confutatio.

Toto Cœlo fallitur Autor iſte, neſcius, non valens, nec potens Hoſce concordare. Quia Galenus de Vaſis Fœtus, & in vtero, Bottallus de ijs, quæ extra vterum omnino (vt cenſeant, & aiunt) & alijs ac aliter differentibus. Bottallus in corde, & perpetuò inſeruienti. Galenus extra cor, & fœtui occurrentibus. Quàm ob rem non ſuum cuique tribuit, ſed tollit.

De via per Pulmones & ſeptum cordis.

Habemus à Galeno, reperiri in Pulmonibus oſcillationes venæ Arterialis, Arteriæque venoſæ, quæ videri nequeant, & in ſepto cordis foraminula, pariter non ſubiecta ſenſui.

Aſſentitur Bottallus quòd non viderit.

Diſsidet, quòd ex eo potius non adeſſe putet.

Contendit Galenus ratione id neceſſariò confirmandum.

Bottallus altero poſito ſanguinis itinere, non videtur crediddiſſe, id neceſſariò concludendum.

Galeno igitur horum foraminum aſſertio referenda, atque ratio.

Bottallo verò, & reliquis ſuſpicio.

Ex Pariſano Confutatio.

Si amplum foramen à dextro in ſiniſtrum à Botallo inuentum, à Folio quando libuit repertum, & oſtenſum eſt, vt quid impoſsibilibus (ſatis & apertis nobis viſis & oſtenſis) adhærendum? vt quid perditio hæc? Hoc non eſt cuique ſuum dare, ſed ſæpiſsimè tollere.

De Oſcillationibus vaſorum ad baſim cordis.

Docet nos Galenus in fœtibus, & nuper natis eſſe mutuas quaſdam oſcillationes manifeſtas vaſorum cordis.

Non refragatur Bottallus.

Hoc igitur Galeno detur.

Ex

Ex Pariſano Confutatio.

Iterum ſtupeo, quod Galeno Anatomicorum Magiſtro in fœtibus & nuper natis vaſorum cordis oſcillationes tribuantur: quum contrarium omnino doceat. Nimirum Anaſtomeoſin, magnum foramen cōmuniter nuncupant:& ductum nobis pontem à magno ad magnū vas extra cor portans,extra cor,inquam, transfundens. Et oſcella inſenſibilia ſint foraminula, tunc Galeno ſeptum perforantia ſiniſtro ventriculo vt ſanguine præſto eſſent. Et ampliùs inquiunt, non refragatur Bottallus ſed ſe gloriatur magni foraminis inuentorem fuiſſe, quò modo non refragatur ſi modò contrarium ſuſtinet? Ita moderni Scriptores vnicuique ſuum dant.

De Occluſione prædictorum foraminum. In qua re tota ferè Quæſtio.

Putauit Galenus prædicta foramina, quàm citiſſimè in nuper natis abolere.

Bottallus non repugnat id euenire in Arterioſa vena & Arteria magna. Ouale foramen verò non ſolùm in nuper natis, ſed & in alijs etiam adapertum conſeruari voluit,contra quàm Galenus dixerit.

Ex Pariſano Confutatio.

Ouale ſuum foramen Galenus quàm citiſſimè claudi ab adnata inibi membrana voluit, vt veſtigium vlteriùs apertionis non agnoſcas, extra Cor intellige. Bottallus verò ſuum in corde,& in nuper natis,& in alijs impoſterum adapertum voluit. Et Vterque bellè. Hic verò Scriptor, vtpote qui in fœtibus non viderit (in Embrionibus inquam,vt nos ſæpius obſeruabimus) Anatomicos Doctores non legerit,horum neutrum intelligit,ſua quod pace dixerim.

Modernus Scriptor.

Galeno igitur debemus primùm horum foraminum notitiam: & alterius occluſionem citam, quamuis non ſatis conſtet, an ille fuerit inuentor primus,nec in omnibus fortè ſemper claudatur illud Bottallo debemus primùm, in perfectis adapertum reperiri,quod Ouale foramen dicitur,contra quàm Galenus aſſeruerit. Harueo diſtinctionem aliquam debemus.

Ex Pariſano Confutatio.

Autor & Scriptor iſte hanc materiam non intelligens, Vnius tantùm Galeni foraminis occluſionem recipere videtur, Alterius, inquit, non vtriuſque, nec cuius, Anaſtomeoſis ſcilicet,an ductus. Titubat tamen,quia addit,Quòd non ſatis conſtet, an ille Galenus ſcilicet fuerit autor primus;ſed cuia refert? Hæſitat ſecundò, Nū in omnibus illud claudatur. Tertiò titubat & ſimul confundit, addens, contra quàm Galenus aſſeruerit. Verùm ſi aliud eſt Galeni foramen Ouale, & aliud Bottalli, vt quid tale deſcrimen? ſi vtrumque aliud, & alibi. Demùm Haruæo inquit diſtinctionem aliquam debemus,ſed quam, non exponit, bonus vir, præter quam quòd illius omnia reprobauimus, ad verbum inquam: etſi quidam ipſum defendere conatus fuerit,a docto tamen Viro confutatus eſt.

Scriptoris Peroratio.

Impreſſimus hæc pauca de re propoſita: ò illis vtinam indere poſſemus non Gorgonis, ſed vires: vt non Homines in lapides, ſed lapides in Homines mutarent.

Ex Pariſano Peroratio.

O vtinam(extra fabulas)non lapidei eſſemus: ſed ex Adami prima Sapientia hæredes,vt non ſolum nomina rebus imponere poſſemus: ſed impoſita ſaltem agnoſcere valeremus, Vt vnicuique ſuum daretur, vt Autor & Scriptor iſte ex Alato Tempore, hic repplicat.

FINIS.

A01 1460353

Digitized by Google

INDEX CONTENTORVM IN HOC LIBRO

Index contentorum in hoc libro. Numerus primus libri 2. Secundus capitis. Tertius paginæ, Quartus Columnæ.

A

Affuſio & parenchima priuſquam Cor fiat, ſenſus teſtatur, & in cordis ſitu, & centro motum ſentit libro tertio, pag.22. columna 2.

Alberti Magni de Cælo ſententia. lib.1. cap. 1. col.1.

Anima rationalis creatur ſenſatis rationibus, Sanctorum auctoritate, Pontificibus, atque Concilijs. lib.2. pag.5. c.1.

Anima rationalis æterna, neque in ſuis naturalibus principijs, vt pote quæ à Deo creatur vt Angelus, vt patet, lib.2. pag.5. c.2. ſeq.

Anima rationalis, materialem animam habet, quæ vegetat, creſcit, & decreſcit, quæ de rationali anima dicere abſit. lib.2. cap.5.

Anima rationalis tota eſt in ſingulis partibus, & indiuiſibilis. lib.2. pag.5. col.2. & ſeq. p.17. c.2.

Anima rationalis nequaquam ex ſemine generatur, ſed à Deo creatur. lib.2. p.5. col.2. & p.16. c.1.

Anima rationalis de materiæ potentia non educitur, quia creatur. lib.2. pag.15. c.2.

Anima rationalis eſt ſimplex ſubſtantia per ſe ſubſiſtens. lib.2. p.15. c.2.

Anima rationalis ſecundum ſua naturalia principia non eſt mortalis. lib.2. p.16. c.1.

Anatomico Patauino Excell. Veslingio gratias agẽs & referens Pariſanus, & Excell. D. Folium de quæſito ſatisfacturum certò promittit. lib.3. pag.28. c.1. & 2.

Animalia non ſunt in Cælis. lib.1. pag.38. c.1.

Ariſtotelis centena errata, & maxima. lib.2. in principio.

Ariſtotelis prauum de ſe Problema. In Eminentiſs. Card. Dedicatoria exponitur. lib.2.

Ariſtotelis & Ocelli Lucani fictum, & ſomniatum eſt Ignis ſub Luna poſitum. lib.1. c.2. pag.26. & ſeq. rationes.

Ariſtotelis, an quia Vitam, mores, & mortem digna ſcitu nos primi ſcripſimus nos aduerſus illius erit encomium? An prætereа eadem de cauſa contra nos, & Veritatem erit Apologia?

Ariſtotelis & Peripat. Mundus æternus. lib.1. c.2. & Euerſio Ariſt. impium quæſitum. lib.1. p.5. c.2. col.1.

Ariſtotelis Encomium impium, vt qualubet laus. lib.2. pag.5. c.2.

Ariſtotelis ſceleſta, impia, & diabolica, etſi vbique Philoſophia in Academijs vigeat, legaturque Chriſtianorum negligentia, vt ex prædictis, ac in illius vita dilucidiſſimè ex Sanctis patet. lib.2. pag.5. c.2. & ſeq.

Ariſt. ſententiæ impiæ, & temerariæ. lib.2. p.15. c.2

Ariſt. Pythiæ Oraculum ſequutus in hominis perniciem impia ſemper protulit. lib.1. p.6. c.2.

Ariſt. Deum Orbi alligauit. Dei prouidentiam negauit. Deum intellectum eſſe protulit. lib.1. p.6. col.2.

Ariſt. pater omnium errorum. lib.1. p.6. c.2.

Ariſt. Democritum, & Alcmeonem animarum reſurrectionem fatentes irridit. lib.1. p.7. c.1.

Ariſt. & Peripat. ſemen à toto non admittunt. lib. 1. p.8. c.1.

Ariſtotelis philoſophia homines impios facit. lib.2. pag.6. c.2.

Ariſtotelis centena errata, & maxima. lib.2. in principio.

Ariſtotelis de ſe prauum problema. in Eminentiſs. Cardin. Dedicatoria. lib.2.

Antiqui Philoſophi mortuorum reſurrectionem faſſi ab Ariſtotele irriſi ſunt. lib.2. cap.14. p.42. c.1.

Aſtrologia Iudiciaria mera ſuperſtitionum mater eſt. lib.1. pag.21. per totum caput.

Atlas, Prometheus, Calcidæus quando floruerunt. lib.1. cap.4. pag.11. c.2.

Ariſtoteles quando fuit. lib.1. cap.4. p.11. c.2.

Animalia non ſunt in Cælis. lib.1. pag.38. c.1.

Apologia aduerſus Pariſanum erit, vtpote qui Ariſtotelis impiam vitam ſcripſit, licet ex Sanctis & Celebribus ſcriptoribus ſitu dignam, indigniſſima & merita Ariſtoteli. lib. 1. p.8. c.1.

Arteria vena, niſi ſexcupla eſſet, ſpiritus tenuis & leuis expiraret. lib.3. p.25. c.1.

Aſtra Cælis non adhærent, non figuntur, vt nodi tabulæ. lib.1. p.37. c.1. 2.

Auerroi æque impio ac Ariſt. cælum æternum eſt. lib.1. c.2.

Auerroi mundus æternus. lib.1. c.2. p.4. c.1.

Autoris admiratio, &c. lib.1. cap.10. pag.29.

Botta-

Digitized by Google

B

Bottali anaſtomoſis pro ſiniſtri ventriculi alimento pro dextri vita, ſicuti aliarum partium. lib.3. p.24. c.2.

Bottalli poſita anaſtomoſi ſpiritus vitales fieri nequeunt. lib.3. p.23. c.1.

Bottalli ab Anatomico Patauino relata ſententia. lib.3. pag.26. c.1. 2.

Bottallo & habendæ, & referendæ gratiæ ſunt. lib. 3. p.28. c.2.

Bottallus Galeni foramen, & ductulum ignorauit. lib.3. p.29. c.2.

C

Coelum Ariſtoteli æternum, & Peripateticis eſt. lib.1. c.3. per totum cap.

Cæli æternitatis omnimoda euerſio. lib.1. c.3. p.8. per totum cap.

Cælum ignis eſt Antiquorum ex ſententia. lib.1.c.9. totum per caput.

Cælum ignem eſſe propria Pariſani ex ſententia. lib.1. c.10. per totum caput.

Cælum vtpotè ignis vnum eſt Pariſano. lib.1.cap.11.

Cælum ignis ſuapte natura in gyrum vertitur. lib.1. cap.12.

Cælum corruptibile, vt cætera elementa, proinde Ariſt. & communis opinio euertitur à Pariſano, nihilominus vt creatum ſeruatur, & quo modo. lib.1.cap.13.

Cælum ſuaptè natura corruptibile, quo modo, quando, & vbi oſtenditur, & conſequenter ad formam in potentia eſt. lib.1.cap.14.

Cælum vt à tali igne, nec vniuerſum, nec quid minimum comburitur, deſtruitur. lib.1.c.15.

Cælum ſiue Cæli ignis elementum ſunt, inferiora ſeruantur, & generationes fiunt. lib.1. c.16.

Cælum ignis quartum elementum materia non differt à ſublunaribus. lib.1. cap.18.

Cælum quomodo in loco, & extra locum oſtenditur. lib.1. cap.19.

Cæli dicti cum ſyderibus eiuſdem rationis, & eſſentiæ ſunt omnes. lib.1. cap.20.

Cælum ſeu Cæli, non terra, mouentur. lib.1 cap.21.

Cælum quà Cælum, nec motu nec lumine inferiora calfacere poteſt. lib.1. cap.7.

Cælum tangibilem qualitatem habet. lib.1.c.8. pag. 26.c.2.

Cælum ignis eſt, lib.1. cap.9. c.2.

Cæli definitio. lib.1. pag.31.c.1.

Cæli quot ſint. lib.1. pag.30.c.1.

Cælum vtpotè ignis abſolutè calidum, & ſiccum. lib.1. p.33.c.1.

Cæleſtes radij calidi ſunt. lib.1. p.33.c.1.

Cæli tranſibunt, non mea verba inquit Soter: ergo non terra mouetur. lib.1. p.33.c.2.

Cælos ignem merito fore. lib.1. p.34.c.1.

Cælum contrarij ratione haud corruptibile. lib.1. p.41.c.1.

Cælum & Mundum creata fuiſſe. lib.1.c.4. pag.11 per totum caput.

D

Dauidis Diuina pronunciata ad rem afferuntur. lib.2. p.18. col.1. & 2.

Deus non coarctandus, an aliquid generare poſſit. lib.2. pag.13. c.1.

Diuo, ſeu Sancto Paulo Apoſtolo conſulendum. pag.17. c.2.

Diuo Thomæ Cælum creatum eſt. lib.1. p.3. c.2.

An ex ſemine anima Rationalis.
- Carneæ portiones vtero geſtæ, & viuentes homines erunt? lib.2. cap.2. pag.6. c.2.
- Molæ ex ſemine genitæ, vt Gal. & alij celeberrimi Medici docent, rationali anima præditæ, & homines erunt? lib.2. cap.2. pag.6. c.2.
- Monſtra ex ſemine genita diuerſarum ſpecierum, vt multi ſcribunt, anima rationali prædita erunt? lib.2. pag.6. c.2.
- Semen in terram prolapſum, &c. (vt auribus honor ſit) rationali anima præditum erit? Hui, Hui abſint & quam longiſſimè à nobis hæc, ex Ariſtotele, vt ex Pythiæ oraculo, ſeu Diabulo. lib.2.cap.2.p.13.6.c.2.

Diabulo, ſeu diabuli ſequaci Ariſtoteli non credendum, ſed Antiquioribus Ariſtotele doctoribus. lib.1. pag.34. c.1.

E

Ex vno ſemine vnum animal ſemper, non plura progignuntur. lib.2. p.9. c.1. 2.

Elementa modò ſurſum, modo deorſum omnia mouentur. lib.1. pag.38. c.2.

Elementa vnum motum habere perperam dicitur. lib.1. pag.38. c.1.

Elementa omnia in gyrum mouentur. lib.1.p.40.c.1.

Elementa an incorruptibilia. lib.1. p.41. c.2.

F

Foemina mas fieri nequit. lib.2. p.13.c.1. & 2.

Franciſco Pico mundus creatus. lib.1. cap.2. pag.4. c.2.

Franciſcus Patritius de mundi animatione reprobatur. lib.1. c.6. p.16.

lib.2. p.13. c.2.
- Cæſij ceſios procreant.
- Diſtorti diſtortortos procreant.
- Macrocephali Macrocephalos generant.
- Mutili mutilos producunt.

Folius Excell. & merito ſuo, & Galeni cauſa defenditur. lib.3. p.19. c.1. & 2. & ſeq.

G

Galenus non intelligitur à modernis noſtris ſcriptoribus, qui qui ſint; quippe Galeni arcana nō ponderant; factus non viderunt, & celebres Scriptores non legeruat à quibus, à Galeno potiſſimùm didiciſſent mirabilia hæcce. lib.3. p.24. c.1. & lib. 3. p.25. c.2. vt infra ſemper.
Galenus immeritò quidem ab iſtis taxatur. lib.3. p. 27. c.2.
Galenus Bottalli anaſtomoſin ignorauit. lib.3. p.29. colum.1.
Galenum Autores, & Scriptores cum Bottallo conciliare ſtudent, immo idem ſentire profitentur; ſicuti nos tota via illos falli, & errare certò ſcimus; & quia ſat prata biberunt; propterea multa illorum relinquemus, vt inde portam claudamus, neque lectori tædio ſimus; quoniam in omnibus, & per omnia inquam moderni Scriptores falluntur, vt ſequentibus videre eſt, ſi lubet.

H

Homo niſi materialem animam haberet nō moreretur ſaltem iuuenis, lib.2. cap.5. pag.11. col.2.
Homo rationalem, & materialem animam habet, lib.2. cap.4. pag.10. lib.2. c.2.
Homo niſi materialem animam haberet, nihil procrearet. lib.2. c.5. p.11. c.2.
Homo materiali anima præditus. lib.2. p.6. col.1.

I

Ignis cœleſtis præſtantia. lib.1. p.33. c.2.
Ignis, qui Cœlum dicitur in gyrum vertitur. lib.1. pag.38. c.2.
Intelligentiæ, nec animæ cœlos mouent, ſi qui dicti & crediti plures ſunt. lib.1. c.17.

L

Leo Hebræus mundum creatum vult, lib.1. c.4. pag.13. c.1.
Luna cur rarioris corporis. lib.1. p.28. c.1.
Lien cordis hepar ante cor, ſeu affuſionem progignitur. lib.3. c.2.
Splen, vide Lien.
Lienis defectu ſyntomata, & morbi. lib.3. p.21. c.2.
Lienis neceſſitas. lib.3. p.21. c.2. pag.22. c.1.
Lienis Scriptorum defectus, & error. lib.3. p.21. c.2.
Lien Cordis, hepar. lib.3. pag.23. c.2. p.26. c.1.
Lien ſpermaticus vitæ cauſa. lib.3. p.26. c.1.
Lienis vtilitas maxima ad conciliandam appetentiam cum ductulo. lib.3. pag.23. c.2.

M

Mas fœmina fieri nequit. lib.2. p.13. col.1.
Materia prima quando. p.36. c.1.
Materia prima numquam fuit. p.34. c.2.
Materiæ primæ inconuenientia. p.34. c.2. & p.35.
Materia prima Ariſtoteli, aut nil, aut quid poſterius. p.35. c.1.
Materiatum & ſenſile omne corruptibile. p.41. c.1.
Meges Græcorum oraculum. p.35. c.2.
Meges mundum factum voluit. lib.1. c.2. p.4. c.1.
Megetis laudes, & mirabilia, ſeq. lib.1. pag.13. & 14. cap.4. c.2.
Triſmagiſtus, Termaximus, vide Meges.
Mundi æternitas cur. lib.1. c.2. p.4. c.2.
Mundi creatio. lib.1. c.2. p.6. c.2.
Mundi ex creatione, bona. lib.1. c.2. p.15.
Mundi creatio. lib.1. c.2. p.6. c.2 3.4.
Mundum & Cœlum creata. lib.1. c.4. p.2. per tot. c.
Mundum conditum fuiſſe ante Ariſt. MOC. lib.2. c. 4. pag.12.
Mundus in tempore creatus, tamen exemplum fuit æternum. lib.1. c.4. pag.13. c.1.
Mundus quibus creatus ſit. lib.1. c.4. p.13. c.2.
Mundum & Cœlum creata fuiſſe totum caput. lib.1. c.5. p.15. c.5.
Mundus, nec eius partes animatæ ſunt vllæ præter animalia. lib.1. c.6.
Mundus an animatus Sanctis. p.36. c.2.
Mundi æternitas nequaquam admittenda. lib.2. p. 14. c.2. & ſeq.
Mundi æternitas Vrb. Pont. Max. Sacrata ſilentio potius veneretur. lib.2. p.14. c.2.

N

Natura opera admiranda. lib.3. pag.27. c. 1. & 2.

O

Ocellus Lucanus quando fuit, lib.1. col.4. p.12. col.1.
Opinio mala facit homines peſſimos, ac impios, vt de Ariſtotele concluditur. lib.2. pag.5. c.1.

P

Platoni Dei bonitas cauſa Mundi.
Plotinus Mundum creatum cogitat. lib.1. c.4. p.13. c.1.
Pariſanus ouale foramen & vaſculum in mortis fœtibus ſæpe vidit. lib.3. p.22. c.1.
Patauinus ſcriptor, & Veneti ſcript. aduerſus Galenum maximè errant. lib.3. cap.22. c.1.
Pulmo in vtero geſtis cur nuber. lib.3. pag.26. c.2.
Pariſanus ſtupet de Galeni oſcillis Bottallo tributis. lib.3. pag.39. c.1. & 2.
Pariſanus quibuſcum in Arenam deſcenderit. lib.3. p.28. c.1.
Pariſanus cum Veſligio cur in Arenam deſcenderit. lib.3.

Digitized by Google

lib.3 pag.28. c.1.
Pariſani peroratio, lib.3. pag.39. c.2.
Pariſani & Peripatetici collatio. lib.1. pag.8. c.1.
Peccata ob commiſſa omne malum ſequitur, ni corrigantur. lib.2. p.1. c.1.
Peripatetici index excuſſus poſt Dedicatoriam Eminentiſs. Cardinal.
Peripatetici, & Pariſani collatio. lib.2. p.8. c.1.
Philoſophis modernis etiam conſulendum de Anima rationali. lib.2. p.17. 18. c.2. & ſeq.

Q

QVo modo imberbes barbam acquirant. lib.2. p. 12. & ſeq. c.2.

R

RAdices plantarum partes extant. lib.2. c.6. p.12. c.1.
Radices viuunt. &c. proindè plantarum partes. lib. 2. p.12. col.1.
Radicum partes. lib.2. c.6. c.1.
Recentiores, Scriptores nec Galenum, nec Bottallum intelligunt. lib.3. p.29. c.1.

S

SEme n à toto prolabitur Hipp. rationes pluri-mæ. lib.2. c.4. p.8. c.2.
Semen à toto prolabi rationes aliæ. lib.2. c.4. p.9. c.1.
Semen vt animatum viuit, nutritur, vt ſenſus ſentit. lib.1. pag.22. c.2.
Semen fœcundum, nec ſemper, nec plura producere poteſt vnquam. lib.2. cap.4. p.9. c.1.2. p.10. col.1.
Semina plantarum quum viuant, nutriantur, augeantur. flores & fructus generent anima prædita ſunt. lib.2. pag.12. c.2.
Senſile omne materiatum corruptibile. pag.41. c.1.
Senſilia materiata omnia. p.32. c.1.
Sol à ſeminando dictus. p.27. c.1.
Sol non vret te, neque Luna per noctem. An ignei? p.33. c.2.
Scriptores Patauini & Veneti fœtus mera non viderunt, Naturæ ſapientiam, & Galeni arcanum non intelligunt. lib.1. p.22. c.2.
Spiritus ex Bottalli inuento foramine generari non poſſunt. lib.3. p.25. c.2.
Scripturæ Sacræ ſtandum, non Ocello, Ariſtoteli, & impijs. p.33. c.2.
Stellæ cadent, & comburent omnia. An igneæ? p.33. c.2.

V

VAlerianus Bonuicinus Excell. Philoſ. Theolog. & Mathem. mathematicis obſeruationibus non Terram, ſed Cœlum moueri demonſtrabit. lib.1. c.4. p.14. c.2.
Vapores & exalationes ad lacteam viam Galaxiam peruenire nequeunt. p.41. c.2.
Vena caua in fœtibus in arteria venoſa cur perforata. lib.3. pag.27. c.1.
Vena ſanguinis niſi tenuis, ſanguis non diſtribueret cur, & vſus deperderetur. lib.1. pag.25. c.1.
Via lactea Galaxia non ex vaporum aſcendentium collectio fit. pag.27. c.2.
Veritatis cupiditas. lib.3. p.19. c.1.
Veſlingius fallitur. lib.3. pag.29. col.2.

F I N I S.

Errata ſic corrigito. Libri Primi.

Narrauit, nauauit. cap.3. pag.11. col.1.
hæue, hæcce. ibidem.
factus, factas. cap.7. pag.14. columna prima.
Recfluetet, refluerer, ridiret. ibidem.
Centùs centies. cap.8. p.28. col.1.
metu, motu. ibidem.
magis, magnis. cap.10. p.31. col.2.
Lactem, lacteam. cap.13. p.41. col.2.
copioſſi, copioſi. cap.14. p.42. col.2.
arctè, arte. cap.16. p.46. col.2.
remotiſſimam, remotiſſimum cœlum. cap.17. p.50. col.1.
dictis: de cauſis. ablatis punctis ſeu ſine punctis cap.20. pag.54. col.1.
Perennis phil. perenni. c.21. pag.58. col.2.

Libri II. errata.

Datio, Ratio. In Peripatetici Indice poſt dedicatoriam ad Eminentiſſimos Cardinales. col.1.
Monſtra, noſtra in deſcriptione P. Indicis. col.1.
Deſcius, Reſcius. cap.4. p.6. in margine. col.2.
margine
miſi, niſi. cap.5. pag. 10. col.2.
Maximi, Maximo. cap.12. pag.14. col.2.

Libri III. errata.

recipiſcant, reſipiſcant. cap.1. p.24. col.1.
inſpenſis, inſpexeris. pag.27.
innatis, in natis. ibidem.
corde, cordi. cap.4. p.28. col.2.
Sanguines, Sanguinis Galeni & Botalli Placita pag.29. De Via Sang.
In horum Scriptorum gratiam notantur loca in quibus excuſſi ſunt Bottalli libri, quod monitionis gratia dictum ſit, inquit Scriptor, ſed non doctrinæ cauſa. Primùm Pariſijs. 1565. vel 1564. mox Lugduni 1565. p.36. col.1. 2.
Inſium, inſcium. pag.37. col.1.
Idem perperàm repetit Bottallus de ægri munere edito Lugduni anno 1565. pag.37. col.2.

Digitized by Google

AC11460953

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G.50.

Digitized by Google

Digitized by Google